Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Res
1131

Res 1131(1)
376639
+ 123460
C1966374

Res 1131(2)
+ 13777
R 376521
C1196370

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

CANONES CONCILII PROVINCIALIS COLONIENSIS ANNO CELEBRATI M. D. XXXVI.

Quibus nuperrimè hæc addita sunt. (2)

REFORMATIO Cleri ad correctionem vitæ & morum, ac ad remouendos abusus.

Per Reuerendiß. in Christo patrem, & dominum, D. Laurentium, tunc S. R. Ecclesiæ TT. sanctæ Anastasiæ presbyterum, nunc Sabinensem episcopum, Cardinalem, Ad nationem Germanicam sedis Apostolicæ de latere Legatum, Ratisponæ edita.

STATVTA Synodalia Reuerendiß. in Christo patris D. Valentini, Episcopi Hildesemensis.

FORMVLA viuendi Canonicorum, Vicariorum, & aliorum presbyterorum secularium.

DECRETA CONCILII PROVINCIALIS COlonienſis *Sub Reuerendiß. in Christo Patre & domino, D. Adolpho, Sanctæ Colonienſis Ecclesiæ Archiepiscopo, Sacri Romani Imperij per Italiam Archicancellario, Principe Electore, Vvestphaliæ & Angariæ Duce, Legatoque nato, celebrati Anno D. Millesimo quingentesimo quadragesimo nono.*

*

PARISIIS,

Apud Guillielmum Desboys, sub sole Aureo, via ad diuum Iacobum.

1558.

93

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

HERMANVS DEI GRATIA SANctæ Colonienſis eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Romani Imperij per Italiam Archicancellarius, princeps Elector, Vveſtphaliæ & Angariæ dux, ſacroſanctæ Apoſtolicæ ſedis Legatus natus, ac adminiſtrator eccleſiæ Paderbonen. &c. vniuerſo clero ac populo prouinciæ noſtræ Colonienſis, ſalutem in domino ſempiternam.

INTER innumera huius calumnioſæ tempeſtatis aduerſa, quibus iuſto Dei iudicio premimur, nihil ita ex eo potiſſimum tempore, quo nos Deus Opt. Max. licet indignos ad numiſterij epiſcopalis functionem vocare dignatus eſt animum noſtrum torſit, quã ꝙ videmus eccleſiæ nauiculã, velut indormiente ipſo nauclero Chriſto Ieſu, in mediis conſtitutam fluctibus turbulentiſſimarum procellarum impetu, iam nimium diu ſummo cum rei Chriſtianæ periculo iactari, nec interim in tanta rerum deſperatione laborantibus, vllum alicunde ſalutis portum in quem ſe tutò recipiat Chriſti nauis, vel de longinquo adfulgere. Nam quod aliquot abhinc annis pleraque remedia tentata ſint, id nos diſcrutiat magis, quum animaduertimus hactenus pene nihil actum, ſed omnino fruſtrà laboratum eſſe. Et quis quæſo, tam ſtupidus eſt, qui non ſentiat omnem conatum noſtrum idcirco irritum atque inanem fuiſſe? quod hucuſque nec ſyncera in Deum fide, nec vnanimi voto indormiſcentem dominum ardentibus precibus inclamauerimus ſed incredulitate torpentes, ac corruptiſſimis animorum affectibus ſtudia in contraria currentes, non reſpexerimus toto corde in eum, qui dixit: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Neque enim ille vel immemor eſt promiſſi, vel manus eius abbreuiata, vt ſaluare non poſſit qui non derelinquit omnes ſperãtes in ſe: ſed iniquitates noſtræ diuiſerunt inter nos & illum: atque vtinam iam tandem reſipiſcentes, ſtudeamus, repurgatis per Dei miſericordiam mentibus noſtris, vel tantillam fidem à domino impetrare, quã tulã Apoſtoli præditi erant, quum in mari intumeſcenti comprehenſi, dominum pariter acceſſerunt, atque in ceruicali reclinantem ſuſcitarunt, inclamantes: Domine ſalua nos, perimus. Quã vt tum non ſatisintegra fuerit quod viciſſim audirent: Quid timidi eſtis modicæ fidei? tanta tamen fuiſſe perhibetur, vt Ieſus ille ſeruator excitatus ac ſurgens, imperaret ventis & mari, adeo vt ſtatim ſubſecuta ſit tranquillitas magna. Quam inferior ergo illa, licet modica, vnanimi tamen diſcipulorum fide, noſtra erga Deum fiducia hactenus fuerit, quam indignos gratia Dei præ Apoſtolis, quanquam adhuc rudibus, nos hucuſque præſtiterimus, res ipſa actionum-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

que nostrarum euentus satis superque declarant. Quid enim tot comitiis, tot conuentibus, tot denique cum priuatis tum publicis consultationibus super componendis hisce fluctibus, nō semel habitis, aliud effectum est, quam quod tempestas facta est concitatior? Tandem ad vniuersale Concilium, vti ad vltimum asylum respeximus omnes, q̄ in primis inuictissimus perinde ac pientissimus ecclesiæ pugil Karolus eius nominis quintus, Romanorum Imperator, semper Augustus authoritate apostolica indici, magna cum instantia postulauit, beatissimus subinde Pontifex pientissimæ postulationi assentiens futurum promisit, totus denique orbis ingenti cum desiderio hactenus expectauit. Sed vt non leuis momenti res est generalem ecclesiæ Synodum conuenire: ita permulta sunt, suæ omnis dissidij parente diabolo procurante, subinde suboriuntur impedimenta, quibus etsi non omnino spes indicendi cogendiq; Concilij adimatur, tamen res omnium maximè necessaria, in longum saltem protrahitur. Nos igitur rationem officij episcopalis nobis concrediti solicitè animo versantes, quanquam maluissemus rebus labentibus, publico atque adeo totius orbis Christiani auxilio succurri, quàm priuatim in prouincia nostra de necessario remedio dispicere: In tam longa tamen expectatione, dilationeq; speratæ opis, nullā excusationem inuenimus diutius in officio nostro cessandi, maximè quod hæresum ac schismatum pestilentissimis exitialibusq; statibus prouinciam nostram vndecunque, idq; agminatim impetentibus, scelerum quoque ac morum longe corruptissimorum lue ac fluctibus magis ac magis inundantibus, omnem dehinc moram extremi plenam periculi iudicemus. Proinde & diuina voce committi, & sacrorum Canonum iussu cohortati prouinciale Concilium in ciuitate nostra Colonia Agrippina Deo authore celebrandum indiximus. In quo cum nobiscum reuerendorum Suffraganeorum nostrorum, Leodien. Episcopi ac Monasterien. & Osnaburgen. confirmati, administratorisque Mindensis ecclesiarum legati (Traiecten. interim Episcopi procuratoribus, quo minus ad nos se reciperent, inter eundum per obuios milites, quemadmodum ipsorum literæ excusatoriæ continebant prohibitis) simul & cū venerabili clero nostro in Dei nomine conuenerint ipsiusque Dei ac ecclesiæ causam (quantum is, à quo omne datum optimum ac omne donum perfectum descendit, pater luminum concesit) diligenter pertractarint. Tandem discussis omnibus quæ repurganda videbantur, reformationem quam omni ope molimur & exanimo optamus, in Canones quosdam diuinæ legi ac patrum sanctionibus consentaneos cōtraximus, quos visitatione diœceseos nostræ effectui mancipare (quoad eius fieri potest) Deo adiutore admitemur, vt habeat prouincia nostra donec generale illud indicatur Concilium, aliquantulam saltem opem, qua se aduersus ingruentes ac inundantes dissidiorum fluctus ac scelerum luē, seruet ac tuetur. Omnia tamen, quæ hoc libello cōtinētur iudicio S S. Apostolicæ sedis, quā merito veneramur submittētes.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

INDEX TITVLORVM PRIN-

CIPALIVM AC CAPITVLORVM CONCI-lij prouincialis Colonienſis, quæ ſub illis ad Chriſtianæ pietatis augmentum comprehenduntur.

Folio 1.

DE MVNERE EPISCOPALI.

Officium Fpiſcopi poſt verbi prædicationem, conſiſtit potißimum in impoſitione manuum, & viſitatione Eccleſiarum.

DE impoſitione manuum quæ eſt ordinum Eccleſiaſticorũ collatio, ac inſtitutio miniſtrorum. Caput 1.

Ad certum titulum eccleſię miniſtros canonicè deligendos ordinandóſque. 2

Manum nemini cito imponẽdã. 3

Humani adfectus & venalitas in beneficiis eccleſiaſticis, execrabiles. 4

Beneficia eccleſiaſtica, priuſquam vacent, nemini promittenda. 5

Dignis tantum beneficia eſſe cõferenda. 6

Idoneos tantum in prælatos eligẽdos eſſe. 7

In eligendo, ætas, mores, literatura, & ſacer ordo ſpectãda. 8

Electionẽ ſyncerã eſſe oportere. 9

In confirmatione electionis, quæ expendenda. 10

Per patronos idoneos præſentari oportere. 11

Quid incumbat archidiaconis. 12

Aliquot abuſus Officialium inter viſitandum corrigendi. 13

Omnes qui de beneficiis diſponũt ſui officij admonendi. 14

Moderatio patronos laicos reſpiciens. 15

De officio vicariorum in pontificalibus. 16

Quid epiſcopis potiſsimum curãdum ſit. 17

De ætate ordinandorum. 18

Teſtimoniũ vitæ ac doctrinæ per initiandos ſacris, exhibendum. 19.

De eruditione ordinandorum inquirendum. 20

Vidẽdum quo affectu ad ordines accedatur. 21

Quanto temporis ſpatio, ante maiorum ordinum receptionem, initiandi ſe præſentare debeãt. Item & quid initiandi tum ſecum allaturi ſint. 22

Quale teſtimoniũ adferendũ. 23

Die mercurij proxima ante ſuſceptionem ordinum, examinandi qui initiẽtur ſacris. 24

Neminem examinatione immunem eſſe oportere. 25

Cuius admonendi ſint pridie ordinationis die, initiãdi ſacris. 26

In minoribus ordinibus conferẽdis, quæ cura adhibenda. 27

Ab initiãdis nihil exigendum. 28

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Literæ dimiſſorię nulli temerè cõcedendæ. 29
Tituli ordinandorũ diligenter diſcutiendi. 30
Peregrini clerici quomodò admittendi. 31
Odioſa beneficiorũ pluralitas in vna eadémque perſona. 32
Diſpenſationes inſpiciendæ, vt occurratur abuſibus. 33
In reſignationibus ac permutationibus beneficiorum quæ cura adhibenda. 34
Præſtat paucos eſſe bonos quàm multos inutiles ſacerdotes. 35
De viſitatione vlt. loco dicẽdũ. 36

Folio 7.

DE officio priuato ac publico, vitáque ac moribus Clericorũ generatim. Cap. 1.
Vnde clerici appellatio deriuata. 2
Clericum ſuo officio intẽtum eſſe oportere. 3
Duplex clericorum miniſteriũ. 4
Biblia à clericorum manibus nunquam deponenda. 5
De horariis precibus in die perlegendis, & reformandis breuiariis. 6
Pro cuiuſlibet affectu, non facilè nouandum quod in eccleſiaſtico officio agitur. 7
Quo affectu horarias preces perſoluere oporteat. 8
Summa deuotione Miſſæ ſacrum celebrari oportere. 9
Arguuntur qui polluta mente altare domini accedunt. 10
Reuidẽda miſſalia ac breuiaria. 11
Quæ omitti aut decurtari, vel organorum vel cantorũ concentu haud debeant. 12
Quemadmodum miſſa leg. 13
Quid poſt eleuationem Euchariſtiæ agendum. 14
Organorum melodia quẽadmodum temperanda. 15
Singulis dominicis diebus, quę ipſis pecularia ſunt officia dicenda. 16
Confeſsio Miſſæ præambulũ, deuote recitanda. 17
Cur ſacerdos in áltari miniſtrum habeat. 18
Omnis cultus diuinus ſumma eũ veneratione peragẽdus. 19
De vita ac moribus clericorũ. 20
Ob quam cauſam clerici male audiant ac puniantur. 21
Præcipuę cauſę oĩs mali tres. 22
Ambitionem ac faſtum clericali officio maximè repugnare. 23
Omnis lux⁹ clerico interdict⁹. 24
Clerico non licere vel cauponem agere, vel tabernas, niſi neceſsitatis cauſa intrare. 25
Habitus, ſeu exterioris corporis cultus modeſtia, à clericis exigitur. 26
Mali exempli eſt, ſacerdotẽ ſe venditare in Capellanum delicato laico aut mulierculæ. 27
Suſpecta mulierum cohabitatio clericis interdicta. 28
Auaritia in clerico execrabilis. 29
Honeſto artificiolo victum quærere clerico licet. 30
Clerici ne mercatores ſint, multo minus fœneratores. 31

95

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Damnantur clerici ſuperſtitioſi, ſcurræ, curioſi ac leuiculi. 32

Folio. 13.

DE metropolitanis, cathedralibus & collegiatis eccleſiis, & in his miniſtrãtib⁹. Cap. 1.
De officio Decanorum. 2
De officiis in eiuſcemodi eccleſiis miniſtrantium. 3
De canonicorũ vita & officio. 4
Quemadmodum preces horariæ áliæque diuinæ laudes decantandæ. 5
Inter ſacra nihil ne cogitandum quidem, quod Dei aut eccleſiæ oculos offendat. 6
Decani templi ſummi poteſtas in præuaricatores. 7
Quem oporteat eſſe veſtitũ miniſtrantium in hiſce eccleſiis. 8
Decani vndiquaque aduigilabunt. 9
Ante omnia vero, vt Canonici ſacris adſint. 10
Vicarij, vt diuinis laudibus decantandis interſint, adigendi. 11
Ad perſonalẽ reſidentiã cogendi quibus hæc per fundationes beneficiorũ eſt impoſita. 12
Lucri tantũ cauſa ſacris adeſſe nõ oportere. 13
Capitula diſciplinę qualiter obſeruanda. 14
Officium Decani in rebelles. 15
Contentioſi ad pacem & concordiam per Decanum & Capitulum reuocandi. 16
Pœna aduerſus contentioſos pertinaces. 17
Quo tempore Capitulorum quotidianorũ conuentus obſeruãdi. 18
Volumina ſtatutorũ reuidenda. 19
In Capitulis à iurament. facili exactione temperandum. 20
Inter viſitandum de moderandis annis (qui expectantię appellãtur) videndum. 21
Non oportere à Canonico recens admiſſo, pecuniam ſtatutariã duplicatam ob anteceſſorẽ exigi. 22
Communi neceſsitati Eccleſiæ, cõmuni contributione conſulendum. 23
Tribunalia extra templa collocanda. 24
Optandum vt deambulationes in hice eccleſiis prohiberi poſſint. 25
Theatrales ludos non inferendos templis. 26
Cuiuſdam abuſus abrogatio. 27
Proceſsionem Collegiatarum eccleſiarum, quæ ad maiorẽ fiũt, moderatio. 28
De proceſsionibus non abrogatis. 29
Quomodo ad anniuerſaria epiſcoporum in maiori eccleſia conuenĩendum ſit. 30
Minora miniſteria idoneis committenda ac decenter peragenda. 31

Folio 19.

DE parochis ac eorum Vicariis, aliiſque verbi miniſtris. Cap. 1.
Qui admittendi. 2
Orandus Deus, vt mittat operari.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rios in messem suam. 3
Vnde dignoscere oporteat pseudo ecclesiastas. 4
Soli authoritate ordinaria comprobati, ad verbi ministerũ admittendi. 5
Qui sunt legitimi parochi, & illorum vicarij, modo tamẽ hi examinati prius, & admissi sint. 6
Fratres mendicantes quatenus admittendi. 7
Quam modestiam fratres mendicantes in verbi prædicatione seruare oporteat. 8
Non ferendi, qui in iurisdictiones & potestates temerè ad plebẽ inuehuntur. 9
Abusus est, qui parocho suo officio interdicit. 10
Fratres mendicantes his synodalibus constitutionibus erunt parentes. 11
Decet quoque, vt fratres eatenus ordinarię potestati subiiciãt. 12
De semel certo loco destinatis ac admissis non temerè retrahendis. 13
Qui nulla legitima authoritate ĩnixi, se verbi ministerio ingerũt, vti seditiosi cõprimendi. 14
Prohibentur omnes apostatę monachi ignoti ac peregrini spermologi. 15
De Terminariis quatenus admittendi. 16
Priuilegiis fratrum nihil derogatur. 17
Monachorum ecclesiæ per seculares (vt vocãt) presbyteros gubernandæ. 18

Folio 22.

DE vita ac moribus parochorum. Cap. 1.
Vita vt doctrinę in parocho conueniat, necessarium. 2
Pastorem gregis exemplum esse oportere. 3
Vitanda parocho in primis auaritia. 4
Parochi familiam irreprehensibilem esse debere. 5
Parocho luxus omnino cauẽd⁹. 6
Pudicitia seruãda parocho. 7
Quæ fugiẽda & quæ sectanda parocho. 8

Folio 23.

DE dissemination verbi. ca. 1
Quid parocho meditãdũ. 2
Fidelitas in primis in parocho requiritur. 3
Quis sit fidelis verbi dispẽsator. 4
Omnis scriptura ad geminã charitatem exigenda. 5
Sũma euãgelicę prędicationis. 6
Parocho cautissima solicitudine prædicatione verbi vtendum. 7
Quemadmodum sermo temperandus. 8
Quid cauendum inter concionandum. 9
Nihil aut fabulosum, aut suspectũ adferendum. 10
Loquacitas vitanda. 11
Quemadmodum parochum aduersus hæreticos pugnare oporteat. 12
A scommatis & conuitiis abstinendum. 13
In cõtẽtiosis dogmatibus, quomodo docẽdus populus sapere 14.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Qualem oportet esse parochũ in reprehendendis criminibus. 15.
Manifesta reprehensio vtriusque potestatis vitanda. 16
Quomodo corripiendi magistratus. 17
Admonenduspopulus,vt oret pro magistratibus. 18
Notantur qui secus docẽt. 19
Sũma doctrinæ Christianæ in Enchiridion contrahenda. 20
Enchiridion quæ docebit. 21
Ordo concionandi,quem simpliciores sequentur. 22
Sanctorum historiæ quatenus attingendę. 23
Allegoriæ quomodo explicandæ. 24
Quomodo finienda concio. 25
Quid recitãdum finita concione. 26
Quomodo,finita concione populus excitandusad orandum pro defunctis. 27

Folio 28.

DE administratione sacramẽtorum. Cap.1
Instruẽdus populus,quid agatur in cuiuslibet sacramenti exhibitione. 2
Quid agatur in baptismo. 3
Cuius sint admonẽdi susceptores infantis. 4
Populus docendus, quid velint externa signa. 5
Quomodo accedendum ad baptismum. 6
Baptismus in facie ecclesiæ peragendus. 7
In cõfirmationis exhibitiõe quid docendum. 8
Quomodo ad sacramentum confirmationis accedẽdum. 9
Cuius sint admonẽdi susceptores confirmati. 10
De moderandis donariis,quæ susceptores infantibus donant. 11
Docendus populus de signis externis. 12
De sacrosancta Eucharistia. 13
Quid docendus populus in huius sacramenti ministratione. 14
Quibus persuasum est vtranque speciem, laicum participare oportere,quomodo docendi. 15
De veneratione sacrosanctæ Eucharistiæ. 16
Quomodo tantum miraculum in hoc sacramẽto fiat,populus docẽdus. 17
Quomodo admonenda plebs ad sumendã Eucharistiã accedẽs. 18
Qui ad hoc sacramentum participandum admittẽdi. 19
Quatenus alteri, quàm suo parocho confessus,ad Eucharistiam admittendus. 20
Intra annum saltem semel communicandum. 21
Quorum admoneri populus hoc sacramentũ participaturusmaximè debeat. 22
Docendus quoque,cur hoc sacramentum sub specie panis & vini institutum sit. 23
Quomodo singulisdominicis diebus plebs ad audiendam Missam se præparabit. 24
Docẽdus populꝰ generatim quid agatur in Missa. 25

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Corripiendus abusus eorum, qui ante finitam Missam irreuerẽter discedunt. 26
Docendus populus, quale Missa sacrificium.- 27
Exequiæ ac Missæ pro defunctis, quando & cum qua admonitione celebrandæ. 28
Qui ad exequias euocandi. 29
De pœnitentiæ partibus. 30
Prima pœnitentiæ pars contritio, in suggesto semp ptractãda. 31
Neminem non ad pœnitentiã inuitari. 32
Presbyter qui à confessionib⁹ est, qualis esse debeat. 33
Quid confitentem docebit presbyter confessarius. 34
Remediũ pro ratione morbi adhibendum. 35
Nimis anxij quomodo tranquillandi. 36
Moderatio in casib⁹ reseruatis. 37
Publicæ pœnitentiæ vsus in ecclesiam reuocandus. 38
Recitata confessione, quid agẽdũ per parochum. 39
In matrimonij sacramento quid agatur. 40
Quemadmodum monendi sunt, qui matrimonium contrahere affectant. 41
Matrimoniũ tria complecti. 42
Pium votum & in clandestinè cõtrahentes censura. 43
Coniunctio coniugũ in facie ecclesiæ peragenda. 44
Peregrinos & ignotos sine legitimo testimonio non coniungẽdos. 45
In gradibus cõsanguinitatis & affinitatis conciliũ generale obseruandum. 46
Ludicra tollenda. 47
De sacro ordine dictum esse pri⁹. 48
Cur adhibeat extrema vnctio. 49
Quomodo impẽdenda vnctio extrema. 50
A sepultura nemo in communione discedens, repellẽdus. 51
Quam admonitionẽ in sepulturis & exequiis fieri oporteat. 52

Folio. 37.

DE victu parochorũ. Cap. 1.
Parochis victus necessarius suppeditandus. 2
Vicecuratos quos vocant ex prouentibus ecclesiæ congruã sustentationem recepturos. 3
Qui ecclesias vnitas habent, vicariis perpetuis portionem congruam assignare oportere. 4
Vbi reditus non suffecerint, quid agendum. 5
Denarius consuetus, sed duplicatus, pendendus. 6
Laudabilem consuetudinem Agrippinæ Coloniæ per hęc non abrogari. 7

Folio. 38.

DE cõstitutionib⁹ ac cõsuetudinibus ecclesiasticis. Cap. 1.
Ieiunia ab ecclesia indicta, reuerenter obseruanda. 2
Irrisores ecclesiasticorum ieiuniorum refelluntur. 3
Ecclesiæ constitutionem charitati cedere. 4
Quid in ieiunio potissimum spe-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ctandum. 5
Redarguuntur qui quadrageſimę obſeruationem contemnunt. 6
Leaniæ & rogationes cur inſtitutæ: & quomodo populus admonendus ſit. 7
Proceſsiones intra ſepta eccleſiarum peragendę. 8
Admonendus populus, cur feriæ inſtitutæ. 9
In feriis ſoli deo vacandum. 10
Dies dedicationis tẽpli extra Coloniã, vno die vbiq; celebrandus, & quomodo ſit admonẽd⁹ popul⁹. 11
Cur templa & altaria conſecrantur. 12
Populus docendus, quid agatur & ſignificetur in conſecratione tẽplorum & altarium. 13
Cur benedicantur campanæ. 14
Docendus populus, vt ſignatis potius quàm ſignis inhęreat. 15
Quicquid in cæremoniis ad abuſum ſpectat, cautè ac diligenter cauendum. 16
Cur reconcilietur templũ aut cœmeterium. 17
Quæ pollutio reconciliationẽ requirat. 18
Quorũ ſumptu & expenſis reconciliatio facienda. 19
Immunitatẽ eccleſiaſticã in duobus potiſsimum ſitam eſſe. 20
Quemadmodum fraternitates reformandæ ſint. 21

Folio 42.

DE vita ac conuerſatione monaſtica. Cap. 1.
Neminẽ monachiſmi profeſſione temere alligandũ. 2
Admonendi parentes, ne liberos inuitos in monaſterium detrudant. 3
Quo affectu monáſtica vita amplectenda. 4
In monaſteriis habendus, qui doceat legem domini. 5
Verbi prædicatorem in monaſteriis eſſe oportere. 6
Monachi bonæ indolis ad Academias mittendi. 7
Moniales non eſſe alligandas, vt nulli quàm ſuo (vt vocãt) patri aut propoſito confiteantur. 8
Mutatam eſſe paulatim faciẽ monaſteriorum, ac vſurpatum hoſpitij ius, ſimul cũ acceſſu moderandum. 9
Viſitatio monaſteriorum neceſſaria. 10
Sumptuoſi monialium præpoſiti abrogandi, & frugales œcónomi conſtituendi. 11
In monaſteriis monialium victũ ac menſam communem eſſe oportere. 12
De præpoſitis ſolitariè commorantibus. 13
Viſitandæ domus fratrum Teutonicorum, diui Ioannis Baptiſtę, & Antonitarum. 14
De vita & conuerſatione monachorum. 15
Monachorum ſtudia atque exercitationes quales eſſe oportear. 16
Monachos vagos ſub cuſtodiam reuocandos. 17
Literas priuatas monacho, aut monachæ, iniuſſu abbatis reſigna-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

re non licere. 18
Canoniſſarum ſecularium mores reformandi. 19

Folio 45.

DE hoſpitalib.& orphanatrophiis,aliisque id genus pi is locis. Cap.1
In hoſpitalibus in primis animæ curandæ,deinde corpus. 2
In hoſpitalia qui recipiẽdi. 3
In hoſpitalia pauperes eius loci,vbi conſtituta ſunt,potiſsimum recipiendos,maximè contagiosis morbis implicitos. 4
Mendicãtibus validis hoſpitalia clauſa,&mendicitatem interdictam eſſe oportere. 5
Magiſtrorum hoſpitalium praui adfectus damnantur. 6
Quàm grauiter peccẽt,qui ex pauperum victu ſe ditant. 7

Folio 46.

DE ſcholis,typographis,ac bibliopolis. Cap.1.
Scholę inter vitandũ repurgandę,ac inſtituendę. 2
Apud ſingulas eccleſias habendus vir eruditus,qui clericos eius eccleſiæ inſtituat. 3
Qui huic viro victum ſuppeditabunt. 4
Quemadmodum Academiæ inſtaurari ac ſtudia ali poſsint. 5
Piũ votũ ad ſtudia ſubleuãda. 6
Decretalem Honorij tertij, quoad eius fieri poteſt,renouari æquum eſſe. 7
Quid curandum in Academiis. 8
Nihil imprimendum aut vendendum, niſi reuiſum prius. 9

Folio 48.

DE iuriſdictione eccleſiaſtica contentioſa. Cap.1.
Excommunicationis origo & præcipuus vſus. 2
Quur paſsim in omnes inobedientes excommunicationis cenſura diſtringi cœperit. 3
Vſum excommunicationis in publicè criminoſos in lucem reuocandum. 4
Quid cauendũ in decernenda excommunicationis cenſura. 5
Excommunicatos vitãdos. 6
Nõ paſsim contra omnes delatos per Fiſcales inquirendum. 7
Manifeſtè criminoſi ꝑ quęſtu nequaquam ferendi. 8
Clerici grauiſsimorum criminũ rei,ſecundũ canonicas ſanctiones puniẽdi. 9
De teſtamentis inſinuandis,approbandis ac exequendis. 10
Bona presbyteri ab inteſtato defũcti in piã cauſam cõuertẽda. 11
Portio quæ Archiepiſcopo ſoluitur,minime grauis. 12
Iuramentorum facilis exactio in iudiciis refręnanda. 13
Formula inquirẽdi hæreticos delinianda. 14

Folio 50.

DE viſitatione ac ſynodis archiepiſcolibus archidiaconalibúſq;. Cap.1.
Quo ordine viſitatio inſtituẽda.2
Quæ vbiq; corrigere oporteat. 3
In primis reformandos eſſe Decanos. 4
Inquietos , & prælatis rebelles

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

corripiendos. 5
In monasteriis quomodo abusus percipiendus. 6
In visitatione Parochiarum quid agendum. 7
Habẽda concio per Visitatores. 8
Interrogandus Parochus, quo titulo ministerium gerat. 9
De vita, moribus, & doctrina inquirendus. 10
De habitu, tonsura, ac reliquis externis videndum. 11
Num hæresis quæpiam serpat diligenter inuestigandum. 12
Num agantur alia, quæ cũ Dei & ecclesiæ institutis pugnent, dispiciendum. 13
De puerorum institutione, & hospitalium cura quærendum. 14
Vitia quib⁹ assueuerint Parochiani, acriter corrigenda ac resecanda. 15
De officio Parochi inquirẽdum. 16.
Synodus episcopalis anno bis habenda. 17
Quid agendum in synodo episcopali. 18
De synodis Archidiaconalibus ac ruralibus. 19
Officiales archidiaconorũ & decanos rurales, viros graues esse oportere. 20
Synodi archidiaconales antiquitatem quandam præ se ferunt. 21.
Abusus in synodorum Archidiaconalium ac ruralium obseruatione. 22
Inter visitãdum abusus corrigẽdi. 23.
Procurationẽ suo officio recte fũgentibus pendi, æquum esse. 24

CAPITA REFORMATIONIS PER D. LAVRENTIVM IN *Comitiis Ratisponen. editæ.*

QVòd nemini prædicare liceat, nisi per episcopum admisso, cuius est verbo Dei seminando eos adhibere, quos probauerit esse doctos, modestos, ac pios viros. Caput. 1.
Quòd clerici morum integritatẽ, clericali quoque habitu, ac tonsura ornare debeãt. cap. 2
Vitandæ clericis tabernæ, scenæ, ludi, omnísq; leuitas. cap. 3
Interdicitur clericis cauponaria ac mercatio. cap. 4.
Vt Parochi oblationibus ac iuribus suis cõtẽti, subditis nihil superflui oneris imponant. cap. 5
Vt Parochi pro necessaria sacramẽtorũ administratione, quod de cõsuetudine volũtariè offertur, recipiant: nihil verò extorqueant. cap. 6
Consuetudo per quam plus iusto onerantur subditi, authoritate episcoporũ vel magistratus moderanda. cap. 7
Quòd oporteat clericos esse temperantes, & non miscere cũ laicis conuiuia ne funeralia quidẽ aut fraternitatẽ. cap. 8
Parochis datur potestas occultos

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

peccatores gratis absoluendi,prę-
ter hęreticos,homicidas& excom
municatos, qui cũ publicis pecca-
toribus remittẽdi sunt ad eos qui-
bus absolutio reseruãda est. cap.9
Ne prælati animarum indignis &
sub vili stipendio locent. cap.10
Gaudere non debent clerici de ec-
clesiasticis beneficiis, quorũ p̃-
dia & domos nõ restaurãt.ca.11
Non debent animarum curæ prę-
fici religiosi,sed ad regulæ(quã
professi sunt)obseruantiam cõ
pelli. cap.12
Licebit pauperi conuẽtui cuilibet
suę eccleſię,diuiti tãtũ cohęrẽti
præficere religiosum probatũ
prius, & admissum per episco-
pum,sed ne ad sacros quidẽ or-
dines alij quàm tales promoue
ri debent. cap.13
Extra diœcesim ordinati,sine ordi
narij authoritate ac literis testi
monialibus, ad diuina non ad-
mittantur. cap.14
Sacerdotes in libidinem effusos,
& nephario concubinatu pollu
tos,pœnis ac censuris ecclesiasti
cis coercendos. cap.15
Stationarios qui eleemosynã pa-
cti sunt,prohibendos:qui verò in-
tegra fide colligũt,nõ admittẽdos
nisi sub testimonio ordinarij. 16
Vagos sacerdotes non tolerandos
vltra mẽsem,nisi cũ testimonio or
dinarij vnde discesserũt eiúsq; cu-
ius diœcesim ĩtrarũt admissiõe.17
Seruandas in ærario templi pecu-
nias templo dedicatas,nec ero-
gari debẽt nisi accedẽte ad vo-
luntatẽ præfectorum ęrarij,Re
ctoris quoque consensu.cap.18
Episcopi debent suis vicariis(q̃ &
ipsi episcopi sunt) ita ꝓuidere,
ne cogãtur cõtra episcopalẽ di-
gnitatẽ quęstui seruire. cap.19
Rediguntur dies festi in numerũ,
cęteri ita abrogantur,vt nihilo
minus peragãtur diuina.cap.20
Quibus diebus interdicta sit nup-
tiarũ celebritas,&quaten9 ieiu-
niũ ꝓlebi sit imponendũ.cap.21
Quòd cædes clerici authores tãtũ
diuinis excludere debeat.cap.22
Quòd episcopi non debeant cle-
ricorum bonis inhiare,qui legi
timos hæredes aut successores
relinquunt. cap.23
Quòd secularis potestas capere
possit apostatas, debet tamẽ ordi-
nario tradere, cuius erit in ipsos
animaduertere. Quódque non li-
ceat episcopis pẽsionẽ, aut absen-
tiarũ decimas extorquere. cap.24
Quòd nõ liceat episcopis benefi-
ciorũ fructus immodice ac aua
re clericis surripere. cap.25
Archiepiscopi debent prouincia-
lem synodum triennio conuo-
care. cap.26
Qui recusat altari seruire,non de-
bet de altari viuere. cap.27
Qui sacramentorũ communionẽ
in totũ neglexerĩt,sepultura de
bent ásinorum sepeliri. cap.28
Non committẽdũ vt relinquatur
impunita blasphemia. cap. 29
Seruanda quæ aduersus simonia-
cos sacri canones decernũt.ca.30
Diuinatores , hæreticos & fidei

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dilaceratores non modo vitandos ac reſcindẽdos, ſed ſeuera quoque animaduerſione plectẽdos. cap.31
Vt ſacerdotes oportet ſacras literas aſsiduè diſcere, ita laicorũ eſt non temerè de illis diſcepta re ac iudicare. cap.32
Decet epiſcopos ĩ ſuos vicarios eſſe liberales, prælatóſque omnes eleemoſynarios. cap.33
Veterũ decreta ſanctionéſq; pulchrum eſt obſeruare. cap.34
Epiſcopi in ſynodo quomodo de more veterũ ſingulis annis oportet celebrare: debẽt has cõſtitutiones publicare, & ſubditos ad earum obſeruantiam cõpellere. cap.35

INDEX RVBRICARVM STATVTORVM SYNODALIVM *Epiſcopi Hildeſemenſis.*

Folio 60.

DE ſumma Trinitate & fide catholica. Caput 1.
De officio archipresbyteri. cap.2
De renũciationibus beneficiorũ. cap. 3
De tẽporibus ordinationũ. cap.4
De filiis presbyterorum. cap.5
De clericis peregrinis. cap.6
De maioritate & obediẽtia. cap.7
De iudiciis. cap.8
De foro competenti. cap.9
De alienatione iudicij mutãdi cauſa facta & ceſsionibus. cap. 10
De probationibus. cap. 11
De fide inſtrumentorum ac notariorum. cap.12
De ſententia & re iudicata. cap.13
De vita & honeſtate clericorum. cap.14
De cohabitatione clericorum & mulierum. cap.15
De clericis nõ reſidẽtibus. cap 16
De præbendis. cap.17
De portione congrua ſeu competenti. cap.18
De inſtitutione. cap.19
De rebus Eccleſię non alienandis. cap. 20
De teſtamentis & vltimis voluntatibus. cap.21
De parochis & parochianis. ca.22
De fructibus defunctorũ plebanorũ ſeu rectorũ eccleſiarũ parochialiũ, Vicariorũ, altariſtarũ, & aliarũ perſonarũ eccleſiaſticarũ ciuitatis & diœceſis Hildeſemen. & qualiter inter defunctum & ſucceſſorem diuidi debeant. cap.23
De bladis & frumentis. cap.24
De fœno. cap.25
De fructibus arborum. cap. 26
De cẽſib. & aliis ꝓuẽtib. cap.27
De rata ſolutiõis impoſitionũ. 28
De regularibus. cap.29
De monialibus. cap.30
De magiſtris ſcholaſticis. cap.31
De cuſtodia Euchariſtiæ & reuerentia ſacramentorũ. cap.32
De baptiſmo. cap.33
De eccleſiarum procura. cap.34
De celebratione miſſarum & ho-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rarũ canonicarũ persolutione, Et de concionatoribus. cap.35
Quomodo diuinum officium sit celebrandum. cap.36
Quo tempore quisq; debeat esse in choro. cap.37
Qualiter horę canonicę extra chorum dicendæ sint. cap.38
De his qui tempore diuinorũ vagantur per ecclesiam. cap.39
De tabula pendente in choro. 40
De tenentibus capitula tempore missæ. cap.41
De spõsalibus & matrimoniis. 42
De Iudæis. cap. 43
De adulteris. cap.44
De raptoribus. cap.45
De vsuris. cap.46
De pœnis & occasione interdicti. cap. 47
De pœnitentiis & remissionibus. cap. 48
De sententia excõmunicationis. cap. 49
Casus episcopi specialiter reseruati. cap.50

TABVLA FORMVLAE VIVENDI CANONICORVM SECVLARIVM.

Folio 83

DE quinque horribilibus exẽplis cõtra eos qui vitã suã emendare volẽtes, statim cũ cõpunctionis spiritũ sentiũt se pfectos esse arbitrãtur, & in modo viuẽdi eligẽdo sanis cõsiliis nõ vtuntur, sed iuxta motum capitis sui ambulant. cap.1
De mala libertate canonicorum secularium. cap.2
Quid sit secundum carnẽ viuere. cap. 3
Cum quibus conuersare debet canonicus secularis. cap.4
Qui non vult regi & dirigi nõ est canonicus. cap.5
Quilibet canonicus aut vicarius primo debet intentionẽ suã dirigere ad dominum deũ. cap.6
Quilibet canonicus aut vicari⁹ debet aduertere, quibus & qualibus debitor sit iuxta vocationẽ suam, & hoc ad quod tenetur, debet opere adimplere. cap.7
Valde multa ad hoc requirũtur, q̃ aliquis rite officiũ diuinũ persoluat, & quod aliquis dignus habeatur diuinis interesse. ca.8
Si aliqua de antiquis obseruantiis ecclesiæ sunt collapsa, potest canonicus laborare pro reformatione eorũ, vel in domo ꝓpria supplere illa ꝑ alia exercitia spiritualia. cap.9
De regula canonicorũ secularium quę in quibusdam ecclesiis habetur. cap.10
Qui hanc formulã studiose seruauerint, etiã in seculo manẽtes religiosam vitã ducere possunt. cap.11
Canonicis & vicariis bonę volũtatis malitia huius tẽporis obesse nõ potest, faciãt melius q̃ possunt, & solicite ambulent deo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſuo,& ſalui erunt. cap.12
De debita exterioris hominis cõpoſitione tam inloquendo quã comedendo. cap.13
De ſobria mẽſa& cibis ſimplicib⁹ mediocribúſque. cap.14
De ieiuniis tẽperatis. cap.15
De habitu. cap.16
Deloquutione. cap.17
Mediũ ſemper eſt tenẽdũ. cap.18
De reformatione interioris homi nis. cap.19
De bello legis dei contra legẽ diaboli in vno homine.cap. 20
De triplici cõcupiſcẽtia. cap.21
De elongatione ab occaſionibus concupiſcentiarum. cap.22
De duplici remedio contra peccatum. cap.23
Quòd homo regulam viuẽdi ſibi eligat iuxta ſuæ naturæ & ſui ſtatus congruentiam. cap.24
Quòd homo ſuam doctrinam ad practicam ponat. cap.25
De dilectione dei & proximi. 26
De confeſsione. cap.27
De propoſito obſeruãdi formam viuendi conceptam. cap.28
Qua hora ſurgendũ ſit. cap. 29
De horis beatæ virginis. cap.30
De pulſu ad matutinas. cap.31
Quomodo homo ſe habere debeat in ingreſſu eccleſiæ & chori. cap. 32
De diſtractione mentis. cap.33
De Prima. cap.34
Quomodo canonicus in capitulo ſe habere debeat. cap.35
De præparatione ad Miſſam. 36
De Tertia,Sexta,& Nona. cap.37
De ſobrietate prandij, & benedictione menſæ. cap.38
De modo in comedendo.cap. 39
De lectione in menſa. cap.40
De conuiuiis. cap.41
De aliqua abſtinentia à carnibus, ouis,& lacticiniis. cap.42
De gratiis facto prandio dicendis, & de dolẽdo propter exceſſum in cibo vel potu. cap.44
Quid faciẽdum ſit poſt dormitionem,vel ſpationẽ vſque ad veſperas. cap.45
De cœna. cap.46
De collatione quando ieiunatur. cap.47
Quòd ſobria ſit cœna. cap.48
Quòd quidam poſt cœnã non loquuntur. cap.49
Non eſt inconueniẽs poſt cœnam cum familia honeſtè recreari. cap.50
Antequam ad lectum ſe ponat homo,colligat quomodo diẽ expẽderit,& de negligẽtiis veniã petat donec obdormiat. cap.51
Iacens in lecto,aliquid boni cogitet. cap.52
De perſeuerãtia in bono. cap.53
Vitandæ ſunt occaſiones recidiuãdi. 54
De tentationibus. cap.55
Cum anima fugere incipit ad leſum,ſtatim iraſci & ſęuire incipit inimicus. cap.56
Adhuc de tentationibus. cap.57
De fraterna correctione & emendatione per bona exempla, & bonas exhortationes. cap.58

FINIS.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

DE MVNERE EPISCOPALI.

Officium Episcopi post Verbi prædicationem cõsistit potissimùm in impositione manuum, & visitatione Ecclesiarũ.

EPiscopi Munus in duobus potisimum cõsistit. Primum, in impositione manuum, quæ est ordinũ ecclesiasticorũ collatio, ac institutio ministrorũ. Deinde in visitatione diœceseos. Vtrunque beatissimus Apostolus ad Titum dilectum filium, Cretæ Episcopum scribens, complectitur: Huius, inquit, rei gratia, reliqui te Cretæ, vt ea quę desunt corrigas, & cõstituas per ciuitates p̃sbyteros, sicut & ego disposui tibi. Alterũ verò idẽ Apostolus, cũ à Mileto discessum maturaret, profecturus Hierosolymam, ac certus q̃p amplius haud visurus esset faciẽ eorũ omniũ, per quos transiuit, prædicans regnũ Dei, vocatis illo ad se ab Epheso eccle siæ presbyteris, apostolica vehementia inculcat, cum ait: Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos, regere eccleſiã Dei, quã acquisiuit sanguine suo. Et quoniã scio, inquit, quòd intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi: & ex vobisipsis exurgent viri loquentes peruersa, vt abducant discipulos post se: propterea vigilate. Cui muneri, vt ambo illa apostolici ordinis eximia luminaria, nimirum Petrus, ac illius collega Paulus, satisfacerent, alter transiuit & inuisit vniuersos, alter perambulauit Syriam & Ciliciam, confirmãs ecclesias, præcipiens custodire præcepta Apostolorum & seniorum: nimirum non tantum verbo, sed & exemplo Episcopos commonentes, vt qui speculatores in Dei ecclesia cõstituti sunt ac appellantur, prouincię sibi mãdatę, vigilantissimè intendant, fidem, conuersationem, mores & vitam singulorum explorent, examinentque, ac prouideant, ne alicubi quis in ea vocatione, ad quã à Deo vocatus est, torpescat.

Titum 1.

Acto. 20.

Acto. 9.

Act. 15.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

De impositione manuum, quæ est ordinum ecclesiasticorum collatio ac institutio ministrorum.

IMpositio manuum est ostium, per quod intrant qui ecclesiarũ gubernaculis admouẽtur. Proinde quia eiuscemodi ostiũ diligenter custoditũ non est, factum est, vt tãta mala quæ sentimus, agminatim in ecclesiam Dei irruperint. Huius ianuæ vigilantissimi custodes fuerunt Apostoli Christi, & quotquot ipsis successerunt Apostolici episcopi. In primis vero diuinissimus Paul⁹, qui dilectissimis discipulis Timotheo ac Tito, eiuscemodi custodiæ formulã ex professo præscribit. Porrò Apostoli, cum esset in locum Iudę prodito ris deligẽdus duodecimus collega, statuerũt duos ex his viris qui cum ipsis congregati fuerunt in omni tempore quo intrauit & exiuit inter eos domin⁹ Iesus, probatissimos electionẽ alterutrius domino committẽtes. Ad hęc cum essent deligendi primi illi ecclesiæ diaconi, Apostoli conuocata discipulorum multitudine, dixerunt: Cõsiderate fratres ex vobis viros boni testimonij, plenos spiritu sancto ac sapientia quos constituamus super hoc opus, atq; illi (cũ placuisset hic sermo) corã omni multitudine, elegerũt Stephanũ, virũ plenũ fide & Spiritu sancto, ac reliquos sex, quos statuerũt ante conspectum Apostolorũ: qui dein nõ temerè, sed orantes, illis imposuerũt manus. Denique de Barnaba, per Apostolos ad Antiochiam destinato, refert scriptura: Quoniã Apostoli miserũt Barnabam, quòd esset vir bonus & plenus Spiritu sancto ac fide. Quibus exemplis edocemur, quãta cura ac delectu, manus impositionem fieri oporteat. Beatus Apostol⁹ inter alia Timotheũ sic alloquitur: Cõmenda, inquit, quę audisti per me per multos testes fidelibus, qui & idonei erũt alios docere. Et iterum: Manus nemini citò imposueris, neq; cõmunicaueris peccatis alienis. A qua regula cum lõge lateque discessum sit affectibus priuatis sibi omnia vẽdicantib⁹, morbus obortus est plurimus, atque ita radicat⁹, vt vix spes medendi relicta sit. Neque tamen in mediis & exulceratissimis morbis de remedio desperãdum erit, sed tãto magis de Pharmaco idoneo cogitandum prouidendumque.

1. *Tim.* 3.
Ad ti. 3
Acto. 1.
Acto. 6.
Acto. 11.
1. *Tim.* 2.
1. *Tim.* 5.

Ex cõci. Lateranen. sub. Alex. 3.

Ad certum titulum ecclesiæ ministros canonice deligendos ordinandosq;. *Cap.* 2.

QVoniã verò primitiuę ecclesię facies quod ad institutionem ministrorũ attinet, paulatim immutata fuit:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nimirũ dotatis tẽplis,ſacerdotiiſque ac certis ſtipẽdiis miniſtrãtibus cõſtitutis:viſum ſubinde ſanctis Patribus nõ abſq; multa ratione fuit,ne quiſquam ſine certo titulo(qui illi victum neceſſariũ ſuppeditaret)ad maiores,quos & ſacros ordines vocamus,ordinaretur.Adhibita etiam non leui ſeueritate in Epiſcopos,qui ſecus facere præſumpſiſſent. Quæ cũ ſic ſe habeant,reformationem ordiri hinc fuerit neceſſe.Videndum itaque in primis eſt, vt collationes eccleſiaſticorũ, ſacerdotiorum ſeu beneficiorum,vt electiones,prẹſentationes,& inſtitutiones clericorũ ac miniſtrorum, maximè eorum qui curæ præficiuntur animarum(quæ ſcientia ſciẽtiarum meritò appellanda eſt)ritè ac canonicè fiant.Vtque maximi illi & teterrimi abuſus & vitia(quæ in deligendis perſonis eccleſiaſticis, non vulgari cum detrimẽto eccleſiæ ſæpenumero committũtur)quoad fieri poteſt,tollãtur. Quod tunc demũ futurum eſt,cum repulſis ac ſubmotis indignis, digni tantùm ac idonei admittantur,qui & velint & poſsint officium(propter quod beneficiũ datur)gerere & explere. Scriptum eſt enim: Qui non laborat,non manducet.

Manum nemini cito imponendam. *Cap.* 3.

QVamobrẽ omnibus,qui præficiendi eccleſiaſticis muniis miniſtros poteſtatẽ habent,illa(quam paulò antè retulimus)Paulina admonitio ſemp ob oculos verſabitur:Manus citò nemini impoſueris,neque communicaueris peccatis alienis. Si enim ad honores mũdi ſine ſuffragio tẽporis,ſine merito laboris indignũ eſt peruenire,&notari ambitus ſolent,quos probitatis documẽta nõ adiuuãt, quàm diligens,& quàm prudens habenda eſt diſpenſatio diuinorum munerum,& cœleſtium dignitatum: Certè olim excommunicatione percellebantur,qui eccleſiaſtica beneficia contuliſſent indignis. *1.Tim.5. S.leo.c. miramur. 61.diſt. Ex cõcil. Toletan.*

Humani affectus & venalitas in beneficiis eccleſiaſticis, execrabiles. *Cap.* 4.

NVlla itaque conſanguinitatis ratio,nulla propinquitatis contemplatio, facere debet hoc, vt populi gubernatio,alij,quàm meliori tradatur. Ceſſent omnes affectus humani,qui ſua,non quæ IESV Chriſti ſunt,quẹrũt. Maximè verò ſacerdotiorum ac beneficiorũ venalitas execranda eſt. Quòd qui ſic præficiunt,ac prẹficiũtur inter emẽtes & vendentes columbas,(quos Dominus flagello de funi *Hier.7. Nume.1. Philip.2. Mat.21. Ioan.2. Marc.11. Luc.16.*

402

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

culis facto è Templo eiecit,ac mensas nummulariorũ & cathedras vendẽtium columbas euertit)computẽtur. Si enim is dignus sacerdotio creditur,cui non actionis merita, sed præmiorum copia suffragatur,restat,vt nihil sibi in ecclesiasticis honorib⁹ grauitas,nihil sibi defendat industria,sed totum auri prophanus amor obtineat. Et cũ fides simul & vita in sacerdotibus & ministris eligenda sit,quæ tãdem vita, & quæ opera sacerdotis illius erunt,qui honores tanti sacramenti per præmium conuincitur obtinere?

Beneficia ecclesiastica priusquã vacẽt nemini promittẽda. Cap. 5.

Ex cõcil. Later.

CVm olim Conciliari institutione vetitum sit, ne vlla ecclesiastica ministeria seu beneficia promittantur ali cui priusquam vacẽt. Tum ne quis mortem proximi, in cuius locum & beneficiũ se crediderit successurum,desiderare videatur. Tum quòd turpe sit,diuiniq́ue plenum animaduersione iudicij,si locum in ecclesia Dei futuræ successionis expectatio habeat,quam ipsę etiam seculares leges cõdemnare curarunt. Idque verò quũ nunc passim prẹter omnem personarum delectum,designatis etiam ex nomine beneficiis,in quę stipulatores successuri sunt,pessimo exemplo fiat,tollendus abusus est. Idque non aliter,quàm secundũ canonicam ordinationem,ne quis solicitus sit,nõ tam de officio,quàm de beneficio viuentis.

Dignis tantum beneficia esse conferenda. Cap. 6.

QVi sacerdotia ecclesiastica pleno(vt aiunt)Iure,potestatem conferendi habent,alium factæ à se manuum impositionis discussorem non expectant. Præcipua ergo illis habenda cura est,idque maximè in præficiẽdis parochis, ne apostolici præcepti præuaricatores ac rei fiant.

Matt.15. Luc.16. Quis enim non intelligit,quàm graui culpa se obstringitis, qui in causa est,vt cæcus cæco ducatum præstet,nimirũ am-

Malac.1. bobus in foueam delabẽtibus? Despiciũt(inquit Malachias propheta)nomen domini,qui cęcum,qui claudum,qui lan-

Hiero.in Malach. guidum animal,ad immolãdum offerunt,& propterea grauiter à domino increpantur. Quis verò cæcum animal offert,nisi qui indoctum indocti locum ordinat,magistrumq́ facit,qui vix discipulus esse poterat? Claudũ verò, qui lucra terrena quærentem,locat in dignitate,veluti pedẽ in diuersa ponentem? Cui potest inferri illud: Vsquequo claudicatis in duas partes? Languidum denique, qui vitiosum pro reli-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gioso habet, quique tardum & pigrum probat patientem.

Idoneos tantum in prælatos eligendos esse. Cap. 7.

SAcris Canonibus saluberrimè constitutum est, vt omnes Cathedrales ecclesiæ, collegia & conuentus ad dignitates vacantes, ex sua congregatione idoneos eligant prælatos. Atq; eos demũ sacris administrationibus dignos esse existiment, quorum omnis ętas per disciplinas ecclesiasticas cucurrisset. Iam vt primitiuæ ecclesiæ cẽsura mitigationem recipiat discretionis, is saltem aliorũ curæ præficiatur, cuius comparatione grex cæteri meritò dicãtur. Quomodo enim fieri potest, vt non vilissimus reputetur, qui est honore præstantior, nisi quoque scientia & sanctitate præcellat? Atque vtinam hic pensitetur, & nautis & nauigio deferendis eandẽ imminere periclitandi necessitatem.

Ex cõcil. genera. c. ne pro defectu de electione. Ex cõcil. Basilien. Hiero. Symma. ad Laurẽ. c. vilissim⁹. 1. q. 1.

In eligẽdo, ætas, mores literatura & sacer ordo spectãda. Cap. 8.

QVapropter electores soliciti sint, vt talem præficiant, qui officio credendo satisfacere possit, virum ætatis legitimæ, moribus grauem, literarum scientia prędi-tum, atque in sacris ordinibus constitutum. Scientes ipsis in re tam graui, vel dolo, vel negligenter agentibus, nõ minorem quàm malis illis pastoribus ac prælatis (quos ipsi præfecerunt) in districto Dei iudicio imminere pœnam. Neque enim impunè peccatur in Spiritum sanctũ, qui in omni electione vt author inuocatur. Neque inultũ permittet Deus, si quis iureiurãdo, quod sub electionem prędatur, frustrà nomen domini vsurpauerit. Vt omittamus pœnas canonicas, quæ perperam eligentes manent.

Ex conci. Basilien. Deut. 5.

Electionem synceram esse oportere. Cap. 9.

ABsit ergo omnis simonię prauitas, omnis pſonarũ respectus. Cessent potẽtiorũ preces, q̃ minis ęquiparãtur, omnísque impressio: cesset ambitio, ac dominãdi libido. Ad hęc ꝓcul absint omnes illicitæ obligationes, quę sub electionem, aut paulò pòst ab eligendo vel electo, haud pręter simoniæ labẽ extorquẽtur. Et procedat de vultu Dei op⁹ ipsius, vt scilicet, qui præstantior est omnibus, qui doctior, qui sanctior, qui in omni virtute eminentior, hic eligatur.

Hie. 8 q. 1. c. licet. &c. si ergo.

In confirmatione electionis, quæ expendenda. Cap. 10.

ELectione facta, Nos & cęteri qui cõfirmationis munus impẽdemus, officio nostro, Deo volente nõ deerimus, discussuri scilicet diligẽter & formã electionis, & electi

403
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

merita, priuſquam noſtras imponamus manus.

Per patronos idoneos præſentari oportere. *Cap.* II.

PAtroni, tum eccleſiaſtici, tum laici (quos hac de re diligẽter admoneri curabimus) videbunt, vt idoneos (quẽadmodum antè diximus) Archidiaconis præſentent. Compertum ſiquidẽ habem⁹, quàm hic ſupra modum peccetur. Sunt enim qui tantum filios ac conſanguineos, ſeu aliter ipſis addictos, citra vllum delectũ, aut diſcrimen ſcientiæ, morum, ac ætatis, beneficiis eccleſiaſticis admouẽt. Sunt qui admotis, nomen tantum reliquunt, cenſum autem atque eccleſiaſticos redditus, ſibi auſu quodam ſacrilego (nihil minus quàm de eccleſiaſtico miniſterio cogitantes) vſurpant. Quę omnia cùm ſanctorum Patrum ſanctionibus damnentur, multorumque malorum in eccleſia Dei cauſa ſint, poſthac non committi, ſed ſublata penitus eſſe, ſuamque vim canonicis regulis conſtare ex animo cupimus.

Alexã. 3. c. exfrequẽtibus, de inſtit.

Quid incumbat Archidiaconis. *Cap.* 12.

ARchidiaconi noſtri, ad quorũ curã ĩter alia pertinet, vt noſtro nomine parochias ordinẽt, ac miniſtros eccleſię ipſis p̃ſentatos ac oblatos inquirãt. Sciẽt ſui muneris eſſe, negligentiã patronorũ ſupplere. Cùm enim oculi noſtri ſint, diſpicient, ne quis alioqui indignus, ſub alicuius preſentationis prætextu irrepat, ac admittatur. Nec cõtẽti quòd poſt edicta ter publicata, nuſquam compareat, qui preſentationem oppugnet: eorum etiam qui ipſis preſentantur, & ad inſtituẽdũ offerũtur, vitã, mores, & eruditionẽ accuratè perueſtigabunt, ac niſi comperti illi fuerint, muneri, cui præfici poſtulãtur, pares fore nefas putabunt: ſtultè petẽtibus aſſentiri. Neque exiſtimabũt id temporis, quod huic examini impendẽt, perdi: cũ nequaquã poſsit collocari melius, maximè quod officium eorũ, hoc ipſum vt fiat, magnopere requirat.

c. 1. & .c. ad hæc de of. Archidia. C fina. de elect. ĩ 6.

Aliquot abuſus officialium inter viſitandum corrigendi. *Cap.* 13

ET quoniã ad nos quorundã querela perlatum eſt, nonnullos officiales Archidiaconorũ noſtrorũ inueſtituræ nomine plus ęquo interdũ petere, quoſdã etiã inſtitutionẽ ipſam petẽtibus, vel temerè negare, vel ſaltẽ in longũ differre tẽpus, quãlibet legitima ſit p̃ſentatio, & idoneus is qui præſentatus eſt. Curæ itaq; nobis erit, inter viſitandũ, de his diligẽter ĩquirere, & quæ vitioſa cõperiẽtur, Archiepiſco-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pali authoritate, cõmunicato tamẽ cum Archidiaconis nostris (vt par est) consilio, quoad eius fieri poterit, corrigere.

Omnes qui de beneficiis disponunt sui officij admonendi. Cap. 14.

REferre etiam non parũ existimamus omnes, qui de sacerdotiis seu beneficiis ecclesiasticis quãcunque dispo nendi potestatem habẽt, speciatim ac diligẽter admoneri, vt hisce synodaticis canonibus, per omnia obtemperẽt, nisi in eo ipso in quo deliquerint, puniri velint.

Moderatio patronos laicos respiciens. Cap. 15.

ATtamen quod ad patronos laicos attinet, hanc censurã eaten⁹ moderamur, vt si Archidiaconi nostri prẽsentatos ab eis, quòd inidonei sint instituere recusent, liceat ipsis inutilium loco, alios iterum, intra tempus legitimum præsentare, modò tamen dolus absit.

De officio vicariorum in pontificalibus. Cap. 16.

POsteaquam de illorum officio diximus, qui sacerdotiis seu beneficiis rectores admouẽt ecclesiasticis ordinibus initiandos, restat vt de Vicariis nostris in pontificalibus atque huic muneri (in partẽ solicitudinis nostrę vocati) potissimũ delegati sunt, paucis dicamus. Nobis quidẽ vti cęteris omnibus põtificalibus, in Aaronis p̃sona loquut⁹ est Deus: Homo p̃ familias, qui habuerit maculã, nõ offeret panes deo suo, nec accedet ad ministeriũ eius. Si cæc⁹ fuerit, si claudus, si vel paruo vel grãdi vel torto naso, si fracto pede, si manu, si gibbus, si lippus, si albuginẽ habẽs in oculo, si iugẽ scabiẽ in corpore, vel hernioſus. Omnis enim qui habuerit maculã, non accedat offerre hostias domino, nec panes deo suo. Quid per allegoriam sermo diuinus significare voluerit, maximus ille cœlestium rerũ perueſtigator Paulus in epistolis, quas Timotheo ac Tito, ambobus nascentis ecclesiæ episcopis inscripsit, grauissimè explicauit. Quum enim mandasset vt per ciuitates presbyteri constituerentur, statim subiecit, quales substitui vellet & oporteret. Oportet (inquit) constituendum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem, non superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorẽ, non turpis lucri cupidum: sed hospitalem, benignum, prudẽtem, sobrium, iustũ, sanctũ, continentem, amplectentẽ eum, qui secundum doctrinã est, fidelem sermonẽ, vt potẽs sit exhortari doctrina sana, & eos qui contradicunt, arguere. Dia-

Leuit. 21.

Ad Titum 1.

104
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

1. Tim. 3. conos ſimiliter pudicos,nõ bilingues,non multo vino dedi-
tos,non turpe lucrum ſectantes , habentes myſterium fidei
in conſcientia pura.Et vt iterum nos officij noſtri commo-
nefaceret, ſubiecit:Et hi probentur primũ,& ſic miniſtrent,
nullum crimen habentes.

Quid ipſis potiſſimum curandum ſit. *Cap.* 17.

INcumbit itaq; nobis,vt probemus primum eos qui ordi-
nibus,maxime ſacris,initiari deſiderãt.Curę ergo erit Vi-
cariis noſtris in põtificalibus, manus impoſitionem au-
caturis,ne hic quid deſit,néve ordines ſacros aliter quàm ſe-
cundum regulam euãgelicam impartiantur.Vt adiutores in
hoc examinationis munere habeãt,non repugnamus,modo
primæ ſolicitudinis partes apud eos ſint,nec quæ ipſis ante
omnia agenda erant,in alios penitus relegẽt,interim ipſi de
omnibus incerti,per hęc tamẽ ſuffraganeis noſtrisnihil pre-
iudicãtes,quo minus ipſi quemadmodũ videbitur opportu-
num de huiuſmodi examine faciẽdo,diſpiciãt.Vt verò ſum-
matim multa complectamur , diſpicient de ordinandorum
ætate,vita,ſcientia & affectu.

De ætate ordinandorum. *Cap.* 18.

Ex cõcil. Arela. 3

OLim Diaconus ante 25.Presbyter verò ante 30.ætatis
annos,non ordinabantur. In Viennenſi verò Concí-
lio,ſub Clemente quinto,ordines ſacri minori etiam
ætati conceſsi ſunt:nempe ſubdiaconatus,18.diaconatus,20.
presbyteratus denique,25.ætatis annum nato.Num ad anti-
quos canones regredi referat,futurum Concilium diſpiciet.
Nos interim admonemus,Viennenſe Cõcilium,tum ex ali-
is canonibus,tum ex ſeipſo interpretandum:nimirum vt ætas quidem illa ſufficiat,modò tamen cętera quoque quę ca-
nones plus,quàm ætatem reſpiciũt,haud deſint:nempe lite-
rarum ſcientia,& morum grauitas.

Ex Vięnen. cõci. cle. gene. ralem de. ætа. & qual.

Ex eodẽ concil. cl. eodem tit.

Ex Later.

Teſtimonium vitæ ac doctrinæ per initiandos ſacris exhibendum. *Cap.* 19.

DE doctrina,vita,ac moribus,Suffraganeus noſter teſti-
monium præceptorum,qui ipſos in literis inſtituerũt,
docueruntque, eorum quoq; apud quos ſacris initian-
dus potiorem vitę partem tranſegit,ac diuerſatus eſt,exige-
re non omittet,ne manifeſtè criminoſi irrepant.Idq; ad cer-
tam formulã,quam delineari curabimus.Dum enim priſcã
eccleſiam reſpicimus,ſummo deſiderio tãgimur, priſcos il-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

los ſanctiſsimos mores,non tantum verbis,ſed & re ipſa in eccleſiã,quod in nobis eſt,reducẽdi.Illa certe vetuit,ne Epiſcopus ſine teſtimonio clericorũ & plebis,clericos vllos inſtituat.Hinc illę interrogationes ſolennes prędambulæ.Sunt iuſti?ſunt caſti?atq; aliæ ſimiles.Neq; fruſtra ſcriptum legimus,quòd quanquam dominus de conſtituendo Ioſue principe præcepiſſet, eundemque elegiſſet,nihilo ſecius tamen conuocari ſynagogam voluiſſe. *Ex.3. carthag.* *Hieron. in Leui.*

De eruditione ordinandorum inquirendum. Cap. 20.

DE eruditione quoq; & ſcientia diſquiret,ne ſtatim à ſtiua ad eccleſiaſtica munia confugiatur. Per prophetã dominus dixit:Quoniam tu ſciẽtiam repuliſti, & ego repellam te,ne ſacerdotio fungaris mihi.Subſtantia ſiquidẽ ſacerdotij, ſunt eloquia diuinitus tradita, vti Dionyſius ille magnus appoſitè dixit.Quæ vero in parochis,quę in cęteris eruditio requirenda ſit,pòſt dicemus. *Oſee 4.* *Dionyſi⁹.*

Videndum quo affectu ad ordines accedatur. Cap. 21.

QVo denique affectu ac propoſito accedant ordinandi,videndum,accurateque inueſtigandum eſt:num videlicet dei cauſa tantum, an potius ſuæ commoditatis gratia ad ordines capeſſendos adſpirent, quærentes quæ ſua ſunt,non quę Ieſu Chriſti.Quid enim eſt ſua quærere,& non quę Chriſti ſunt,niſi cũ tales non gratis Deũ diligũt,nõ Deum propter Deum quærunt,temporalia cõmoda ſequẽtes,lucis inhiantes, & honores ab hominibus expetentes? Quiſquis ergo talis eſt,non Dei filius,nec ouili Chriſti idoneus paſtor futurus,ſed mercenarius eſt.Vbiq; Deus nominis intentionem & mentem ſpectat,quam Chriſtus in Euãgelio lucernam corporis atq; oculum vocat. Qui ſi ſimplex fuerit,totum corpus lucidum erit: Sin autem fuerit nequã, totum corpus tenebroſum erit.Quare ſi lumen(quod in initiando eſt)tenebræ ſunt,ipſę tenebrę quantæ erunt? *Philip.2.* *Aug.8. q.1.c.ſunt in eccleſia.* *Matt.6.*

Quanto temporis ſpatio,ante maiorum ordinum receptionem initiandi ſe præſentare debeant.Item, & quid initiandi tum ſecum allaturi ſint. Cap. 22.

VT autem hic animus Vicariis noſtris in põtificalibus eo exploratior ſit(neque enim qualicũq; aſſertioni ſtatim tuto creditur)operępreciũ exiſtimamus,vt qui ad ſacros(quos vocam⁹ maiores) ordines capeſſendos adſpirãt quatuor temporibus, vt vocant, quæ tempus impertitionis

105

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eiuſmodi ordinum proximè præcedunt, Vicariis noſtris i pontificalibus ſeſe repręſentẽt, qui eos (quemadmodum di ximus) rogabunt, quid eos huc permoueat, an expenderint quid in hac vocatione pręſtare oporteat, an huic vocation ſe ſentiant poſſe reſpondere: & an ſperent, ſe adiutore Dei cõtinere poſſe ac velle. Item, an affectu carnis huc ducãtur, vt videlicet in otio & ſuauiter viuant opéſne & honores pa rent. Admoneantur quoque vt bene ſeipſos explorent, exa tiantque ne quum ad capiendos ordines reuerſi fuerint, ſpi ritum ſanctum fraudent.

EO ipſo etiã temporis ordinandi, teſtimoniũ vitę ac cõ uerſationis ſecum afferẽt, vt Vicarij noſtri in põtifica libus, cũ ex reſpõſione, tũ vita p̃cedente colligere poſ ſint an admittendi videantur. Et nũ referat diligentius de vi tæ teſtimonio, ante appetẽs ordinationis tempus inquirere.

Quale teſtimonium afferendum. Cap. 23.

QVi ciuitatẽ aut oppidũ ſenatus, qui verò pagũ aut vi cũ incolit, iudicij eius loci literas ſigillatas quę gratis dabũtur, ſecũ feret. Quæ ne cuipiã vel per inuidẽ tiã, vel aliũ minus ſyncerũ affectũ denegentur prohibemus. Alioqui adferens documentũ factę requiſitionis & denega ti teſtimonij, nec tamẽ incuſat⁹ criminis vel defectus, ac ido neus per Vicarios noſtros in pontificalibus repertus, nihilo ſecius admittetur. Qui vero non in oppidis aut pagis in qui bus titulũ nacti ac miniſtraturi ſunt, ſed in lõginqua regio ne moram traxerunt: hi canonicis ſatisfaciant inſtitutis.

Die Mercurij proxima ante ſuſceptionem ordinum examinandi, qui initiantur ſacris. Cap. 24.

ET vt hæc omnia eo accuratius obſeruẽtur, viſũ nobi eſt vt ordinãdi maximè ad ſacerdotij gradũ (quod di ſabbatino ex more eccleſiaſtico fieri ſolet) die Mercu rij proximè p̃cedente, ad noſtras ciuitates, vbi Vicarij noſtri in põtificalibus ordines ipſos ſacros impartiẽt, ſeſe cõferã quò duobus dehinc ſequẽtibus dieb⁹, videlicet Iouis & ven ris, quoseiuſcemodi diſquiſitioni pagẽdę deputam⁹, Vicari is noſtris, ipſiſq; noſtra authoritate in eo munere adiũgẽd Theologis, ſe repręſentent, examinationiq; eorũ ſubmittã

Neminem ab examinatione immunẽ eſſe oportere. Cap. 25.

AQua quidem neminẽ excipimus, etſi magiſtri titul prętexat, niſi quẽ publicum ſit & vitam integrã egiſſ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& ea quæ ordo impertiendus requirit, facile callere. Quamobrem nedum Clerici (qui ſeculares appellantur) ſed & religioſi cuiuſlibet etiam profeſsionis fuerint, hanc cenſuram experientur.

Cuius admonendi ſunt pridie ordinationis initiandis ſacris. Cap. 26.

PRidie ordinationis admonebit Vicarius noſter in pontificalibus omnes iterũ, quò ſe quiſq; diſcutiat, ne officio ſe alliget, cui non poſsit ſatisfacere: Néve mentiatur ſpiritui ſancto, aut impœnitenti corde accurrat, ſed ore confeſſus, ac ſpiritu contritus, humiliatuſque, poſt perceptam ſacro ſanctam Euchariſtiam, Deo totus deditus accedat.

In minoribus ordinibus conferendis, quæ cura adhibenda. Cap. 27.

QVanquam qui minores vocantur ordines, tam exactã curã non requirant, ſuo tamen modo, pro gradu & excellentia ordinis, omnium eorum quæ diximus, ratio habenda eſt. Quid enim indecorum magis quàm admoueri infantes, qui non intelligant quid agatur, imò ne capiant quidem, quid Clerici nomẽ, & reliqua minorũ ordinum vocabula ſignificẽt. Quid turpius, quàm quòd penit⁹ Analphabeti, ac interdum flagitioſi (qui vt legum ciuiliũ cenſuras ac pœnas eludãt, ſeſe impudentiſsimè ingerunt) in maximã eccleſiaſtici ordinis ignominiã, ſacris initiãtur? Qua de re nemo poſthac ordinibus hiſce inſigniẽdus eſt, niſi quem & vita commendet, & literaturæ, ætatiſq; ſit pro ratione ſuſcipiẽdi ordinis, ſufficiẽtis, ac rectę ſyncereq́; voluntatis. Qui enim in clerum alleguntur, rem profitentur minime ridiculã, nẽpe ſe peculiariter in ſortem domini aſcitos, quibus poſthac omnia terrena ſordeant, ac ſolus dominus ſors ac pars hęreditatis futurus ſit. Cuiusquoque (priuſquam ordinentur) diligenter admoneri debent. *Hieron. ad Nepo.*

Ab initiandis nihil exigendum. Cap. 28.

VT autẽ eccleſiaſtici ordines, ſumma ſynceritate, omni quæſtus ſuſpicione, omniſq; mali ſpecie quàm longiſſime ſubmota, cõferãtur: nolumus vt ab initiatis quicquã, vel ſigilli nomine, à vicariis noſtris in põtificalibus exigatur, ſed tantum ſcribis earum literarum (quę formata appellantur) vnus albus ſoluatur. Nam eos ſumptus, quos ante hac vicarius noſter in diœceſi Colonienſi choraliũ cauſa facere cõſueuit, nos deinceps pendemus. Nõ dubitamus inte-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rim Suffraganeos noſtros ſuis vicariis in pontificalibus ita prouiſuros, ne quis iuſtam querendi cauſam inueniat.

Literæ dimiſſoriæ nulli temerè concedendæ. Cap. 29.

PRohibemus quoq;, ne Officiales noſtri literas dimiſſorias, quæ vulgo licentiatoria ordinandi vocantur, alicui temerè concedant. Illorum enim prætextu, qui ſuæ ruditatis & inſcitiæ ſibi conſcij ſunt, noſtrorum Vicariorũ in pontificalibus diſquiſitionem ſubterfugiunt, ac aliò demigrant, vbi nullus canonicæ traditionis reſpectus habetur.

Tituli ordinandorum diligenter diſcutiendi. Cap. 30.

TItuli quoque ordinãdorum diſcutiantur. Pleriq; enim inuenti ſunt, qui fictis, & emẽdicatis titulis ad ſacerdotij dignitatem euecti, eandẽ turpiter proſtituere poſtea coacti ſunt, vendibiles, quandocunque doloſi ſpes refulſerit nummi. Quorum numerũ (quòd nihil ferè aliud quàm numerus fuit) imminui plurimum referret. Inter hos ſiquidem eſt, qui in plateis mẽdicat infœlix clericꝰ, & ſeruili operi mãcipatus, publicã depoſcit eleemoſynam: qui eo magis à cunctis deſpicitur, quòd miſer ac deſolatus iuſtè putatur adhãc ignominiam deueniſſe. Inter hos eſt, qui in diuitum ac nobilium domibus ſcurrã aut mimum, aut morionẽ agit, quæ ab officio trahendum, Carthaginenſe Concilium decernit.

Hieron. ad Ruſt. c. diacon. 93. diſt.

Peregrini clerici quomodo admittendi. Cap. 31.

PEregrini Clerici Romæ aut alibi ordinati, priuſquã de ordinatione ſua ritè adepta, déq; vita, moribus, eruditione ac titulo fidem fecerint, ac commẽdatitias ſuorũ Epiſcoporum, ſuæq; ordinationis literas exhibuerint, repellantur. Quanta enim per hos (qui euagandi licentia abutuntur) ſcãdala, animarumque pericula, & in clero & in populo frequenter eueniant, nemo eſt qui non videat.

Ex Agat. ca. 25. de cler. peregr. toto titulo. 61. 62. 63. diſtin.

Odioſa beneficiorum pluralitas in vna eadẽq; perſona. Cap. 32.

ODioſa ſemper apud veteres fuit plurium ſacerdotiorum ambitioſa cupiditas, neq; ſemel generalibus Conciliis damnata. In Chalcedonenſi enim inter alia cautum eſt, clericum in duabus eccleſiis cõſcribi non oportere, quòd difficile videatur, vt vnus vicem duorũ ſuſtineat: & abſurdum, ſi promiſcuis actibus rerũ turbẽtur officia. Id verò in primis noxium eſt, vbi plures parochiæ ſeu dignitates, vni presbytero cõmittuntur, quòd ſolus per omnes eccleſias nec officium perſoluere, nec rebus earum neceſſariam cura

Ex Chal.

Ex Tole. c. vnio. 10 q. 3.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

impendere valeat. Quare tã eos qui de ſacerdotiis eiuſcemodi diſponendi poteſtatẽ habent, quàm qui ea cæca cupiditate ducti ambiunt, commonitos volumus, vt ſuos affectus canonicis inſtitutis ſubmittant. Qui vero diſpenſatione apoſtolica aduerſus hæc ſe tueri velint, hi viderint, vt cauſam diſpenſationis obtẽtæ, deo comprobent. Neq; enim ſublimes atque admodum literatas ꝑſonas ſuo priuilegio nudamus: modò illo rectè & ſecundum Deum vtantur. *Ex conci. gene. c. de. multa. de præbẽ. & dign.*

Diſpẽſationes inſpiciẽdæ vt occurratur abuſibus. Cap. 33.

QVàm impudenter pleriq; diplomatis ac diſpenſationibus apud ſedem apoſtolicã extortis, præter ſummi pontificis mẽtem (qui & vult & debet poteſtate ſibi conceſſa non ad deſtructionẽ, ſed ad ædificationem vti) abutantur, nullus eſt qui ignoret. Nõ prohibeo (inquit quidam vir pius) diſpenſare, ſed diſsipare. Diſpẽſatio quidem credita eſt, ſed hic iam quæritur inter diſpẽſatores, vt fidelis quis inueniatur. Quanquã apud illos maxima culpæ pars reſideat, qui vel nulla vel minus legitima vel etiã ficta cauſa, ſupplicatoriis precibus incerta, diſpẽſationis tectoriũ tãdem eliciũt, quos apud Deum (qui renes & corda ſcrutatur, omnémque hypocriſim ac fraudem execratur) ſecuros quis dixerit? Nemo tibi (ait idem ille quem iam citauimus) de diſpẽſatione apoſtolica blandiatur, cuius conſcientiam diuina ſententia tenet alligatam. Sed quia pauci ſunt, in quorũ conſpectu eſt Deus, pleriq; verò, quo ſacra autoritate pro ſua libidine paſſim abutũtur, fit, vt Lugdunenſis Concilij ſub Gregorio decimo celebrati, non inſalubre decretum aduerſus inſolentiã eiuſcemodi hominũ in vſum reuocare cogamur. Quo ſubnixi, cunctis qui talibus diplomatis ſibi blandiuntur neceſsitatem imponemus, literas ſuas nobis exhibẽdi, viſuris, num rite impetrauerint, ac recte impetratis vtantur. Et vt quàm maximè robuſtæ ſint diſpenſationes iſtæ, curabimus tamen vt menti canonis, ac ſummi pontificis ſatisfiat: videlicet, ne animarum cura in his eccleſiis, perſonatibus, ſeu dignitatib⁹ (quas ſub hoc prætextu occupant) negligatur, nec beneficia ipſa debitis obſequiis defraudentur. *2. Cor. 10. Bern. ad Eug. 1. Cor. 4. Pſal. 7. Bern. ad Rupert. cog. Ex conci. Lug. c. ordin. de offic. ordi. lib. 6.*

In reſignationibus ac permutationibus beneficiorum quæ cura adhibenda. Cap. 34.

POſtremò, quum nobis haud clam ſit, in reſignationibus permutationibúſque beneficiorũ, multa anticipitia ꝑ-

107

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

iuria committi ab his qui frequenter ſubitò ac non prę̃ditati, aut ipſi, aut per ſuos procuratores (id quod eiuſdem reatus ac culpæ eſt) iureiurando, ante manus impoſitionem teſtantur, in huiuſmodi reſignationibus ſeu permutationibus nullam ſimoniæ labem, aut aliam illicitã interuenisſe corruptelam, cùm res crebro longe ſecus habeat, per quos illi grauem in ſe Dei iram proculdubio prouocant. Maior ergo cura diligentioriq́ue, quàm ante hac fieri conſueuit, perueſtigatione præuia hæc iuramenta recipi conuenit.

Præſtat paucos eſſe bonos, quàm multos inutiles ſacerdotes. Cap. 35.

Clemens. ET vt cum diuo Clemente hoc caput conculcamus, Melius eſt epiſcopo paucos habere ſacerdotes, ac eccleſiæ miniſtros, qui poſsint dignè opus Dei exercere, quàm multos inutiles, qui onus graue ordinatori adducant.

De viſitatione vltimo loco dicendum. Cap. 36.

DE viſitatione (quæ eſt altera muneris noſtri epiſcopalis pars) hic dicendi locus non fuerit importunus. Expediẽtius tamẽ erit, hanc partem in vltimam harum ſynodalium inſtitutionũ claſſem reiicere, quòd illic tractetur cõmodius maioriq́ue cum fructu, nimirum traditis iam atque expoſitis regulis ad quas oporteat, veluti ad amuſsim quandam viſitationem redigere, ordiri, atque peragere.

DE OFFICIO PRIVATO AC Publico, vitàque ac moribus Clericorum generatim. Cap. 1.

Hier. ad. Nepo. VI exactè volet cognoſcere Clericorũ officium & vitã, is diuũ Hieronymũ ad Nepotianũ, ac cæteros patres nõ minus eruditione q̃ vitę ſanctimonia claros (qui de hac re ex profeſſo iuſtis voluminibus ſcripſerũt) plegat. Sat nobis in præſentiarũ erit, carptim quę deliberare, ex quibus Clerici noſtri ſummatim dephendãt, q̃ lõge latéq; à recta ſemita declinauerint, ſubindéq; errore ipſi, tam periculoſę digreſsionis commoniti, pedem in viam mãdatorũ domini referãt. Quod ab illis piẽtiſsimus ſimul *1. Cor. 11.* ac iuſtiſsimus Deus, quum verbo hactenus adhortans, parũ profecerit, innumeris plagis iuſtiſsimè immiſsis cõmonẽs

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

manifesto requirit.

Vnde clerici apellatio deriuata. Cap. 2.

NEminem fugit vnde clerici appellatio deriuata sit: nẽpe à κλῆρος, quod sortẽ sonat: Propterea enim (si diuo Hieronymo credimus) Clerici dicuntur, quia de sorte domini sunt: vel quia ipse domin⁹ sors. i. pars eorũ est. Quia ergo vel ipsi pars domini sunt, vel dominum patrem habent tales se exhibere debent, vt & ipsi possideãt dominum. & possideantur à domino. Quo cũ propheta confidenter dicant: Dominus pars hæreditatis meę. Non quidẽ quòd à sorte Domini laicos secludam⁹, (omnes enim qui Christo per baptismum & fidem cõcorporati sumus, populus acquisitionis eius sumus, de quo Propheta dixit: Pars autẽ domini populus eius, Iacob funicul⁹ hæreditatis eius) sed quòd Clerici peculiari quadã ratione ministerio Dei & ecclesiæ dedicati sint. Omnis quidem multitudo sanctorum erat, attamen dominus Tribum Leuiticã suo ministerio peculiariter deligit, quã in terra Israël præter primitias, decimas, partesq; immolatorum, ac reliqua quæ ipsis peculiariter lex dedicauit, nihil proprium possidere, nec habere partem inter fratres voluit. Dominus enim ipse est hæreditas eius, quã in hoc elegit ex omnibus tribubus, vt stet & ministret nomini ei⁹. Habet Euangelium suam Magdalenam, habet & Marthã: & secreuit quosdam Christus, quos dedit Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem Pastores & doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi. Breuiter à condito orbe, & ab ecclesiæ, quæ in Adam cœpit, crepundiis, semper videntur ex hominibus assumpti quidam cõstituti pro hominibus in his quę sunt ad Deum. Sẽperq; visum est genus humanum à duobus ministris Dei optime regi, quæ sunt sacerdotalis authoritas, & regia potestas. Quibus quãdiu inter se cõuenit, bene actum est de republica Dei: quũ secus, omnia in diuersum repente mutata sunt. Ponit ob oculos sermo diuinus pleraque exẽpla huc spectãtia, perpetuò memorabilia. Sed quid attinet antiqua repetere, quum nostri temporis exempla non minus insignia, non in aures tantũ, sed in oculos ipsos influant? quæ nimis abunde docent, quantum malorũ in ecclesiam Dei inuexerit, sacra prophanis miscuisse?

Hier. ad Nepot.

Psal. 15.

Deut. 32.

Num. 18.

Deut. 18.

Luc. 10

1. Cor. 12.

Ephe. 4.

Hebr. 5.

Gela. pöti ad Ana. Aug.

108

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Clericum ſuo officio intentum eſſe oportere. *Cap.* 3.

1.Timo.5. OMnis mali ſeminariũ cupiditasſemper fuit. Nam dum nemo ſuum peragit officium, alienis ſemper intẽtus: nempe clericus quæ laici, laicus quæ clerici ſunt (vt de teriora ſileamus) vſurpat, fit, vt eccleſię harmonia diutius cõ ſtare nõ poſsit. Obteſtatur Paulus Apoſtolus Timotheum, quin potius cõteſtatur ſimul omnes quotquot erant Timotheo ſucceſſuri: Tu (inquiẽs) vigila, in omnibus labora, opus
2.Tim.4. fac Euangeliſtæ, miniſterium tuum imple.

Duplex clericorum miniſterium. *Cap.* 4.

CLericis, & id primis eccleſię presbyteris duplex miniſterium diuinis & humanis legibus eſt iniunctum. Alterũ, vt in commiſſum ſibi populũ, Deũ proprium habere cunctis rationibus enitantur, quod non tantum ſacrificiis ſolemnibus efficitur, ſed etiam precibus, quæ à pio corde proficiſcuntur, teſte Iacobo qui nos ad precãdum cohortans: Orate (inquit) pro inuicem vt ſaluemini. Multũ enim valet deprecatio iuſti aſsidua. Omnibus quidem dictum eſt: Petite, & accipietis. His verò, vt ſemper petant, nec pro ſemetipſis tantum, ſed & pro tota eccleſia Dei, vt dicat populus qui ſub ipſis eſt, hoſtes illos inuiſibiles impugnãtes eos qui volũt piè viuere in Chriſto, vt ſtent ſicut Moſes, leuatis ſemper interioribus animi manibus in cœlum, in confractione
Iacob.5. *Matt.7.* *Exod.17.* *Pſal.105.* *Hebr.5.* *Leui.21.* in conſpectum domini ad auertendum irã eius, ne diſperdat populum ſuum aſsiduè precantem, deinde vt offerant dona ac ſacrificia pro peccatis, quemadmodum ſcriptũ eſt: Quoniam ſancti erunt Deo ſuo & non polluent nomen eius. Incenſum enim domini & panes Dei ſui offerẽt, & ideo ſancti erunt. Alterum, vt ſint religionis magiſtri, proindéque vt in
Pſal.18. lege domini meditentur die ac nocte, vt iudicia domini vera iuſtificata in ſemetipſa, deſiderabilia ſuper aurum & lapidem precioſum multum, dulciora ſuper mel & fauum, totis præcordiis amplectantur, exquirant, ſcrutenturque. Idque
Ex decr. ad Clemẽ. non propria præſumptione aut humano ſenſu, ſed ſpiritu ſancto dictante, qui abſcondit hec à ſapientibus & prudentibus in oculis ſuis & reuelat ea paruulis. Vnde ſcriptum eſt:
Matt.11. *Mala.2.* Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiã, & legem exquirunt ex ore eius, quia Angelus domini exercituũ eſt. Qui in hoc ſecundo munere præſtant gregi Chriſti paſcendo admonendo ſunt, de quibus ſuo loco dicemus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Biblia à Clericorum manibus nunquam deponenda.

Cap. 5.

HIc ſatis eſt admonuiſſe omnes pariter eccleſiaſticis muniis cõſecratos, ipſos p̃cibus ſupplicationibuſq; publicis Deo perſoluẽdis mancipari. Quas vt nõ tantum ore murmurẽt, ſed & corde perſoluãt, nũquã à manibus eorũ Liber legis, hoc eſt Biblia, deponatur. Nã vt quæ legũt & canunt, diſcant intelligere, tota vita vix ſuffecerit: ſi tamen quid eſt in literis ſacris, quod totũ humanus intellectus aſſequi poſsit, aliis ſubinde diuitiarum fonticulis ex eodẽ fonte ſemper ſcaturientibus. *Hieron.*

De horariis precibus in dies perlegendis & reformandis breuiariis. *Cap.* 6.

VEteris ergo inſtituti, quo ſancitũ eſt, vt clericis ſacris initiati: vel ſacerdotiis pręſidẽtes, ſingulis diebus perlegãt horarias preces, quas canonicas appellamus: cauſæ multæ, & potiſsimũ eæ, quas iã cõmemorauimus, videri ſolẽt. Hic multo iã ex tẽpore, pio (vt ſpes eſt) animo deſiderauimus repurgari Breuiaria. Nã cùm olim à ſanctiſsimis patribus inſtitutum ſit, vt ſolæ ſcripturæ ſacræ in eccleſia recitarẽtur, neſcimus qua incuria acciderit vt in earum locũ ſucceſſerint, alia cum his neutiquam cõparanda. Atque interim hiſtoriæ ſanctorum tam incultæ ac tã negligẽti iudicio cõſcriptæ, vt nec authoritatẽ habere videãtur nec grauitatem: Deo itaque authore, déque cõſilio Capituli noſtri, ac Theologorum aliorumq; piorum virorum, reformationem Breuiariorum meditabimur. *In conci. Aphri.*

Pro cuiuslibet affectu non facilè nouandum quid in eccleſiaſtico officio. *Cap.* 7.

SVnt in clero Zelum quidem Dei habentes, ſed non ſecũdum ſciẽtiam, qui priuatis quibuſdã affectibus ducti, vel teſtamẽto, vel (vt vocant) fundationibus efficiũt, vt noua feſta pręter eccleſię authoritatem, ſolẽniter ſubinde celebrẽtur. Quo interim fit, vt preces horariæ, ac reliqua publicè recepta pro affectu cuiuſlibet facilè nouentur, id quod nobis nõ ſatis probatur. Neque enim errarunt patres, à quorũ inſtitutis in dicẽdis precibus, vtinam tam longè diſceſſum nõ fuiſſet. Quòd ſi hic ſingulorum, affectibus indulgebitur, tãdem antiquus ritus penitus euaneſcet. *Rom.* 10.

109
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Quo affectu horarias preces persoluere oporteat. Cap. 8.

Ex cõci. Agath. cum presbyter.

NOn suffecerit autem preces istas horarias vtcũque p murmurasse, sed vt conciliari constitutione cautũ est presbyter ex intimo affectu, eleuatáque mẽte in solũ Deũ, nocturnũ hoc, diurnumque suæ seruitutis pensum exoluat. Maledictus enim qui facit op⁹ domini negligẽter. Alioqui in precãtes cõpetet. Populus hic labiis me honorat, cor autẽ eorũ longè est à me. Quã maximè vero orantẽ cauere oportebit, ne aliò respiciat quã ad Deũ. Quòd si externæ gloriæ aucupãdæ, aut lucri gratia deniq; potius ex more quàm mente orare instituat, pars eius inter hypocritas reputabitur, de quibus Dominus in Euãgelio pronũtiauit, quòd ament in synagogis & in angulis platearum stantes orare, vt videantur ab hominibus, proindéque mercedem suã recepe rint. Et alibi ipsis interminans: Væ (inquit) vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui comeditis domos viduarum, oratione longa orantes, propter hoc amplius accipietis iudicium. Alibi quidẽ dominus ait, Oportere semper orare, ac nunquã deficere, sed alia prorsus ratione quàm precabãtur Phariseï: nempe secundum diui Pauli sententiam, qui diuini numinis clementiam sibi conciliare volet orãdo, oculis interioribus in cœlum semper intẽtis, orabit spiritu, orabit pariter & mẽte: psallet spiritu, psallet & mẽte, quemadmodũ de Anna Samuëlis matre legimus, quòd multiplicans preces, corã domino loquebatur in corde suo, tãtúmque labia illius mouebantur, & vox penitus nõ audiebatur. Effudit enim animã suam in conspectu Domini. Denique curandum est, vt pœnitenti animo ac corde contrito, humiliatóque, gratiæ Deo dicãtur, ac psallatur. Vt enim diuinus Psaltes ait: Peccatori dixit Deus, Quare tu enarras iustitias meas? & ea quæ sequuntur. Vtque oculi inter orãdum ab omni vanitate auertãtur.

Ex eodem cõcil. generał. c. doleẽtes de cele. Missar.

Hier. 48.

Esa. 29.

Matt. 6.

Matt. 23.

Lucæ 18.

1. Cor. 14.

1. Reg. 1.

Psal. 49.

Summa deuotione Missæ sacrum celebrari oportere. Cap. 9.

IAm si tanto mentis ardore quælibet preces dicendę sunt, quanta putamus deuotione sacrosanctũ Missę ministeriũ in quo corporis & sanguinis dominici sacramenta tractãtur, cõficiuntúrq;, pagendũ est? Certè grauiter dolemus atq; animo inhorrescimus, vbi videm⁹ passim tãtis mysteriis ĩdignos ac cõductitios illos ac indignos sacerdotes, publicis e-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tiam ac manifestis criminibus contaminatos,sese(idque irreuerenter & interdū magis lucelli ac stipis,quā Dei causa) sacris ingerere,quorum instat interitus,& perditio non dormitat. Probet(inquit Paulus)seipsum homo, & sic de pane illo edat,& de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè,iudicium sibi manducat & bibit,non diiudicans corpus domini. Atq; ideo(vt subdit)inter vos multi infirmi & imbecilles,& dormiunt multi. Nam si nosipsos diiudicaremus,non vtique iudicaremur. 1.Cor.11.

Arguuntur, qui polluta mente ad altare Domini accedunt. Cap. 10.

TErret,nec immeritò,nos sermo dominic⁹,qui vetat nos sanctum dare canibus,& margaritas nostras proiicere ante porcos , quū quosdam leuiculos sacerdotes illotis manibus pedibúsq; (vt in Prouerbio est)audacius in hæc sacratissima mysteria,quàm in prophana irrūpere cōperimus. Quales sunt,qui humano affectu tantum,& potius ex more quàm deuotionis ardore ad altare accedunt, quorum polluta est:& mens & conscientia, quos meritò horrēdum Euangelij exemplum(quod Ioannis 13.legimus,in hæc verba:Et postquam accepisset buccellam,introiuit in eum Satanas:& cætera quæ sequūtur)ad meliorem vitæ frugem,altiorēque tanti mysterij contemplationem reuocaret. *Matt.7.* *Ioan.13.*

Reuidenda Missalia ac Breuiaria. Cap. 11.

PEculiaria Missarū argumēta recens pręter veterū institutionem inuenta etiā patribus displicuerūt,& tantū mysteriū pro affectu cuiuslibet tractari non debeat. Prosas indoctas nuperius Missalibus cęco quodam iudicio inuectas prætermittere per nos liceret. Videbimur ergo operæpreciū facturi, si Missalia perinde atque Breuiaria peruideri curemus,vt amputatis tantum superfluis: & quæ superstitiosius inuecta videri possint, ea tantum quæ dignitati ecclesiæ , & priscis institutis consentanea fuerint,relinquantur.

Quę omitti aut decurtari, vel organorum vel cantorum concentu haud debeant. Cap. 12.

IAm & illud non rectè fit in quibusdā ecclesiis, vt ob cantorum & organorū concentum,omittantur aut decurtētur ea quæ sunt præcipua. Cui⁹ generis sunt,recitatio verborum propheticorum,aut apostolicorum,quam epistolam vocamus, Symbolum fidei , præfatio , quæ & gratiarum

110 Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

actio atque precatio dominica. Quamobrẽ hæc tota distinctissimè ac intelligibiliter, vti cætera omnia (si tamen non leuis decurtandi causa subsit) decantentur. Sit quoque cantus quo presbytero respondetur, æqualis, nec præcipitatus.

Quemadmodum missa legenda. Cap. 13.

QVi legit Missam, cũ reuerenda modestia, clarè distinctè, & exertè legat omnia vsque ad canonem, vt qui audiendi sacri causa astat, quod legitur, intelligat, atque ad pietatem excitetur.

Quid post eleuationem Eucharistiæ agendum. Cap. 14.

POst eleuationẽ cõsecrati corporis ac sanguinis dominici in nonnullis templis canũt Antiphonas pro pace, aut cõtra pestilentiam, & mortalitatem: cum potius tũ videretur silendũ, & ab omni populo mortis dominicæ cõmemoratio habẽda, prostratisque humi corporibus, animis in cœlũ erectis, gratiæ agẽdæ Christo redemptori, qui nos sanguine suo lauit, morteque redemit. Cãtiones verò illę cõtra mortalitatẽ seu cladẽ, aut pro pace, satius post finitã Missam canãtur. Quæ vt ad Deum dirigantur, excerptę ex canonica scriptura pl⁹ placuerint, quales sunt Antiphonæ, Media vita, ac, Da pacẽ domine, & similes. Sic tamẽ, vt illis etiã quæ gloriosæ virgini matri dicatæ sunt, suus honos ac loc⁹ seruetur.

Ephe. 5.

Organorum melodia quemadmodum temperanda. Cap. 15.

ORganorum melodia in tẽplis sic adhibebitur ne lasciuiã magis, quàm deuotionẽ excitet, néve pręter hymnos diuinos ac cãtica spiritualia quicquam resonet ac repræsentet.

Singulis dominicis diebus, quæ ipsis peculiaria sunt officia dicenda. Cap. 16.

De conse. dist. 3. Sabbato c. 2. de feriis. Ex cõci. Tribur. c. 2. de celeb. miss.

MOs inoleuit non admodũ improbãdus, vt diebus dominicis toto fermè anno officiũ Missæ vel de sacrosancta Trinitate vel de Spiritu sancto dicatur. Nobis satius videtur, vt quæ prisca ecclesia singulis dominicis peculiaria fecit, obseruentur. Quòd si illorũ loco alia vsurpandi erũt, videbitur quod de resurrectione domini est, diei dominico magis conuenire, quòd dies illa potissimũ resurrectioni dedicata sit. Neque ignoramus non absq; causa Concilium Triburien. constitutum, ne propter missas peculiares, Missa quam de feria vocamus, prætermittatur.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Confeßio miſſæ præambulum deuote recitanda.

Cap. 17.

CONfeſsio illa Miſſæ præambulum deuotè cum miniſtris vno aut pluribus viciſsim confitentibus, ac ſacerdotis abſolutionem in verbo Chriſti, plena pœnitẽtis cordis erga Dei pietatem fiducia, recipiẽtibus recitanda: Ad omnes enim ſacro aſtantes, ea abſolutio refertur, vt dignè tantis myſteriis valeant intereſſe. Quamobrem dum hęc fiunt, non ſit miniſter accẽdendis luminaribus aut aliis mentem auocantibus (quæ prius facta oportuit) intentus.

Cur ſacerdos in altari miniſtrum habeat.

Cap. 18.

Ex conci. Toleta. c. 11. c. vt illud de conſe. diſt. 1.

NEc ſine magna ratione in Concilio Toletano conſtitutum fuit, vt habeat quiſque canẽs Deo atque ſacrificans, poſt ſe vicini ſolaminis adiutorem vbi temporis, loci, ſiue cleri copia ſuffragatur, idq; propter morbos & caſus diuerſos qui occurrere poſſunt: quo is qui impleturus officia accedit, ſi aliquo caſu turbatus, vel in terrã eliſus fuerit, à tergo ſemper habeat, qui eius vicem & officium intrepidus exequatur. Aliis inſuper Canonib⁹ cauetur, ne presbyter niſi duobus teſtibus præſentibus celebret. Quæ decreta in quam diſſuetudinem abierint, in aperto eſt, nimirũ presbyteris frequenter celebrantibus, talibus tantum adhibitis qui vix ipſis reſpondere, nec quid agatur ſciant.

De conſe. diſt. 1. hoc quoque.

Omnis cultus diuinus ſumma cum veneratione peragendus. Cap. 19.

Ex cõci. Lugdu. ſub Gregorio. x.

IN ſumma, cultus diuinus quẽ ſacerdos in domo Dei exhibet, debita cũ veneratione peragendus eſt, vt & Deo gratus ſit, & inſpiciendus placitus, qui conſiderantes non ſolum inſtruat, ſed & reficiat. Monet ſiquidem diuiniſsimus Paulus, vt omnia noſtra ordinate ac honeſtè fiant, ac acerrimẽ increpat Corinthios, quòd irreuerenter conuenirent in vnum ad cœnam domini manducandam.

1. Cor. 14.

1. Cor. 11.

De vita ac moribus Clericorum. Cap. 20.

NVnc de vita ac moribus paucis videam⁹. De vita inſtituẽda ſic præcepit Paulus nedum clericis, ſed omnib⁹ Chriſtianis: Mortificate (inquiẽs) membra veſtra quę ſunt ſuper terram, fornicationem, immũditiam, libidinẽ, cõcupiſcentiã malam & auaritiam, quæ eſt ſimulachrorũ ſeruitus, propter quæ venit ira Dei in filios diffidentiæ. Nunc

Coloſ. 3.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

autem deponite & vos omnia,iram,indignationem,malitiam,blaſphemiam de ore veſtro,expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis,& induẽtes nouum,eum qui renouatur in agnitionem ſecundum imaginem eius qui creauit illum,quia eſt omnia & in omnibus Chriſtus. Induite vos ſicut electi Dei,ſancti & dilecti,viſcera miſericordiæ,benignitatem,humilitatem,modeſtiam,patientiam:Super omnia autem hæc,charitatem habere, quod eſt vinculum perfectionis,& grati eſtote, verbũ Chriſti habitet in vobis abundanter.In omni ſapientia docentes & commonentes voſmetipſos in pſalmis,hymnis & canticis ſpiritualibus, in gratia cantantes & pſallentes in cordibus veſtris Deo.Omne quodcunque facitis,in verbo aut in opere, omnia in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti,gratias agentes Deo & patri per ipſum.Non ad oculum ſeruientes,quaſi hominibus placentes ſed in ſimplicitate cordis,timentes Deum. Quodcunque facitis,ex animo operamini,ſicut domino & non hominibus Orationi inſtate,vigilantes:in ea in gratiarum actione.Sermo veſter ſemper in gratia ſale ſit cõditus,vt ſciatisquomodo oporteatvos vnicuique reſpondere.Omnis autem ſermo malus ex ore veſtro non procedat.Sed ſi quis bonus,ad ædificationem fidei,vt det gratiam audientibus. Et nolite contriſtare ſpiritum ſanctum Dei.Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus.De cætero,quæcunque ſunt vera,quęcunque pudica,quæcunque iuſta,quæcunque ſancta,quęcunque amabilia,quæcunque bonæ famæ,ſi qua virtus,ſiqua laus diſciplinæ,hæc cogitate, & Deus pacis erit vobiſcum.

Eph.5.

Coloſ.3.

Colo.vlt.

Philip.4.

Ob quam cauſam Clerici male audiant ac puniantur.

Cap. 21.

OLim Clericis hæc apoſtolica pręcepta tenẽtibus parati per illos erat,quomodo ergo non tantũ vinea,ſed & neæ cultores facti ſunt,in direptionẽ? Ecce(inquit Ezechiel,ad Hieruſalem verba faciens)hęc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ,ſuperbĩa,ſaturitas panis, & abundantia, otium ipſius,& filiarum eius, & manũ egeno & pauperi non porrigebant,& eleuatæ ſunt,& fecerunt abominationes coram me & abſtuli eas,ſicut vidiſti.

Gala.vl.
Eſaiæ 5.
Ezec.16.

Præcipuæ cauſæ omnis mali tres. *Cap.* 22.

PRæcipuæ ergo cauſæ omnis mali ſunt,faſtus,luxus,& uaritia, à quibus Clerici potiſsimum male audiũt.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ambitionem ac faſtum clericali officio maximè repugnare.

Cap. 23.

VT omnem ambitionis radicem Chriſtus diſcipulorum cordibus eximeret, paruulum in medio illorũ ſtatuit, déq; primatu certare ꝓhibuit: Qui maior (inquit) eſt in vobis, fiat ſicut iunior: & qui ꝓceſſor eſt, ſicut miniſtrator. Nã quis maior eſt? qui recũbit, an qui miniſtrat? Nónne, qui recũbit? Quis verò ignorat Clericum in medio eccleſiæ eſſe tanquã eum qui miniſtrat? Quare meminerimus potius officij noſtri quàm dignitatis. Neq; enim ad dominationẽ vocati ſumus, ſed ad opus. Nõ immerito Hieronymus, vt peſtẽ quandam fugiendo Clericos ait, qui à ſpeluncis domorum paternarum abſtracti, & poſt in eccleſia ſublimati, ac ſacerdotiis ditati, vanæ gloriæ & ſuperbiæ ſtimulis efferuntur.

Mat. 18. *Lucæ* 22. *Hieron.*

Omnis luxus Clerico interdictus. *Cap.* 24.

BEatus Hieronymus eccleſiæ præfectos, qui luxu ac deliciis affluunt, Michęam deſcribere aſſerit, quòd eiiciendi ſint de ſpatioſis domibus, lautiſque conuiuiis, & multo labore conquiſitis epulis, in ṭenebras exteriores, vbi erit fletus, & ſtridor dentium. Viuere quidẽ de altario ſacerdoti licet, luxuriari nõ permittitur. A crapula itaque & ebrietate, à compotationibus illis, ad hauſtus æquales, à luxu, ab alea, ab immoderatis ſumptibus & comeſſationibus Conciliũ generale Clericos reuocat vniuerſos, ſequutũ veteris teſtamẽti inſtitutũ, quo miniſtris templi vinũ & ſicera prohibebatur, ne ebrietate grauarentur corda eorũ, & vt ſenſus eorũ ſemper vigeret & eſſet tenuis. Et Apoſtolus ait: Nolite inebriari vino, ĩ quo eſt luxuria, ſed impleamini ſpiritu ſancto. Et iterũ: Non in comeſſationibus & ebrietatibus, & quæ ſequuntur. Atque alibi Salomon: Luxurioſa res vinum & tumultuoſa ebrietas: quicunque his delectatur non erit ſapiens.

Hiero. in Mic. c. 2. *Mat. 22.* *Ex cõci. general. de vit. & ho. cler. c. A crapula.* *Epheſ. 5.* *Rom. 13.* *Prou. 20.*

Clerico non licere vel cauponem agere, vel tabernas niſi neceſſitatis cauſa intrare. *Cap.* 25.

OLim tãta honeſtas deſiderabatur in clero, vt ne nuptiis quidẽ conuiuiis ipſis intereſſe liceret, nec immiſceri ſpectaculis ac cœtibus, vbi amatoria cantãtur: aut obſcœni motus corporis, choreis, & ſaltationibus efferũtur, ne auditus & intuitus ſacris myſteriis deputatus, turpium ſpectaculorum atque verborum contagione pollueretur. Quid ſi videret eccleſia illa priſca Clericos noſtri temporis

Ex cõcil. Agath. Laodic. Carth. vlt.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ex cõcil. Viennẽ.

tabernarios,taberníſque(quaſi domosnon haberent)noctu diúq; alligatos,quàm execraretur facinus? Poſthac ergo,nõ ſolum nullus ex clero ſordidiſsimum cauponem aut tabernarium agat,ſed ne ad tabernas quidem niſi neceſsitatis cauſa diuertat:alioqui pœnæ canonicæ imminent ei,qui ordini ſuo hanc ignominioſam notã inurere tentauerit.

Habitus exterioris corporis cultus modeſti à clericis exigitur. Cap. 26.

1.Tim.2.

BEatiſsimus Paulus habitus modeſtiam,& in mulierib' deſiderat,quem vult verecundũ eſſe,non intortis crinibus aut auro,aut margaritis,vel veſte p̃tioſa, ſed quod

1.Pet.2.

decet mulieres promittentes pietatem per opera bona.Itidé Apoſtolus Petrus eas commẽdat,quarum nõ ſit extrinſecus capillatura,aut circundatio auri,aut induméti veſtimentorũ cultus,ſed qui abſcõditus eſt cordis homo in incorruptibilitate quieti & modeſte ſpiritus,qui eſt in cõſpectu Dei locuples.Quàm turpis ergo putãda eſt in clericis tãto gradu ſublimioribus deformiſsima illa ac frequentiſsima noſtræ tẽpeſtatis habituũ variatio,quam ne infirmiori quidem vaſculo Apoſtolorum principes permittendam duxerũt?Ex veſte apud homines ſanctimonię opinionem aucupari prohibuit

Mat.13.

Chriſtus,qui in omnibus operibus noſtris,id quod intus eſt, primum reſpicit,mũdariſque iubet:deinde quod deforis eſt. Væ illud horrendum phariſeis hypocritis interminans, qui vt videretur ab hominibus iuſti,dilatabant phylacteria ſua, & magnificabant fimbrias,cùm eſſent intus pleni rapina &

Math.3.

immunditia.Interim tamen euangelium non temere veſtimentum Ioannis Baptiſtæ(quod illius profeſsioni ac menti reſpondebat)de pilis camelorum cõtextum celebrat,ac ipſe Chriſtus veſtium mollitiem ac lenitatẽ auerſatur: Ecce(inquiens)qui mollibus veſtiũtur,in domibus regũ ſunt. Quę

Matt.11.

omnia huc ſpectant,vt velimus clericos præter indictã tonſuram,veſtes quoque ſuo ordini cõgruentes deferre,quemadmodum olim generali Concilio cautũ eſt.Pudet ſiquidé nos,cum videmus prodire clericos perinde atque ſeculi milites amictos,vel qui ſint vt fœmina compti. Itidem pãnoſi clerici ac veſtibus laceri diſplicent. Neque enim affectatæ ſordes,aut exquiſitæ deliciæ laudem pariunt.

Ex cõci. genera.c. Cler.de vita & hon. Cler. Hiero.

Mali exempli eſt,ſacerdotem ſe venditare in Capellanum, delicato laico aut mulierculæ. Cap. 27.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

MAgna eorum leuitas eſt, in magnam cleri ignominiã redũdans, qui ſe laicis atque adeò delicatis fœminis, ventris cauſa, in Capellano (vt appellant) atque ante ambulones venditant. Qui enim debebãt eſſe gregis duces, rediguntur in caudam, & ſordidiſsimis quibúſque negotiis alligantur. Proch nefas. *Hiero.*

Suſpecta mulierum cohabitatio clericis interdicta.

Cap. 28.

NIcæno Cõcilio, neque Epiſcopo, neque presbytero, neque diacono, neque vlli clericorum omnino habere ſecum mulierem extraneam permittitur, niſi fortè mater, aut ſoror, aut auia vel amita, vel matertera ſit. Nos (ſi tamen hæc tempora tantã ſeueritatem pati non videntur) ſaltem ſuſpectam cohabitationem prohibemus. *Ex cõci. Nicæno.* *Ex cõci. Mogun.*

Auaritia in clero execrabilis. *Cap.* 29. *Ezech.7.*

EX quo in eccleſia Dei auaritia creuit, periit lex de ſacerdote, & viſio de propheta, quemadmodũ diuus Hieronymus ad Ruſticum Narbonen. ait: Nec mirum quod nemo poſsit ſeruire Deo & mãmonæ: aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vnum ſubſtinebit', & alterũ contemnet. Vbi enim eſt theſaurus tuus, ibi & cor tuũ. Habentes autem alimẽta & quibus tegamur, quiſque ſecundũ ſuæ vocationis rationem, his contenti ſimus. *Hiero. ad Ruſt.* *Mat.6.* *1.Tim.6.* *Ex cõci. Cartha. ca.cler. vict.91.*

Honeſto artificiolo victum quærere clerico licet. *dist.*

Cap. 30. *Act.18.*

QVibus nõ ſuppetit ex ſacerdotio, honeſto artificiolo victũ quęrãt, ſequuti diui Pauli exemplũ. Sic tamen, ne ſordidam aliquã artem ſacerdotio ignominioſam exerceãt. *Ephe.4.* *1.Cor.4.* *2.Ti.2.*

Clerici ne mercatores ſint, multo minus fœneratores. *Ex cõci. Mog.c.1.*

Cap. 31. *ne cle. vel mo.c.ſo. eo.tit.*

NEmo militans Deo implicet ſe negotiis ſecularibus, vt ei placeat cui ſe probauit. Quare multa prouidentia olim vetitũ eſt, ne clerici vel monachi, mercatores (tacemus fœneratores) ſint lucri cauſa.

Damnãtur clerici ſuperſtitioſi ſcurræ, curioſi ac leuiculi. *In conci. Agat.7.*

Cap. 32. *quã ſit graue.*

REperiuntur qui ſuperſtitioni, diuinationibúſque ac ſortibus dediti ſunt, quos damnamus. Sunt qui ſcurras in conuiuiis diuitũ ac potẽtũ agunt, qui cũ malefecerint, gloriantur & exultant in rebus peſsimis, qui digni nõ ſunt, *de excoſſ.præ.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

23.dist. c.his. vt clerici appellentur. Sunt curiosi & leuiculi, qui in foris, in cõpitis, in plateis, in vicis obambulant, vagis oculis, effræni lingua petulante, fluidóque incessu, & leuitatẽ animi, impudentiámque mentis ostendunt, quos auersamur. Eos verò tum & re & nomine clericos reputamus, qui legem Dei die noctúque meditantur: munus susceptum debitè exequũtur, ac vitam agunt sacerdotio dignam.

DE METROPOLITANIS, CAthedralibus, & collegiatis ecclesiis, & in his ministrantibus.

CAP. I.

VTum Metropolitana seu Cathedralis ecclesia sedes sit episcopi, principémque locũ in Clero obtineat, nequaquã postremũ in reformatione locũ obtinere debet. Nisi enim ea ecclesia præluceat omnibus, q̃ in tota prouincia aut diœcesi cõstitutæ sunt, frustra intẽdimus redigere in ordinẽ ecclesiasticæ disciplinæ cęteras

De officio Decanorum. Cap. 2.

PORRÒ quũ collegiatæ ecclesiæ secũdariæ sint post cathedrales, & instar illarum (quod ad ordines ministrãtiũ, & uinũq; cultũ attinet) constitutæ, vtrobique Decanis curæ erit, vt cleros suos ad obseruationem piorum rituum reuocent ac reducant: vt ad agendam vitam clericis dignã perpetuo cohortentur, ac impellant, vt à negotiis, à tumultibus mundanis reuocẽt, ne magis seculi, quàm Christi milites videãtur, vt comessationib⁹, ebrietatib⁹ ac omni luxui intercant, denique vt singulos suo officio satisfacere compellant.

De officiis in eiusce modi ecclesiis ministrantium generatim.

Cap. 3.

SVnt in hisce ecclesiis diuersi ministrantium gradus: nempe Præpositi, Decani, Archidiaconi, Scholastici, Cantores, qui & Choriepiscopi, Thesaurarij, qui & sacristæ, seu custodes, canonici, vicarij, atque id genus alij. Interpretem quisque vocabulum suum, & curet esse quod dicitur, secundum veterem patrum institutionem ac regulam. Atque ita solo fecerint, vt cum nostrę, tum omnium piorum expectationi magna ex parte respondisse videantur.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

De Canonicorum vita & officio. Cap. 4.

VT de Canonicis dicamus paucis: Reſpondeat eorũ vita titulo, reſpondeat nomini: ſint re ipſa, vt ſunt nomine, Canonici, id eſt regulares. Neque enim clàm eſt primã eorum originẽ monaſticæ diſciplinæ fuiſſe. Imitentur Apoſtolos & naſcentis eccleſiæ miniſtros, quorum erat cor vnũ, & anima vna, qui quotidie (vt in Actis Apoſtolicis legimus) perdurantes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, ſumebant cibum cũ exultatione & ſimplicitate cordis, perſeuerantes in orationibus, collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnẽ plebẽ. De tali conuentu Pſaltes dixit: Ecce quam bonum, & quàm iocundũ habitare fratres in vnum. Qui & compellans ac prouocans eiuſcemodi cõuẽtum, ait: Ecce nũc benedicite domino, omnes ſerui domini, qui ſtatis in domo domini, in atriis dom⁹ Dei noſtri. Porrò, eccleſiæ iſtæ collegiatæ quandam vetuſtatẽ ſpirant: & eccleſiæ primitiuæ inſtitutum præ ſe ferunt, quod vel forma ædificiorum oſtendit, quæ Canonicos prope templum in vnum penè habitaculũ collocauit, vt procul à promiſcua multitudine ſeparati, diuinis pariter laudibus iugiter inſiſterent.

Act. 2.

Pſal. 133.

Ibidem.

Quemadmodum preces horariæ aliæq; diuinæ laudes decantandæ. Caput 5.

STatis ergo ac debitis horis, laudes diuinæ non curſim ac feſtinanter, ſed tractim: nõ truncatè, ſed integrè, diſtinctè deuotè, reuerenterque ab omnibus decãtentur, perſoluãturque. Et quum pſallendi gratia conueniatur ibidem, muta aut clauſa labia nemo tenuerit, ſed omnes pariter, ſenes cum iunioribus laudent nomen domini in pſalmis, hymnis & cãticis, Deo alacriter modulantes: ſic tamen, ne boatus cõfundat recitationem. Nemo tum, cum publicè vel preces librariæ vel miſſæ ſacrum cantãdo peragũtur, legat vel dicat priuatim officiũ: nam is id, quo obnoxius eſt, choro ſubtrahit, atque alios vel pſallentes perturbat, vel à pſallendo retrahit. Quem tamẽ aliud officium eccleſiaſticũ aut publicum aliò ſtatim rapiet, vt niſi legens preces horarias tẽpeſtiuè abſoluere haud poſsit, hac lege teneri nolumus. Quàm autẽ à vero aberrant, qui exiſtimant ſeſe non alicuius officij in eccleſia exercendi, ſed quietis & inertiæ tantum cauſa canonicatus eſſe adeptos? Perinde atque ſatis ſit, paucis quibuſdã clericis admodum ignaris, tenui pretio conductis, curam diuini

Ex cõcil. Agath. in c. preſbyter. c. dolẽtes de cele. miſſa.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

officij committi, quod deinde eiuſcemodi mercenarij, non ſeruatis temporum interſtitiis, ſyncopando tranſcurrunt, interim ipſis canonicis tota vita torpentibus.

Inter ſacra nihil ne cogitandum quidem, quod Dei aut eccleſiæ oculos offendat. Cap. 6.

LOngè verò abominabile eſt, quòd quidam tum, cũ diuina agũtur, inter ſeſe de rebus prophanis tractãt, mũſſitationes, colloquia, riſus & cachinnos intermiſcent. Quidã aut in aliquẽ chori angulum ſe recipiẽtes, de nugis, ne quid grauius dicamus, commentantur, aut foris per templum magno cum populi offendiculo deambulãtes, oculos pariter & aures ad vanitatem conuertunt atque ſacra loca fœdant, poſiti in lapidẽ offenſionis & petram ſcandali. Hac lege nullum excipimus, ſiue claris ſit natalibus prognatus, ſiue plebeius: Quin potius, qui genere pręſtant, meminerint ſe illic canonicos agere, & conuerſari nõ in aulis, ſed in ſcholis virtutum ac eccleſiaſticæ diſciplinæ.

Decani templi ſummi poteſtas in prævaricatores. Cap. 7.

FAcimus quoque Decano eccleſiæ noſtræ poteſtatẽ perſonas eccleſiaſticas ex aliis collegiatis eccleſiis, interdũ magis cũrioſitate rerũ nouarũ, quã deuotionis cauſa ad templũ ſummũ ſe recipientes, ac inibi, pręter omne decorũ, ſæpe etiam eccleſiaſtico habitu non amictas, inter laicos ſurſum ac deorſum inambulãtes, pœna canonica nimirũ ſuſpẽſionis tẽporarię, aut maiori etiã pro ratione culpę coërcẽdi.

Quem oporteat eſſe veſtitum miniſtrantium in hiſce eccleſiis. Cap. 8.

Agathẽ. 20.

DE veſtitu clericorum antè diximus, qui in his tanto debet eſſe decentior, quò ſunt altiori loco, perindéq; atque in ſpeculo quodã conſtituti. Sit ergo chorũ ingrediẽtibus veſtis talaris, ſint pilei (quę bireta vocamus) ſint camiſiæ, ſint deniq; calcei pariter & caligæ tales, in quibus nõ faſtus, iactãtia, elationis vitium, vel mẽtis leuitas, ſed clericalis ordinis honeſtas & modeſtia deprehendatur. Siquidẽ ita ſemper viſum eſt maioribus noſtris, externum habitũ quid intus crepet, deſignare: adeò vt & leges ciuiles iniuriam matronæ, habitu meretricio vtenti, illatam, nõ vindicent, ac canones clericum non alligatum coniugio, habitum ac tõſurã clericales deferẽtem, poſt tertiam monitionẽ: clericum verò coniugatum, ſtatim priuilegio exuãt clericali: adeò vt ſic

Hrno. 3. c. ex parte de priuil. & exceſ priuile.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

in maleficiis deprehensi animaduersionem ciuiliũ magistra tuum nõ euadant. Ne autem posthaç quispiam excusationẽ non factæ aut præuiæ monitionis prætexat, hac nostra syno dali cõstitutione omnes (quotquot sunt in nostris diœcesi- bus cõstituti) clericos qui habitu minus decenti vtũtur, mo nemus, vt intra tres menses, quorũ singulos pro singulis dila tionibus, tertiam vero vti peremptoriũ terminum prefigi- mus, habitũ qui clerico deceat, reassumant: Alioqui ipso fa- cto nulla posthac alia monitione expectanda, in censuras ac pœnas constitutionum canonicarum incursuri.

Decani vndiquaque aduigilabunt. Cap. 9.

QVo ergo hęc quę diximus repurgentur, ac debitè simul cũ omnibus aliis ad diuini officij prosequutionem ac chori disciplinã spectantibus obseruẽtur. Decanus diligẽter inuigilabit, hinc & hinc circũspiciẽs, ne quid inordinate fiat.

Ante omnia vero vt canonici sacris adsint. Cap. 10.

CVi ante omnia curę erit, ne quis canonicorũ sacris ab- sit, sed vt qui emolumẽtum ferre volent, officiũ quo- que suũ, propter quod beneficiũ datur, in ecclesia ge- rant. Aurelianẽ. Concilio cauetur, clericos qui officio adesse cõtemnunt, ecclesiasticam disciplinam arbitrio Episcopi re- cepturos. Sed facile castigabitur hic lapsꝰ, si negligẽtes sub- tractione prouentuum seu distributionũ mulctentur. Quare qui ab epistolę lectione, exinde toti missę, & à primo psal mo, singulis horis canonicis integris ac minime interpella- tim nisi forsan necessitate auocante, petitaque ac obtẽta li- centia non interfuerit, iustum est, vt hic illius horę aut offi- cij stipendio in totum careat. *Aur. 23.*

Vicarij vt diuinis laudibus decantandis intersint, adigendi. Cap. 11.

QVi Vicarij dicũtur, in quibusdã collegiis se in liberta- tẽ quandã potius carnis quàm spiritus vindicare con- tendũt, nolentes choro, decãtandisque simul cũ ca- nonicis diuinis laudibꝰ ac sacris esse addicti: sed hi resipiscãt, ac incipiãt intelligere cur Vicarij dicãtur. Suppelliceis quo- que vtantur. Cuius enim vices gerent, nisi canonicis adiuto res accedãt? Horum nimirum vice, qui vel aduersa valetudi ne detenti, vel negotiis necessariis auocati, interesse non pos sunt. Cur tandẽ superpelliceis vtẽtur, qui chori sacris se mã- cipatos nõ agnoscunt? In ordinem ergo disciplinæ redigã-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tur,ſuſpenſioniſque pœna,etiam à fructibus,nedum quotidianis illis quæ diſtribuuntur,ſed à groſsis etiam pro culpæ modo animaduertendum in non parentes.

Ad perſonalem reſidentiam cogendi,quibus hæc per fundationes beneficiorum eſt impoſita. Cap. 12.

QVorum fundationes perſonalẽ reſidentiã requirunt,illi aut ipſi reſideant,aut à ꝓpuentuũ perceptione ſuſpendantur,& fructus illi in alios pios vſus cõuertantur,niſi qui reipublicæ cauſa ex authoritate noſtra abfuerint.

Lucri tantum cauſa ſacris adeſſe non oportere. Cap. 13.

VTinam optando à Deo.Opt.Max.conſequi poſsimus, ne quiſquã lucri cauſa diuinis intereſſet,alioqui nõ acceſſurus ſacra,veluti quẽ nũmi magis, quàm dei amor in templũ trahit,quęſtum pietatem eſſe putans:qui,non dubium,ex numero eorũ eſt,de quibus Eſaias dixit:Omnes diligunt munera,ſequuntur retributiones.Nec multũ is abeſt (vti pleriſque doctiſsimis viris placuit)abhorrendo crimine Giezi,qui exiſtimauit diuinum munus pecunia redimendũ. Quare viderint clerici noſtri,vt eorum mens & intẽtio tota in Deum referatur,vt cum Dauid confiteantur Deo in directione cordis, ac in labiis ſuis pronuntiantes omnia iudicia oris eius.In via eius teſtimoniorum domini delectẽtur ſicut in omnibus diuitiis.Optandum, vt Pſalmus ille centeſimus decimuſoctauus,qui toties nõ ſine cauſa in eccleſiis replicatur, ore ſimul & correſpondẽte ſingulis verbis mente decãtetur.Et cum eodem Pſalte ex animo dicatur:Volũtariè ſacrificabo tibi,& confitebor nomini tuo domine,quoniã bonum eſt.Nõ adimit Chriſtus,ſed decernit operanti ſuã mercedẽ:Dignus eſt enim operarius mercede ſua. Et Qui altario deſeruit,de altario & viuet. Sed interim cogitare debet clericus ſe viuere non vt edat,ſed edere vt Chriſto viuat,habereque ſemper menti reconditum Chriſti verbum:Primũ quærite regnum Dei, & hæc omnia adiicientur vobis.

Eſa.1.
4.Reg.5.
Pſal.118.
Pſal.53.
1.Cor.9.
1.Tim.5.
Matt.6.

Capitula diſciplinæ qualiter obſeruanda. Cap. 14.

CApitula vero diſciplinæ(quę vocãt)multo maiori diligentia obſeruentur atq; hactenus. Sed ita fiet,ſi nõ tã ꝓphanę quàm res ſacrę in his tractẽtur.Si de moribꝰ ĩquiritur,ſi vita expẽdatur ſingulorũ:& quod olim ſancti patres feciſſe dignoſcũtur,extemporali oratione interdũ commonerẽtur fratres.Et in primis ad ſacras literas capeſſendas

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

inſtigarentur,atque vt in his optimas horas collocarent,inci tarétur, quòd hic reperiatur fons vitæ ſcaturiẽs,ex quo qui haurit,non ſitit in æternum.Hic theſaurus euãgelicus(propter quem oportet vendere vniuerſa)reconditus ſit, ex quo prudens ille paterfamilias' profert noua & vetera. *Ioan. 4.* *Matt. 13.*

Officium Decani in rebelles. Cap. 15.

SI quos Decanus rebelles cernat,ſi diuini cult⁹ atq; ſui officij negligentiores,ſi rixoſos,ſi litigioſos,ſi percuſſores, ſi aleatores,ſi ſcorta fouẽtes,aut aliis publicis criminib⁹ irretitos,atque hi fraternã correptionẽ audire recuſauerint, agat in his capitulis quod iubet Paulus:Peccantes,corã omnibus corrige:Tum ſi reſipiſcere nolint,arceat à ſacris,prohibeat participare fructus,donec ad meliorem vitæ frugem reuertantur,ſic tamẽ,vt hic ſeruetur regula apoſtolica:Corripite inquietos,conſolamini puſillanimes,patientes eſtote ad omnes,&neque ira,neque odium,neque rancor vllas ſibi partes vendicet.Nam illa prępoſitorum ſolicitudo eſt vtilis, illa cautela eſt laudabilis,in qua totũ ratio agit, & furor nihil ſibi venditat.Ira enim ſæpe etiam innocentes ad crimen inducit.Dũ enim iuſto amplius iraſcimur, & volumus alienacoërcere,peccata grauiora cõmittimus.Per hęc tamẽ noſtris,ac eccleſiarũ prouinciæ noſtræ priuilegiis ac legitimis conſuetudinibus,& præſertim mori,ac conſuetudini qui in aliquibus eccleſiis eſt(nempe vt cauſę diſciplinę per Diaconos diiudicentur)nihil præiudicamus,modo tamẽ Diaconi ad requiſitionem Decani ſuo officio grauiter,ac ſtrenuë incumbant ac ſatisfaciant. Quòd ſi Decanus & Capitulum negligentes,aut eiſdem criminibus irretiti fuerint,ad iuris cõmunis depoſitionem redire,neceſſe erit. *Ex conc. Agat. c. 2.* *1.Tim.5.* *1.Theſſ.5.* *Innocen. pap.2.* *Greg. ad Mau.Im. c.illa 11. q.3.*

Contentioſi ad pacem & concordiam per Decanum & Capitulum reuocandi. Cap. 16.

INuidiæ detractionisque vitium longè omnium peſtilentiſsimum,in collegiis non eſt nouum,quòd humani generis hoſtis inter fratres ſerere ſemper conatus eſt,quẽadmodum de Abel & Cain , de Ioſeph & fratribus eius legimus. Quin parum aberat ab omnium ſanctiſsimo illo collegio, nempe apoſtolico,niſi pacificator Chriſtus Ieſus interceſsiſſet,ac Satanam repẽtè eieciſſet.Hinc ſæpe numero in clero rixæ,iurgia,& iniuriæ naſcuntur.Hinc multę falſæ criminationes,æmulationes,obtrectationes & delationes oriuntur. *Gene.4.* *Gene. 37.* *Ioan.13.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Et ſit lingua ordinata in laudem Dei, inquietum malũ, plena veneno mortifero. Fit denique vt in ea qua benedicimus Deum & Patrẽ, in ipſa maledicãtur homines, qui ad imaginem & ſimilitudinem Dei facti ſunt. Atque ex eodẽ ore procedit benedictio & maledictio. Nõ oportet (inquit diuus Iacobus) fratres mei hæc ita fieri, ſed qui ſapiẽtes & diſciplinati inter vos, oſtendant ex bona conuerſione operationem ſuam in manſuetudine ſapientiæ. Nam ſi zelum amarũ habetis, & contentiones ſint in cordibus veſtris, nolite gloriari & mẽdaces eſſe aduerſus veritatẽ. Non enim eſt iſta ſapiẽtia, de ſurſum deſcendens à patre luminum, ſed terrena, animalis, diabolica. Vbi enim zelus & cõtentio eſt, ibi inconſtãtia, & omne opus prauũ. Quę autem de ſurſum eſt ſapiẽtia, primum quidem pudica eſt, deinde pacifica, modeſta ſuadibilis, bonis conſentiens, plena miſericordia & fructibus bonis, non iudicans, ſine ſimulatione. Fructus enim iuſtitiæ in pace ſeminatur, faciẽtibus pacẽ. Proinde ſi quis putat ſe religioſum eſſe, non refrẽnãs linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, huius vana eſt religio. Hæc ille.

Iacobi 3.

Pœna aduerſus contentioſos pertinaces. Cap. 17.

Ex cõcil. Agath. c. 13.

A Gathenſi Concilio conſtitutum eſt, vt quicũque odio aut lõginqua inter ſe lite diſſenſerint, & ad pacẽ reuocari nequiuerint, primitus arguãtur. Qui ſi inimicitias deponere pnicioſa intẽtione noluerint, de eccleſiæ cœtu iuſtiſsima excõmunicatione pellãtur. Decanus ergo, vbi viderit intercedere inter fratres diſſentionis materiã, quæ fraternam dirimat charitatẽ, huius Canonis autoritate vtatur, ac pro pace ſarcienda conſeruandáque, Capituli ſui conſilium atque auxilium imploret, quod inuicem libenter prẹſtabũt, cuiuſcunque odio vel amore longe poſtpoſito.

Quo tempore Capitulorum quotidianorum conuentus obſeruandi. Cap. 18.

QVotidiani Capitulorum conuentus, aut maturius ſubſequam Miſſam, aut ſtatim poſt illam ſeruandi ſunt, ne ob illos diuinum officium vel ſuſpendatur, vel prẹcipitetur, vel denique ab ipſis canonicis negligatur. Debet enim Dei cauſa omnibus aliis anteponi.

Volumina ſtatutorum reuidenda. Cap. 19.

HAbent ferè quotquot ſunt cathedrales ac collegiatæ eccleſiæ ſuũ volumen pẹculiariũ ſtatutorum, quæ interdum pr

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pro affectu priuato cuiuslibet augẽtur ac crescunt. Inter hęc reperias quàm plura, quæ quæstum magis quàm pietatẽ resipiant, & ad inæqualitatẽ potius, quàm æqualitatem faciãt: vnde discordia inter fratres (vti fieri solet) frequenter alitur, concordia verò scinditur, lacerarúque. Et quantumuis pleraque inter hæc iniqua reperias, adiguntur tamẽ omnes qui recẽs admittuntur, vt ad eiuscemodi statutorum obseruationem (etiam penitus ignari, quid contineant illa citra vllum delectum) iureiurando sese alligãt, quum tamen iuramentũ non debeat esse iniquitatis vinculum, nec ad ignorata extendi. Operæpretium itaque nobis videtur, huiuscemodi statutorum volumina inter visitandum excutere, & quæ Euangelicæ puritati, atque fraternę charitati, denique disciplinæ ecclesiasticæ minus consentanea reperta fuerint, resecare, caueréque, ne posthac vlla noua statuta in eiusmodi ecclesiis (nisi tamen noster accesserit calculus) edantur. *Cap. 1. de iureiur. in 6.*

In Capitulis à iuramentorum facili exactione temperandum. Cap. 20.

ET quum Christus tanto serio iurandi facilitatem prohibuerit, vt nisi necessitate veritatis, alioqui periclitandæ cogamur, omnino nõ iurare debeamus, coërcenda est illa immoderata in Capitulis iuramentorum exactio, per q̃ necesse est, vt multi in ancipitia periuria corruant, quorũ nõ tantũ illa qui peierãt, sed & qui causam periurij temerè exigendo præstãt, rei sint. Nam Christi verbum est: Sit verbum vestrum, est, est: non, non: quod amplius est, à malo est. Et in Ecclesiastico legimus: Vir multum iurans replebitur iniquitate, & non discedet à domo eius plaga. Si nosipsos iudicaremus, non vtique diiudicaremur. *Matt. 5. Cap. & si Christus. de iureiu. Eccle. 32.*

Inter visitandum de moderandis annis (qui expectantiæ appellantur) videndum. Cap. 21.

NVm annos (qui expectãtiæ appellantur) moderari possimus, videbimus inter visitandum, quando nobis vel id maximè curę erit, vt qui recẽsacceſſerũt Canonici, aliquot annis de cõsensu Capitulorũ suorũ, bonarũ, ac potissimũ sacrarum literarũ studiis in Academia aliqua publica & bene Christiana incumbant, vtque tum sequãtur illos interim reditus præbẽdarum suarum, quotidianis distributionibus tãtum exceptis, aut portio eiuscemodi personis, iuxta ecclesiarum statuta & cõsuetudines assignata. Multũ enim

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Hono 3. c. super ſpecul. de magiſtra. refert viros doctos eſſe in eccleſia Dei, qui veluti ſplẽdor firmamenti fulgeant, & tanquam ſtellę in perpetuas æternitates manſuri, ad iuſtitiam plurimos valeãt erudire. Indignum ergo ſtudio tam frugifero intentos, ac in vinea domini operantes, diurno denario fraudari, modo tamen teſtimoniũ exhibeant magiſtrorum, quòd totos illos annos rectis operam dederint diſciplinis. Per hæc tamen Canonis inducias (quæ ſe latius porrigunt) nolumus coarctare.

Non oportere à Canonico recens admiſſo pecuniam ſtatutariam duplicatam ob anteceſſorem exigi. **Cap. 22.**

NEc ferẽdus nobis diutius videtur mos ille irrationabilis, quo ad vnam præbẽdã receptus, ob ſuos in eadem præbenda anteceſſores non receptos (à quibus ius nõ habet, ſed potius à cõferẽte vel inſtituẽte) pecuniã ſtatutariã ſæpius exoluere compellitur. Nec ignoramus quoſdam Decanos & capitula in eo eſſe, vt hęc pecuniaria onera (quæ recens recepti, contra ſacrorum Canonum diſpoſitionem grauantur) indies nouis quibuſdam adinuentionibus grauiora, ac tandẽ importabilia efficiãt: quod penitus improbamus.

c. non debet de re. iud. in 6.

Communi neceſsitati eccleſiæ, communi contributione conſulendum. **Cap. 23.**

QVòd ſi fabricæ aut alia neceſsitas eccleſiæ imminea ſatius eſt, vt quod in communẽ vertetur vtilitatẽ, cõmunibus reditib⁹ deſumatur, quã vt quis priuatim grauetur. Euãgelicum pręceptũ eſt, in quo vniuerſa lex cõſiſtit & Prophetæ: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. *Matt. 7.* Quæcũque vultis vt faciãt vobis homines, hęc & vos facite illis. Ad hanc regulam, veluti ad Lydium quendam lapidem omnes actiones ſuas, quum omnes Chriſtianos, tũ viros eccleſiaſticos redigere, æquum eſt pariter, ac neceſſarium.

Tribunalia extra templa collocanda. **Cap. 24.**

Ex cõci. Lugdu. c. decet de imm. eccleſ. li. 6. QVm in quibuſdã noſtris templis iuriſdictionis eccleſiaſticæ officiales pro tribunali ſedeãt, ad quod interdũ multo cũ tumultu cõcurritur deligatúrque: viſum nobis eſt, vt hæc tribunalia, foris, intra tamen eccleſiarũ pomœria, collocẽtur. Cordi ſiquidem nobis eſt, vt quæcunque diuinum officium perturbare poſſunt, aut diuinæ maieſtatis oculos offendere, è templis eliminentur: nevbi peccatorum eſt venia poſtulanda, ibi peccati detur occaſio, aut deprehendantur peccata committi.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Optandum, vt deambulationes in hiſce eccleſiis prohiberi poſſint. Cap. 25.

ATque vtinam cõmodè deambulationes etiam illas laicorũ (qui ad cathedrales ac collegiatas eccleſias ſola rerum nouarũ curioſitate ducti cõfluunt, ibidémq; nihil minus quã de rebus ſacris, q̃ inſpectãtibus illis agũtur, cogitant) ſubmouere poſsimus. Grande equidẽ putamus piaculũ tã venerãda myſteria, quibus aſtat Deus, & inter quę Chriſti corpus & ſanguis cõficitur, tam irreuerẽter haberi: tacemus quòd domus Dei cõtemnitur, de qua Chriſtus eiecit emẽtes & vẽdentes, & non ſinebat, vt quis trãsferret vas per templũ & dicebat, docens: Nónne ſcriptum eſt, Domus mea, domus orationis vocabitur? vos autẽ feciſtis illam ſpeluncam latronum. Duplici cura hic videbitur opus tum vt prædicatores verbi Dei ex ſuggeſtis populũ ab iſtis deambulationibus ex ſcripturis deterreãt, tum vt magiſtratus ciuiles huic rei corrigendæ officium accõmodent, cũ quibus hac de re agemus. *Marc. 11.*

Theatrales ludos non inferendos templis. Cap. 26.

OLim theatrales quoq; ludi & laruarũ ludibria infereb̃atur tẽplis peſsimo quidẽ exẽplo, adeò vt pro viſione canonica (qua his teterrim⁹ abuſ⁹ aboleretur) op⁹ fuerit quẽ ex noſtris diœceſib⁹, iã vt ſperamus, eiectũ gaudemus. *Inno. 3. c. cũ decorẽ. de vit. & hon. cler.*

Cuiuſdam abuſus abrogatio. Cap. 27.

IN quibuſdã collegiatis eccleſiis ad ſummũ altare, non ordinarij, ſed mercenarij clerici presbytero ſacra peragenti miniſtraturi adiũgũtur, q̃ tamẽ officio ſuo ſatisfaciũt minus, quũ ab altari ad ſubſellia, ex quib⁹ ſuccinitur, à ſubſelliis rurſ⁹ ad altare multũ incõpoſitè ſubinde diſcurrũt: quod fieri nõ oportuit, maximè ĩ eccleſiis illis, quæ ordinariis p̃ſonis abũdant, & quorũ miniſtri copioſis redditib⁹ ſunt ditati. Nã oĩs occaſio cõtẽptus & ſcãdali p̃miſcuo vulgo adimẽda eſt.

Proceſsionum Collegiatarum eccleſiarum, quæ ad maiorem fiunt, moderatio. Cap. 28.

PRoceſsiones eccleſiarum collegiatarum ad ſummum tẽplum, quæ diebus maximè celebribus ac feſtis fiunt, p̃culdubio inſtituta ſunt cauſa cõueniendi illuc ad Miſſas epiſcopales, deſiderióque recipiendi cõmunionẽ, vel benedictionem epiſcopalem: iam quum iſti cõuentus ſpeciem quidem antiquitatis, & nihil præterea repæſentent, imò perniciоſæ euagationis materiã & crapulæ occaſionẽ diebus illis *Agathẽ. c. 63. & 64.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſacratiſsimis præſtẽt,illas nobis eatenus abrogare viſum eſt, vt Collegia in ciuitate noſtra Colonię.in quatuor illis ſummis anni feſtis ac diebus celebrib⁹ ſequẽtibus,quæq; in ſuis eccleſiis diuinum officiũ ſtatis horis reuerẽter ſolẽnitérque cõcelebrent ac peragant:neque his diebus,niſi quum nos in ſummo tẽplo noſtro pręſentes erimus,collegialiter accedãt. Nam quantula ſit deuotio collegiorum quæ tum accedunt, quis Dei cultus ac veneratio, ſatis in aperto eſt. Tacemus,q; interim apud ipſas collegiatas eccleſias hiſce dieb⁹,maximè inſignibus,ſolenne officium pręmittitur:aut ſi quod dicitur verius præcipitatur ac truncatur, quàm celebratur.

De proceſsionibus non abrogatis. Cap. 29.

RElíquas autẽ ꝓceſsiones more antiquo obſeruari volumus:iubemus tamen vt clerus ciuitatis noſtræ abuſus,qui hactenus irrepſerunt,matura cõſultatione pręuia,tollere peragat.

Quomodo ad anniuerſaria Epiſcoporum in maiori eccleſia conueniendum ſit. Cap. 30.

DVm vigilię in anniuerſariis Epiſcoporũ,in ſummo noſtro templo,conuenientibus illuc collegiis,perſoluuntur, inconcinnius atq; adeò ſpecie ipſa nõ ſatis pius ac deuotus,cãtus editur. Quare nobis viſum eſt expedientius, vt collegia ſingula in ſuis templis vigilias haſce deuotè abſoluant, dein eccleſiam noſtram maiorem ad ſacrũ tantum accedãt,illic tantiſper facturi moram, donec id compleatur, ſingulis interim animum ad Deum,ac pias precationes cõuerſuris, quemadmodum ſuperiori articulo diximus.

Minora miniſteria idoneis committenda,ac decenter peragenda. Cap. 31.

Ex cõci. Mogunt. de vit. & ho.cler. c. nõ liceat. Ex conci. Agath. c.ſacr.23. diſtinct.

ANtiquiſsimis Canonibus in pleriſque etiã Cõciliis ſancitum eſt,ne laici ſecus altare inter clericos miniſtrẽt, néve in ſacrati miniſtri licentiam habeant ingrediẽdi in ſacrariũ,quod Græci diaconiũ appellãt,nève vaſa domi ca contingant. Præterea ne reliquiæ Sanctorũ & veſtimẽta eccleſiaſtica(quę honeſta eſſe decet)niſi tantũ à ſacratis miniſtris attrectẽtur,adeò vt ne ſacratis quidẽ Deo fœminis monachabus aut lectoribus etiã ſacra vaſa vel ſacratas pallas contingere,vel incẽſum circa altare præferre licuerit,verùm id ſolis Diaconis permiſſum ſit: expreſsim autẽ laicis vetitum,ne pallas,eccleſiæ vela,ac altaris ornamẽta ablui

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Neque patres hic ſcripturis deſtituuntur. Iam verò eò vẽtum eſt, vt quatuor illi minores ordines, nẽpe oſtiarij, exorciſtæ, pſalmiſtæ, ac lectores (non temerè ab eccleſia inſtituti ac recepti) præter nomẽ nihil in eccleſia retinuerint, illorúmque loco tenues aliquot homines laici, qui per eccleſiæ prælatos minoris compendij gratia ſubrogantur, illorum officiis ſeſe ingerãt, idque indecore: quippe nullo penitus clericali habitu amicti, inter quos ſunt, quos appellamus cãpanarios, quos ad minimum (cereis accẽdendis, aliiſque in choro miniſtrationibus intentos) deceret ſuperpelliceis indui. Ne interim prætereamus ablutionem pallarum, veſtimentorúmque altariũ: breuiter, ſacrorum cuſtodiam talibus per cuſtodes, ſeu theſaurarios noſtri temporis committi, quos hæc contingẽtes antiquitas nefarij criminis ſimul cum ſurrogãtibus damnaſſet: quare cautius poſt hac agẽdum, ne ob talem præſumptionẽ Dominus iratus, plagam populo, qua ſimul innocẽs cum nocente inuoluatur, immittat.

DE PAROCHIS AC EORVM Vicariis, aliiſque verbi miniſtris. Cap. I.

Hic titulus cùm generalis ſit, in pleroſque alios ſcinditur. Primum enim videndum eſt, qui ad verbi miniſterium & regimen eccleſiarum admittẽdi ſint, deinde de vita ac moribus eorum. Pòſt, de officio, quod in duobus potiſsimum ſitũ eſt, diſſeminatione verbi, adminiſtratione ſacramentorum. Poſtremo, de ipſorum victu, de quibus ſpeciatim diſpiciemus. Ante omnia tamen lectorem admonitum eſſe volumus, hos eſſe locos quos eccleſiarũ iubar, diuus Paulꝰ in epiſtolis ad Timotheũ ac Titũ accuratiſsimè tractat. Nã huc illæ potiſsimũ ſpectãt, vt ſciãt Timotheꝰ, ac Titꝰ, quomodo oporteat eos in domo Dei cõuerſari, q̃ eſt eccleſia Dei viuẽtis, niſi q̃ articulus adminiſtrationis ſacramẽtorũ, & qui de victu eſt, alibi fuſiꝰ explicãtur. Porrò, cũ hæ Paulinę epiſtolę merę aureę ſint, & nulli nõ parocho cognitu ĩ primis neceſſarię: idcirco adverbũ ediſcẽdę, memorię mãdãdę, ac opere cõplẽdę erũt. Ex q̃bꝰ aliis euãgelicis apoſtoliciſq; ſcripturis ac patrũ ſanctionibꝰ, nos q̃dã decerpemꝰ, quo dilucidiꝰ fiat, ĩ quibꝰ hactenꝰ magno cũ reipu. detrimẽto peccatũ, & quid de cętero parochis facto opus ſit.

1. *Tim.* 5.

In priori ad Corĩt.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Qui admittendi. Cap. 2.

Matt.9. *Ioan.10.* QVũ Christus Iesus pastor ille bonus, ac pastorũ princeps, qui posuit animã suam pro ouibus suis, circuiret oẽs ciuitates & castella, docẽs in synagogis eorũ, & prædicans euãgeliũ regni, & curãs omnẽ languorẽ & omnẽ infirmitatẽ. Quũ, inquã, is qui venit requirere & seruare quod perierat, vidisset turbas, misertus est eis, quia erãt vexati & iacentes sicut oues non habentes pastorem: dicebat discipulis suis: Messis quidem multa, operarij autẽ pauci. Rogate ergo *Marc.6.* dominum messis, vt mittat operarios in messem suam.

Lucæ 10. *Orandus Deus vt mittat operarios in messem suam. Cap. 3.*

NVm, quęso, putamus necdũ tempestiuum esse interpellare dominũ messis, vt mittat operarios in messem, ac pastores, nõ quoslibet, sed secũdum cor suum, nimirũ ouibus miserè dissipatis ac palantibus requirẽdis? Quis, nisi in media luce cæcus, non præsentiscat, nos in ea periculosissima tẽpora incidisse, in quib⁹ prędictiones Christi, & apostolorum scripturæ, omnino atque omni ex parte complentur? Quis enim non videt venisse, irrupisséque numerosa admodũ caterua ad nos falsos illos prophetas in vestimentis ouium, qui sint intrinsecus lupi rapaces, qui nõ introierint per ostium in ouile ouium, sed ascẽderint aliunde fures ac latrones? *Matt.7.* Non enim venerunt, nisi vt furentur & mactent & perdant, quod *Ioan.10.* videntes mercenarij, & qui non sunt pastores, venientes, fugiunt & dimittunt oues, & lupi rapiunt & dispergũt eas. Fugit enim mercenarius, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus. Poterant direptores isti sub exuuio ouium *Mat.7.* aliquandiu delitescere, nisi Christus eos prodidisset: Ex fructibus (inquiens) eorum cognoscetis eos: quòd nõ possit arbor bona fructus malos facere, nec arbor mala fructus bonos. Ex fructu enim suo vnaquæque arbor cognoscitur.

Vnde dignoscere oporteat Pseudo ecclesiastes. Cap. 4.

2.Pet.2. *Iudæ.* *Ad Timoth. & Titum.* *2.Tim.3.* *1.Tim.1.* QVos qui velit penitus agnoscere, is 2. Pet. Epist. legat, & quæ eiusdem argumenti est, Iudæ Apostoli vnius, & eas potissimum diui Pauli epistolas, quas ad Timotheum ac Titum coëpiscopos suos perscripsit: in quibus illos eo quo dominus, nomine, appellat lupos rapaces, non parcẽtes gregi. Ex nobis quidem suborituros, sed peruersa loquentes vt abducant discipulos post se homines seipsos amantes, cupidos, elatos, superbos, blasphemos, sine affectione, sine pa-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

criminatores,incontinentes,proteruos, reprobos circa fidē·
A fine præcepti,quæ charitas eſt,de corde puro,& conſcien- 1.Ti.3.4.
tia bona & fide non ficta,toto cœlo aberrātes,in vaniloquiū
conuerſos ſeductores,proficientes in peius,errātes, & in er-
rorem mittētes.Magiſtros pruriētes aurib⁹,& in fide(quòd
bonam conſcientiam repulerint)naufragos,verbis contēdē
tes,ſanis verò ſermonibus,& ei, quæ ſecundum pietatē eſt,
doctrinæ,neutiquam acquieſcentes,ſuperbos,languētes,cir- 2.Tim.2.
ca quæſtiones & pugnas verborum,ex quibus oriuntur inui
diæ,cōtentiones,blaſphemiæ,ſuſpiciones, malæq; conflicta-
tiones hominum mente corruptorū,ac proinde ad nihil vti-
les,niſi ad ſubuerſionē audientiū, quorū ſermo vt cancer ſer
pit.Nūquid poterat Apoſtol⁹ futurorū cōſcius,hoſce pſeudo
eccleſiaſtes apertius,aut dilucidius deſignare,quos nullus ꝑ
fectò Apelles tā expreſsim ſuis colorib⁹ depīgere potuiſſet.

Soli authoritate ordinaria comprobati, ad Verbi mini-
ſterium admittendi. Cap. 5.

ADuerſus hoc pſeudochriſtos & pſeudoprophetas, nos *Mat.24.*
præmuniuit Chriſtus : Videte(inquit)ne ſeducamini. *Luc.23.*
Multi enim veniēt in nomine meo,& multos ſeducēt *Mar.14.*
vtin errorē(ſi tamen fieri poteſt)ducātur,etiā electi.Nolite
ergo ire poſt eos. Vos ergo(vti ſubiecit cōmonēs)videte.Ec
ce ꝓdixi vobis omnia.Chriſti ergo ꝓceptū , quantum nobis
ipſi concedit,ſequentes,quo lupos tā peſtilentes ab ouilibus
ac diœceſibus noſtris abigam⁹, viſum nobis eſt operępretiū
fore,ātiquos innouare canones,quib⁹ præcipitur , ne vlli ad
Verbi miniſteriū ſeu prędicationis officiū,niſi miſsi,autho-
ritaéque ordinaria approbati ſint admittantur. Quomodo *Rom.10.*
enim(ſecundum Apoſtolum)prædicabunt , niſi mittantur?

Qui ſunt legitimi parochi & illorum vicarij modo tamen hi
examinati prius & admiſsi ſint. Cap. 6.

ORdinarij ergo verbi miniſtri,eccleſiarū parochialium *c.licet.*
legitimi rectores ac parochi ſunto , quos etiā perſona *is etiā,de*
liter apud eaſdem eccleſias,ſecundū canonicas ſanctio *ele.lib.6.*
nes ꝑpetuo reſidere volum⁹,niſi tamē eos magna ratio,velu
ti quòd vel maioris ac publicæ vtilitatis cauſa, abſint:quę &
noſtro ꝛalculo approbari debet, vel quòd ſoli ob parochiæ
amplitudinē gubernationi tantæ nō ſufficiant, excuſauerit.
Tum enim qui per illos delegabuntur vicarij ſeu vicecurati
(modotamen hi etiam examinati, & tā quod ad vitæ inte-

A 2.0

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gritatem,quàm Christianæ eruditionis puritatem & zelum attinet,idonei reperti fuerīt)nostro permissu eodem officio perfungētur. Qui verò deinceps in vice curatos assumētur, Vicarij nostri in pontificalibus ac Theologorum ei per nos adiūgendorum: in diœcesibus verò suffraganeorum nostrorum illorum,quibus hoc muneris committēdum duxerint, censuram (num videlicet obeundo muneri apti seu idonei sint,vel minus)expectabunt.

Fratres mendicantes quatenus admittendi. Cap. 7.

Ex conci. Viennen. cle. dudum de sepul.

ALiquot retro seculis in ecclesiam recepti sunt quatuor mēdicātiū fratrū ordines,quo parochorū in verbi ministerio cooperarij forēt. Quos absit vt repellamns,si tamē intra Cōcilij Viennē.sub Clemēte quinto celebrati,aliarūq; canonicarū cōstitutionū cācellos se cōtinuerint.Nec antè accesserīt,q̄ p ipsorū prelatos,vt viri inculpatę vitę discreti pariter ac modesti,ac verbi diuini probè gnari,iudicētur,atq; ad hoc munus deligātur:Deinde etiā vicariis nostris in pōtificalibus pręsentati, tales inuenti fuerint ac permissi

Quam modestiam fratres mendicantes in Verbi prædicatione seruare oporteat. Cap. 8.

QVi tamē quū in subsidiū tantum vocati sint ordinariis ecclesiarū rectoribus molesti esse desinent, ita videlicet,ne eosdem(quū suo munere fungi ipsimet velint) p̄occupēt,néve quos in excolēda vinea domini iuuare debēt in cōcionibus,viruléta ac detractoria lingua carpāt, vti nonnulli huius generis solent,qui inflati ac incōpositi populanbus demulcendis studeni,suam,non Christi gloriā amplectes. Tā ignari omnis ecclesiasticæ disciplinæ,vt ignorent parochos,si fortè ceciderint,suos habere iudices,non ipsos fratres censores,multo minus promiscuam plebem,quā exploratū est mutuis ecclesiasticorū virorū amarulētis detractionibus adeò non emēdari,vt scandalizetur multo magis. Nec audiēdi sunt isti,si seruos Dei accusare se dicant,vt meliores fiāt,quum potius inuidię stimulis adulationisque,quàm charitatis studio agitari conuincantur. Idipsum vel propria eorum cōscientia attestante,quòd sciant nullum vel in.eculo, ne dicamus in eorū monasteriis inueniri,qui velit suum seruum ab alio q̄ à se iudicari:adeò vt si quis secus facre p̄sumpserit,hūc & multa sequatur indignatio & vlciscdi cupiditas. Quin Paulum audiant dicentem,Nolite iudiare inu

Ex decr. Pontia. pont.

Ex decr. Anacl.

Roma. 4.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cem,sed hoc iudicate magis,ne offendiculum detis fratri.

Non ferendi qui in iurisdictiones & potestates temere ad plebem inuehuntur. Cap. 9.

MVlto minus ferendi sunt qui vt aurã venentur populare,in iurisdictiones episcopales ac ordines ecclesiasticorũ pariter& ciuiliũ magistratuũ inuehẽtes,temere vociferantur ad populũ:non intelligentes interdũ neq; de quibus loquuntur,neq; de quibus affirmãt. Quo nihil aliud efficiũt, quã vt plebẽ,alioqui satis in clerũ irritatã,irritatiorem reddãt, ac glisceti seditionũ igni oleum subministrẽt, 1. *Timo.* 1.
iurisdictiones ac magistratus esse oportet. Quod interdũ ꝑsonarũ,non ordinis seu magistratus vitio peccatur,alia prouidentia purgandũ est,non cæco plebis iudicio expẽdẽdum *Matt.* 18.
fraterna correptione opus erat,nõ accusatione aut laceratione ex suggestis. Et vt omnia non statim ad viuũ vsque repurgentur,quod fieri vix potest,non grauabuntur isti oculati,in se quoque descendere ac suos erratus inspicere, quo tãdẽ æquiores fiant,diuinisque iudiciis etiam quædã relinquãt. Si *Ex cano. Anacle.*
enim omnia(vti scitè Anacletus ait)in hoc seculo vindicata essent,locum diuina iudicia non haberent. Sed de his satis.

Abusus est,qui parocho suo officio interdicit. Cap. 10.

EX his quæ diximus cõsequitur,eum morẽ, qui alicubi irrepit,penitus irrationabilem,ne dicamus execrabilem abusum esse, quo legitimi ecclesiarũ parochi adigũtur iureiurando affirmare,sese in suis ecclesiis fratres mendicãtes ad verbi ministerium(etiam si ipsimet pro ratione suscepti ac cõcrediti muneris eo fungi velint)perpetuo admissuros. Quid enim hoc more aliud agitur,quàm vt parocho officium,quo se Chr sto & ecclesiæ obstringit,adimatur, ac in alium relegetur? Id vitij, vt spes est,curabimus.

Fratres mendicantes hisſynodalibus constitutionibus erunt parentes. Cap. 11.

AEquũ quoq; cẽsemus, vt qui ex fratribus huic muneri accĩgi velint,nostris Vicariis in põtificalibus serio ꝑmittãt,sese hisce synodalibꝰ ĩstitutis omnino obtẽperaturos,quo sermo Dei purè syncere,ac sine offẽsiõe decurrat.

Decet quoque vt fratres eatenus ordinariæ potestati subiicientur. Cap. 12.

QVi vt ordinariæ nostræ potestati,quod ad eiuscemodi functionem attinet,subiiciantur,& eatenus monasti-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eę profeſsionis regulis,obligationibuſq; eximantur,nõ decens tantum,ſed & iuſtum putamus.

De ſemel certo loco deſtinatis ac admiſsis,non temerè retrahendis. Cap. 13.

QVi vero ſemel preſentati & admiſsi fuerĩt, vt certo loco hoc miniſterio fungãtur,nõ debebũt temerè ſeu præter noſtrum aſſenſum à ſuſcepto munere retrahi. Nã frequẽtem perſonarũ mutationẽ periculoſam putamus,vt interim ſileamus ſæpe minus idoneum in idonei locum ſurrogari.

Qui nulla legitima authoritate innixi, ſe verbi miniſterio ingerunt, vti ſeditioſi comprimendi. Cap. 14.

Ex conc. Anti. c. 5. EXtra ordinarios parochos,illorumq; legitimos cooperarios,nemo deinceps,neq; ſuggeſtũ occupet,neq; conuẽticulas,vel in priuatis domib⁹ vel vicis faciat,aut quouis tãdẽ modo vſurpet. Quòd ſi quis ſecus agere preſumpſerit,& inobediẽs perturbare eccleſiã Dei(quæ foris eſt)perſeuerauerit, hunc tanquam ſeditioſum corripi oporteat.

Prohibẽtur omnes apoſtatæ monachi ignoti ac peregrini ſpermologi. Cap. 15.

QVamobrẽ prohibemus oẽs apoſtatas monachos ignotos. Itẽ iſtos ac peregrinos ſpermologos,quorũ neque doctrina neq; vita vlli perſpecta eſt: eritq; proinde curæ ciuilibus magiſtratibusac preſidibus,vt de his inquirãt diligẽter & quos nos proſcripſimus,eos illi cũ receptationibus ipſorũ doli mali conſciis excedere prouincia compellant:Niſi quid ſeuerius culpa horum præuaricatorũ in ipſos ſtatuere poſtu- *Ex cõcil. Sardi. 1. & 18. Laodi. 13.* lauerit.Iã vt inueniatur quiſpiã(quod abſit)qui aliter quàm legitimè parochiam occupauerit, hũc abiici ſtatim oportet quantumuis plebs,quam corrupit, eum retinere contendat.

De terminariis quatenus admittendi. Cap. 16.

Ex chal. Concil. EX ordine mẽdicantium, qui oppidatim ſoli cõmorantur,quos Terminarios appellamus, vitã interdum agere monachiſmo plurimũ diſsimilẽ cognouimus,proindeq; multis eſſe inuiſos:hos potius, quũ officio p̃dicationis ſtatis illis dieb⁹ perfuncti eſſent,eleemoſynaſq; collegiſſent, ſtatim ad monaſteria ſua regredi,ibidemque quieti operam dare, atque obſeruare ieiunia & orationes iuxta ordinis ſui inſtitutum malumus,quàm vitam communem,ne dicam licentioſam,inter ciuiũ turmas ducere. Vbi tamẽ monaſteria ab opidis aut vicis tam lõge diſſita fuerint, vt vnus dici in-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nere repeti nõ poſsint,nolumus Terminarios iſtos hac lege teneri,modò tamẽ viri graues & annoſi,vitæ quoque ex omni parte integræ ac ſanæ doctrinæ comperti fuerint:ac id etiam viſitatione potius quàm conſtitutionibus cauebitur.

Priuilegijs fratrum nihil derogatur. Cap. 17.

NOlumus autẽ per p̃dicta,priuilegiis, ordinibus fratrũ mendicantium ritè & legitimè cõceſsis, præiudicare.

Monachorum eccleſiæ per ſeculares (vt vocant) presbyteros gubernandæ. Cap. 18.

EAdẽ ratione decẽs eſt,vt monachi qui parochiales eccleſias,cura animarũ apud ipſum monaſteriũ,nõ perſonã, relicta,incorporatas(vt vocãt)monaſteriis ſuis habent, nõ ꝑ religioſos(quos ĩ monaſteriis perpetuã vitã agere cõuenit)ſed ꝑ Vicarios presbyteros ſeculares(modo haberi poſſint) ad eundẽ modũ quẽ ſuprà dixim⁹,examinãdos admittẽdoſq; gubernari ꝓcurent. Quibus etiã de eccleſiæ prouẽtibus tantũ aſsignare obligati erũt, vnde & iura epiſcopalia perſoluere,& congruã ſuſtentationẽ habere poſsint,quod vt fiat nobis curę erit.Nõ tamen tam duri hic erimus,quo minus interdũ viros monaſticos, quos ſingulari vitæ exemplo & doctrinæ ſalutaris diſſeminatione inſignes comperiemus apud eccleſias parochiales relicturi & confirmaturi ſumus.

Can. de monach. de præb. c. 1. de capell. mo.

DE VITA AC MORIBVS PAROCHORUM. Cap. 1.

QVanquã de vita ac moribus Clericorũ ſuprà dixerimus,videtur tamẽ hic locus poſtulare, vt ſpeciatĩ aliqd de cõuerſatione ac morib⁹ parochorũ dicam⁹,ꝙ horũ vita & officiũ diuo Paulo prẽcipuè curę fuerĩt:adeò vt his rectè ſe habẽtibus,de reliquis non admodum magnã ſolicitudinẽ habuiſſe videatur.Nec immeritò,res enim ipſa delarat,ac priſca ſecula meminerũt,q̃ tranquilla, q̃ florens,q̃ fructificãs,quàm denique fœlix eccleſia fuerit,dũ talibus eſſet parochis inſignis,qui Euangelicis, apoſtoliciſq; inſtitutis,ſanctorumque patrũ regulis addicti,non tantũ vocabulo,ſed & falſo præſtabãt quod dicebantur.Contrà vero in quantos æſtus,tempeſtates,procellas,ac pericula, ob eoſdem ſenſim in diuerſum mutatos ac varicantes, eccleſiæ nauicula miſerè cõiecta ſit,nos ſentimus.Ex quib⁹ rurſus emer

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gere,quum certo certius non poſsimus,niſi nos(quibus gregem ſuum Chriſtus paſcendum commiſit)vias domini rectas,à quibus variando excidimus, inambulare pergamus. Quid tandem aliud conſilij capiendum nobis,quàm vt ſinguli,quales eſſe debemus,tales & ſimus : atque hoc inſigne Chriſti verbũ,quod hinc diſcedẽs,Petro ouiculas ſuas cõmittẽs, poſt tertiã demum dilectionis ſtipulationem promiſsionemque,vti vltimum elogium ac memoriale,fideliſsimè diligẽtiſsiméque inculcauit,& mẽte & opere teneamus,quod
Iohã. vlt. eſt:Paſce agnos meos . Id fecerimus,ſi gregem Chriſti poſt Chriſtum vnicè diligamus,atque eundem tam verbi doctrina,quàm operis exemplo paſcamus,diuinorumque ſacramẽtorum diſpenſationem tueamur,defendamuſque.

Vita vt doctrinæ in parocho conueniat neceſſarium. Cap. 2.

VBique fermè cũ de parochis ſermo incidit,ſcriptura vitã doctrinę copulat:nimirũ quòd qui vitã agit doctrinę cõtrariã,plus exẽplo deſtruit,quàm ædificet verbo. Oportet enim & fieri ſermonem,non tantum dici:alioquin cõpetet in parochum quod Seneca Platonisobiectum fuiſſe refert:Aliter loqueris,aliter viuis.Et quòd Chriſtꝰ Phariſęis imputat:Dicũt enim & nõ faciunt:Alligant onera importa-
Mat. 23. bilia in humeros veſtros , digito autẽ ſuo nolũt ea mouere. Apponatur ergo manus ori neceſſe eſt,ne ſit vox quidẽ,vox
Gen. 27. Iacob,manus autẽ Eſau.Porrò vox operũ fortius ſonat quàm
1. Pet. 2. verborũ.Intuẽdus nobis paſtorũ princeps eſt,cuius tota vita
Acto. 1. ſua doctrina eſt:qui cœpit primũ facere,poſt docere.Siquidẽ
Lucæ 24. potens opere & ſermone,qui diſcipulos Ioannis de aduentu
Matt. 11. Meſsiæ rogantes,ad opera remiſit,dicens:Ite , dicite Ioanni
Ioan. 10. quæ vidiſtis & audiſtis. Qui deniq; non ſolũ vocat oues ſuas
Math. 5. nominatim,ſed & vadit ante eas. Et cũ tantũ qui ſic docuerit & fecerit, magnum in regno cœlorum fore pollicetur.

Paſtorem gregis exemplum eſſe oportere. Cap. 3.

1. Ti. 2. QVare beatiſsimus Paulus eccleſię miniſtrũ inſtituturꝰ? Exemplum(inquit)eſto fidelium,in verbo,in conuerſatione,in charitate,in fide,in caſtitate.Itidẽ ad Titũ.
Ad Ti. 2 2.In omnibus teipſum præbe exemplũ bonorũ operũ,in doctrina,in integritate , in grauitate,verbũ ſanũ,irreprehenſibile,vt is qui ex aduerſo eſt,vereatur,nihil habẽs malum di-
Mat. 5. cere de nobis.Sal enim terræ & lux mũdi prædicator Euangelij dicitur,& lucerna ſuper candelabrum poſita, vt luceat

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

omnibus qui in domo ſunt:Sic,vt videãt homines opera illius bona,& glorificẽt patrẽ,qui in cœlis eſt. Quòd ſi ſal infatuatum fuerit,in quo ſalietur ? ad nihilũ enim valet vltra, niſi vt proiiciatur foras,& conculcetur ab hominibus.Apoſtolus itaque,hoc pręceptum commendat Timotheo,vt militet bonam militiam,habens non tantum fidem,ſed & bonam conſcientiam, quam quidem repellentes , circa fidem naufragauerunt:ex quibus tum erant Hymenęus & Alexander,quos tradidit Satanæ,vt diſcant non blaſphemare.Interea vero ex eodem numero omnes hæretici fuere. *1.Tim.1.*

Vitanda parocho in primis auaritia. Cap. 4.

IAm quæ clericis vitanda erunt,ſuprà diximus.Ea ipſa potiſsimũ Paulus quam longiſsimè à parochis eſſe vult & q̃ illis oppoſita ſunt,in ipſis quam maximè elucere . Primũ ſcilicet vt abſtineãt ab omni auaritia.Hoſpitales enim erũt, non turpis lucri cupidi,non opes, ſed animas venantes,non auri,ſed hominũ piſcatores:alioqui ex paſtoribus fient mercenarij,& vertẽtur in lupos,audientque dominum per Ezechielem exprobrantem:Lac comedebatis,& lanis operiebamini:quod craſſum erat,occidebatis,gregem autẽ meũ non paſcebatis,quod infirmũ fuit non cõſolidaſtis,&quod ęgrotũ erat non ſanaſtis,quod confractũ eſt nõ alligaſtis,& quod abiectum eſt non reduxiſtis,&quod perierat nõ quęſiuiſtis, ſed cum auſteritate imperabatis eis & cum potentia,& cęte ra quæ ſequuntur. Qui enim volunt diuites fieri,incidunt in tẽtationẽ & in laqueũ dyaboli,& deſideria multa inutilia & nociua,quæ mergũt homines in interitum & perditionem. Radix quippe omnium malorum,eſt cupiditas:quã quidam appetentes,errauerunt à fide,& inſeruerũt ſe doloribus multis.Tu verò ô homo Dei,hæc fuge:ſectare vero iuſtitiã,pietatem,fidem,charitatem,patientiam,& manſuetudinem. *Ezę.34.* *1.Tim.6.*

Parochi familiam irreprehenſibilem eſſe debere. Cap. 5.

INterim erit domui ſuæ bene p̃poſitus,vt nõ tãtũ ipſe, ſed & ſua familia irreprehẽſibilẽ vitã agat. Qui enim domui ſuę p̃eſſe neſcit,quomõ eccleſię dei diligẽtiã habebit?Oportet autẽ illũ & teſtimoniũ habere ab his qui foris ſũt, vt nõ in op.brium incidat & ĩ laqueũ dyaboli.1.ad Timothe. 3. *1.Tim.3.*

Parocho luxus omnino cauendus. Cap. 6.

DEinde procul abſint parochi ab omni luxu . Sobrium enim vult parochum eſſe Paulus,nec multo vino dedi *Ibidem.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tum,ac vino potius ad neceſsitatem quàm ad voluptatẽ vtẽtem,quemadmodum ipſe Timotheo prẹcipit,ne aquam adhuc bibat,ſed modico vino vtatur propter ſtomachum ſuũ, & frequentes infirmitates.Neſciat ergo parochi domus comeſſationes crapuloſas,execretur compotationes illas adẹquales hauſtus obligatorias. Sit procul à ſymbolorũ(vt vocant)dationibus.Turpiſsimum putet,niſi cauſa neceſsitatis, intrare tabernam,quaſi domum non habeat ad edendum & bibendum.Breuiter,vitet omnia quæ paſtoralem authoritatem aut dedecorant aut imminuunt.

Pudicitia ſeruanda parocho. Cap. 7.

DEteſtetur quoque omnẽ libidinem. Nam oportet parochum eſſe pudicum 1.Timoth.3.& ſe prẹbere exemplum in caſtitate.1.Timoth.4.ne in eum verè dicatur:
Rom.2. Qui aliũ doces,teipſum non doces.Qui prædicas non furãdũ,furaris.Qui dicis nõ mœchandũ,mœcharis. Qui in lege gloriaris,per præuaricationẽ legis Deũ inhonoras:per quod
1.Cor.6. blaſphematur nomen Dei inter gẽtes.Quo enim vultu for-
Epheſ.5. nicarios cœlo excludet cum Paulo,qui huic volutabro cœni
Galat.5. ipſe immerſus eſt?An exiſtimas(inquit ipſe Paulus)ô homo
Roma.2. omnis qui iudicas eos qui talia agũt,& facis ea,quia tu effugies iudiciũ Dei?In quo enim iudicas alterum,teipſum condemnas:eadem enim agis quæ iudicas. Scimus quippe,quia iudicium Dei eſt ſecundum veritatem in eos qui talia agũt.

Quæ fugienda & quæ ſectanda parocho. Cap. 8.

2.Tim.2. DEniq; Paulus ad Timotheũ:Iuuenilia(inquit)deſideria fuge,ſectare verò iuſtitiã,fidem,ſpẽ,& charitatẽ,& pacẽ cũ his qui inuocãt Dominũ de corde puro.Labora ſicut bonus miles Chriſti.Nemo enim militans Deo,implicat ſe negotiis ſecularibus,& q̃ ſequũtur.In ſumma,ſolicitè cura teipſum probabilem exhibere Deo, operariũ inconfuſibilem, rectè tractantem verbum veritatis. 2.Timoth.2.

DE DISSEMINATIONE VERBI.

CAPVT I.

1.Cor.1. HOc miniſterium ſanctiſsimus Apoſtolus cẹteris omnibus longè præfert . Vnde & Corinthiis ſcribens, ait: Non miſit me Chriſtus baptizare, ſed Euangelizare: cui & cæteri Apoſtoli aſtipulentur , quum inquiunt: Non eſt æquum nos relinquere verbum , & miniſtrare menſis . Quinimo & Chriſtus aliis anteponit . Euntes

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

(inquiens)in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ, ac docet omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris,& filij,& Spiritus ſancti,docentes eos ſeruare omnia quæcunque mandaui vobis. Quamobrem Paulus Timotheum ſuum excitans,ait:Attende lectioni attende exhortationi & doctrinæ,noli negligere gratiam quę in te eſt, quę data eſt tibi per prophetiam cum impoſitione manuum presbyteri.Hæc meditare,in his eſto,vt profectus tuus manifeſtus ſit omnibus.Attende tibi & doctrinæ, inſta in illis, hoc enim faciẽs,& teipſum ſaluum facies,& eos qui te audiunt.Et iterum:Tu verò vigila, in omnibus labora, opus fac Euangeliſtæ,prędica verbum,inſta opportunè, importunè, miniſterium tuum imple.

Mat. vlt.

1. Tim. 4.

2. Tim. 4.

Quid parocho meditandum. Cap. 2.

MEditabitur parochus quid ipſi dominus per Ezechielẽ cap.3.33.ac 34.præceperit, paraboláq; ſpeculatoris menti infigenda eſt. Speculatorẽ(inquit)dedi te,domui Iſraël. Quòd ſi ſpeculator viderit gladium veniẽtem,& non inſonuerit buccina,& populus ſe nõ cuſtodierit,venerit ąue gladius,& tulerit de eis animã,ille quidem in iniquitate ſua captus eſt, ſanguinẽ autẽ eius de manu ſpeculatoris requirã. Parochi ſiquidem ſunt, quibus potiſsimũ dictum eſt: Fratres,ſi quis ex vobis errauerit àveritate,&cõuerterit quis eum,ſcire debet, quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ,ſaluabit animã eius à morte.Dura eſt nimis illa prophetæ lamẽtatio:Paruuli petierunt panem,& nemo dabat eis.Paſce ergo fame morientem:ſi nõ paueris,occidiſti:At homo ex duabus partibus cõſtat,ex carne ſcilicet, & ſpiritu.Duplici ergo cibo opus eſt. Nam vt ſcriptura ait: Nõ ĩ ſolo pane viuit homo,ſed ĩ omni verbo quod procedit de ore Dei.Cibus exterior, carnem tantum mortalem reficit,& intrans per os,in ventrem vadit,& in ſeceſſum emitti tur.Panis autem ſpiritus,tã perverbum prędicationis,quàm ſacramentaliter in veritate corporis & ſanguinis dominici, in viua fide comeſtus,viuificat, reficit, ac vegetat animam, qui non perit,ſed permanet in vitam æternam, & hunc qui ederit,non morietur in æternum. Id quod omnes pij ſciunt acſentiunt.Viuus enim ſermo Dei eſt, & efficax, & penetrantior quouis gladio ancipiti,ac pertingens vſque ad diuiſionem animæ & ſpiritus, compagumque, & medullarum.

Iaco. 5.

Thre. 4.

Matt. 4.

Ioan. 6.

Hebr. 4.

124

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Fidelitas in primis in parocho, requiritur. Cap. 3.

1. *Cor.* 4. HIc iam inter huius cœleſtis panis diſpenſatores quæritur, vt fidelis quis inueniatur. Fidelis, inquam, ſeruus & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiã ſuã, *Mat.* 24 vt det illis eſcam in tempore. Beatus ille ſeruus, quẽ, quũ venerit Dominus eius, inuenerit ſic facientem. Sin ſecus, veni et Dominus ſerui illius, in die quo non ſperat, & hora quam ignorat, & diuidet eum partémque eius ponet cum hypocritis, vbi erit fletus & ſtridor dentium.

Quis ſit fidelis verbi diſpenſator. Cap. 4.

IS autem fidelis eſt diſpenſator (atteſtante diuiniſsimo Ioanne) cuius ſcopus vnicus ille Chriſtus eſt, & cuius ſpiritꝰ cõfitetur Chriſtũ in carne veniſſe: id eſt, vt diuus Paulus interpretatur qui docet apparuiſſe gratiã Dei & Saluatoris noſtri omnibꝰ hominibus ad erudiẽdũ nos, vt abnegãtes om- 1. *Ioã.* 4. nẽ impietatẽ & ſecularia deſideria, ſobriè, iuſtè, & piè viuamus in hoc ſeculo, expectãtes beatã ſpẽ, & aduẽtũ glorię magni Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Qui, inquã, docet *Ad Tit.* 2. eũdem Chriſtũ Ieſum dñm noſtrũ hominem factum, vt daret ſemetipſum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorẽ bonorũ operum. Quibꝰ verbis ſanctus Paulus duas in Chriſto naturas, verbi ſcilicet & carnis, indiſſolubili vinculo cohęrẽtes, & vtriuſq; naturę rationẽ cõplectitur. Verbi, quatenus erudit nos, docẽs quę ſit volũtas patris, quã facientibus denũtiat pręmiũ, præuaricantibus verò pœnã æternam. Carnis verò, quatenus datus & immolatus eſt pro nobis in ara crucis. *Ioan.* 1. Agnus immaculatus, & victima tollens peccata mũdi, nobis 1. *Pet.* 2. relinquens exemplum, vt ſequamur veſtigia eius, & eadẽ co- 1. *Pet* 4. gitatione armemur, quia qui paſſus eſt in carne, deſiit à peccatis, vt iam nõ deſideriis hominum, ſed volũtate Dei, quod reliquum eſt in carne temporis viuamus. Omnis autem ſpi- 1. *Ioan.* 4. ritus qui ſoluit Ieſum, ex Deo non eſt, & hic eſt Antichriſtus, de quo audiſtis: quoniam venit, & iam in mundo eſt.

Omnis ſcriptura ad geminam charitatem exigenda. Cap. 5.

IS item fidus eſt miniſter verbi, qui omne in ſcripturã ad Chriſtianã exigit charitatẽ. Charitas enim Chriſtianiſmũ 1. *Tim.* 1. cõſummat, quemadmodum apud diuum Paulũ legimus: Finis præcepti eſt charitas de corde puro, conſcientia bona, & fide nõ ficta. Et eſt potiſsimum illud indicium: quo Chriſtiani

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſtiani eſſe cõprobamur. In hoc (ait Chriſtus) cognoſcent om nes quod diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionẽ habueritis inuicẽ: Vnde beatꝰ Auguſtinus in libris de doctrina Chriſtiana bre uiſsimã methodum ad perueſtigandas, intelligendáſque ſcri pturas commonſtrare volens: Quiſquis (inquit) ſcripturas di uinas vel quamlibet earũ partem intellexiſſe ſibi videtur, ita vt in illo intellectu nõ ædificet geminã charitatẽ Dei & pro ximi, is nondũ intellexit, ꝙ legis ac ſcripturarũ ſumma finis ac plenitudo, ſit dilectio, quæ duobus mãdatis cõprehẽditur: nẽpe, Diliges Dominũ Deũ tuũ ex toto corde tuo, ex tota a- nima tua, ex tota mẽte, ex tota virtute tua, & diliges ꝓximũ tuũ ſicut teipſum. Et quemadmodũ vultis vt faciãt vobis ho mines, ita & vos facite illis. In his duobus mandatis vniuer- ſa lex pẽdet & Prophetę. Quicũq; ergo ad hãc amuſsim do- ctrinã ſuam attemperat, is nũquam poteſt pernicioſè errare.

Ioã. 13. 15. Aug. de doctri. Chriſti. li. 1. c. 36. Roma. 13. Mat. 22. Mat. 7.

Summa Euangelicæ prædicationis. Cap. 6.

EZechiel verò Propheta ſummã ſuæ ꝓdicationis domi- nũ enarrantẽ facit, hiſce penè verbis: Viuo ego, dicit Do minus: Nolo mortẽ peccatoris, ſed vt conuertatur impi us, & viuat. Iuſtitia iuſti nõ liberabit eũ, in quacũque die pec cauerit: & impietas impij nõ nocebit ei, quacũq; die cõuer- ſus fuerit ab impietate ſua. Quare qui egerit pœnitẽtiã à pec cato ſuo, feceritq; iudicium & iuſtitiã, & in mãdatis vitę am bulauerit, nec fecerit quicquã iniuſtum, vita viuet & nõ mo- rietur, quod Chriſtus breuius cõplexus eſt: Pœnitẽtiam (in- quit) agite appropinquabit enim regnum cœlorũ. Sed de his aliàs locupletius. Suffecerit hic vtcunque indicaſſe ſcopum.

Ezec. 18. Math. 3.

Parocho cautißima ſolicitudine in prædicatione verbi vtendum. Cap. 7.

QVo autem ſolicitius parochus prouinciam, cui admotus eſt, gubernare ſatagat, haud exiſtimabit ſe alicui leui muneri, ſed omniũ grauiſsimo ac difficillimo præfectu, tan- tæ nimirũ difficultatis, vt verbi prædicatorem vndequaque abſolutũ, vix vnum è millibus reperias. Nõ idem eſt ouium palatum magna in paſcendis varietas: quod vnam ouiculam nutrit, alterã macerat, aut mactat. Culpauerit aliquis auaros, prodigus hinc argumentum prodigalitatis ſuæ colliget. Cul- pauerit prodigos, auarus inde tenacitatis ſuę excuſationẽ ar- ripiet. Ea eſt hominum malitia, vt nedũ alia, ſed & ſanctiſsi- mum Dei verbum pro ſuis quiſque affectibus ac ad ſua deſi-

A 25
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

*Psal.*140. deria confouẽda potius quàm eradicanda trahat. Videmus, proh dolor, quemadmodum hac tempestate plerique sacras literas in parabolam ac prouerbium vertant, atque ad excusandas excusationes in peccatis summa vi atque impudentia torqueant, adulterantes verbum Dei. Quare parochus cautissima solicitudine agere debet, per gladium Dei secantem à dextris & siniſtris, vt medium iter pateat ad incedendum per viam regiam mandatorum Dei.

Quemadmodum sermo temperandus. Cap. 8.

ATtemperandus sermo quoad eius fieri potest pro audi torũ captu. Alij siquidem acri ingenio ac iudicio sunt, alij hebetes animo ac rudi Minerua præditi, quidã attenti quidã verò desides: hi rectè ac syncerè instituti, illi seducti ac decepti. Discretione ergo maxima op⁹ est. Breuiter nemo erit concionator absolutus, cui præter vitam exemplarem non adsint omnia quę sequuntur: nempe, cognitio scripturarum vtriusque testamenti, ingenium velox, solers atq; versatile, eloquentia vehemẽs, suadibilis & suauis, neque interim minus temperata, quàm copiosa, prudentia rerum ac personarum docendarum, experientia multiplex, immobilis constantia. Denique spiritus, qui si deerit, reliquis donis parum profecerit. Non enim vos estis qui loquimini, sed spi-

*Mat.*10. ritus patris vestri qui loquitur in vobis. Quomodo enim ad æternarum rerum desideria alios accendet, qui ipse totus languet ac friget? nõdum spiritu cõcepto, qui ex Deo est, quem & ipse Deus dat bonum petentibus se. En quàm arduum est concionandi munus. Nec tamen propterea diffidentia (quæ plerunque multos auertit) deserendum. Ad euãgelizandum

1.*Cor.*11. missi sunt parochi. Væ ergo illis, si non euangelizauerint.

*Iacob.*1. Si quis autem eorum sapientia indiget, scrutetur scripturas & postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei.

Quid cauendum inter concionandum. Cap. 9.

Ex epist. Iudæ. CAuebit autem modis omnibus, ne lubricus in docẽdo fit, huc illúcque effluens. Et in primis, ne vento doctrinarum ab ecclesia catholicanõ receptarũ, veluti nubes

2.*Tim.*1. sine aqua circumferatur, sed formam habebit sanorũ verborum ab ecclesiæ (quæ columna veritatis est) instituto nihil

*Ad Ti.*2. discrepantium. Tu (inquit Paulus ad Titum) loquere, quę decent sanam doctrinam, verbum sanum & irreprehensibile

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Nihil aut fabulosum aut suspectum, adferendum. Cap. 10.

INeptas autẽ & aniles fabulas deuitabit, qualia nuper erãt quæ ex nullis ꝓbatis authoribus, sed potiꝰ suspectissimis obscurorũ hominũ cõmentis adferebãtur exempla. Olim verò genealogiæ interminatæ, quòd ad pietatẽ illa nihil fecerint. Exercebit autem seipsum ad pietatem, quòd corporalis exercitatio ad modicum vtilis sit: Pietas autem ad omnia vtilis, promissionem habens vitæ, quæ nunc est & futuræ. 1. *Ti.* 1. 4. 2. *Tim.* 2. *Titum* 3. 1. *Tim.* 4.

Loquacitas vitanda. Cap. 11.

NEque minus euitabit prophana & vaniloquia, hoc est futilem & inanẽ loquacitatem, qua nonnulli ratiocinationibus humanis falsam scientię opinionem sibi venantur. Sic enim suũ cõpellat Timotheũ Paulus: O Timothee, depositum serua, deuitans prophanas vocum nouitates & oppositiones falsi nominis scientiæ, quam quidã promittentes, circa fidem exciderunt. 1. *Tim.* 6.

Quemadmodum parochum aduersus hæreticos pugnare oporteat. Cap. 12.

PAratos nos esse vult Apostolꝰ Petrus ad satisfactionẽ omni poscẽti nos rationẽ de ea quæ in nobis est spe & fide, sed cũ modestia & timore. Neque ergo doceat, neq; intẽdat his parochus, quæ quæstiones magis præstant quàm ędificationem, quæ est ex charitate. 1. Timoth. 1. Et iterũ. 2. Timo. 2. & 3. Paulus ait: Stultas & sine disciplina q̃stiones & pugnas legis respue, sciẽs quia generãt lites. Seruum autem domini nõ oportet litigare. Proindéq; vbi cum hæreticis res est, corripiet quidem eos cum modestia qui resistũt veritati, ne quã do Deus det pœnitentiam ad cognoscẽdam veritatem, & resipiscãt à diaboli laqueis, à quo tenẽtur captiui ad ipsius voluntatem. Quòd si nõ profecerit, hæreticum hominem post vnam & secũdam correptionem deuitet, sciens quia subuersus est qui eiuscemodi est & delinquit, quum sit proprio iudicio condemnatus. Nequaquam autem ad populũ verbis cõtendat ad nihil enim vtile est, nisi ad subuersionem audientiũ, memor apostolici sermonis, quo reiiciuntur omnes, qui scissuram quærunt. Si quis enim vult contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesia Dei. *Ad Ti.* 3. 2. *Tim.* 2. 1. *Cor.* 5.

A scommatis & conuitiis abstinendum. Cap. 13.

INter concionandum ergo à scommatis maledictis, ac cõuitiis omnino abstinendũ est. Prædicetur purè ac syncerè

126
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Dei verbum, iuxta eccleſiaſticam traditionem, & patrum ab eccleſia catholica approbatorũ interpretationem. Quæ verò in contentionem vel diſceptationem reuocari poſſunt, penitus ſileantur, quemadmodum quoque pragmatica Auguſten. ſanctione cautum eſt.

Prag. Auguſtana.

In contentioſis dogmatibus, quomodo docendus populus ſapere. Cap. 14.

IN controuerſis autem & cõtentioſis, obſcuriſque dogmatibus, quæ ſacris voluminibus vel vniuerſali eccleſiæ conſenſu expreſsim deciſa non ſunt, populus priuatim (maximè cũ exomologeſi ſe purgat, modò grauatam cõſciẽtiã in hoc habeat) ita docendus eſt ſapere, atque hac cautione profiteri de his ſe credere, ſicut credit eccleſia. Hoc enim tutius, quàm aſſeuerare, de quo dubites, aut quod non intelligas.

Qualem oporteat eſſe parochum in reprehendendis criminibus. Cap. 15.

ERit quoque parochus in reprehẽdendis criminibus vehemens atque acer. Cõſtitutus eſt enim vt annũciet populo ſcelera eorum, ſic tamẽ, vt in ſuggeſto vitia tantũ reprehendat, nõ perſonas nominatim perſtringat. Argue (inquit Apoſtolus) increpa, obſecra in omni patientia & doctrina. Vbi perſona arguenda, denũciatione euangelica vtendũ. Si peccauerit in te frater tuus (inquit Chriſtus) vade & corripe eum inter te & ipſum ſolũ. Quòd ſi te audierit, lucratus eris fratrem tuũ. Quòd ſi te nõ audierit, adhibe tecũ adhuc vnum aut duos, vt in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum. Quòd ſi eos nõ audierit, dic eccleſiæ, quòd ſi eccleſiam nõ audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Sic Paulus Corinthiũ reſipiſcere nolentẽ excõmunicauit. Et hic iterũ Chriſti doctrina & exẽplum ſequendũ, vt beneuolẽtiæ ſeueritatem vincat, vt paratus ſit parochus dimittere peccẽtũ nõ modo ſepties, ſed & ſeptuagies ſepties. Et cũ Chriſto paratior ſit ad abſoluendum adulterã, ad frugem melioris vitæ reuertentẽ, quàm ad condemnandũ. Quemadmodũ Paulus quoque in gratiam recepit Corinthium illum pœnitentem.

2. Tim. 4.
Matt. 18.
1. Cor. 5.
Mat. 18.
Ioan. 8.
2. Cor. 2.

Manifeſta reprehenſio vtriuſque poteſtatis vitanda. Cap. 16.

VItanda quoq; manifeſta reprehenſio vtriuſque poteſtatis, tã eccleſiaſticæ q̃ ciuilis. Neque inuehendũ in ordinem aliquem aut aliquod ab eccleſia receptũ viuendi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

genus. Omnis enim poteſtas à Deo eſt, & propterea eatenus honoranda, nõ inceſſenda. Sequenda præcurſoris dominici doctrina & exemplũ, qui ne milites quidẽ à ſe repulit, aut vlla contumelia affecit, ſed magis viam rectè viuendi oſtẽdit. Per eiuſcemodi enim incautã reprehenſionem plebs ad ſeditionẽ magis ac rebellionem incitatur. Hanc murmur, odiũ, impatientia, cõtumacia, proteruia, & detractionis libido comitãtur: quin potius docẽdus populus eſt obedire magiſtratibus, parere præpoſitis ſuis, etiam diſcolis, ac interim admonendus eſt, vt ſint magiſtratus interdum vitioſi, id euenire, quod dominus regnare faciat malos & hypocritas propter peccata populi. Omnem animã poteſtatibus ſublimioribus ſubditam eſſe. Quódque omnis poteſtas à Deo ſit: quòd deniq; qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtat, niſi tamẽ poteſtas expreſsim præcipiat, quod eſt contra mandatũ Dei: tum enim oportet plusobedire Deo quàm hominibus.

Rom. 13. *Lucæ* 3. *1. Pet.* 2. *Iob* 14. *Prou.* 28. *Eſaiæ* 3. *Rom.* 13. *Acto.* 5.

Quomodo corripiendi magiſtratus. Cap. 17.

IN corripiendis verò magiſtratibus, correctioni quoque fraternæ locus eſt, quemadmodum Ioannes reprehendit Herodẽ. Sic enim legimus: Dicebat enim Ioannes Herodi, nõ populo: Nõ licet tibi haberevxorem fratris tui. Qua ſi nihil promoueas, poſtulanda & expectãda prouiſio prælatorum ac maiorum magiſtratuum eſt: qui ſi diſsimulẽt etiam conſultum magis, vt vltio remittatur ad Deum, quàm vt tãtum ſcandalum inde deterius ſubſequatur.

Marc. 6.

Admonendus populus, vt oret pro magiſtratibus. Cap. 18.

EST autem populus frequenter in concionibus, poſt conciones vero ſemper diligentiſsimè commonendus, vt Deũ Opt. Max. ꝓ poteſtatibus deprecetur. Volo (inquit gẽtium magiſter Paulus) vt fiant omnium primum obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui in ſublimitate conſtituti ſunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & caſtitate. Hoc enim bonum eſt & acceptũ corã ſaluatore noſtro Deo, qui omnes homines vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.

1. Tim. 2.

Notantur qui ſecus docent. Cap. 19.

SI quis aliter docet, & nõ acquieſcit ſanis ſermonibus dñi noſtri Ieſu Chriſti, & ei quę ſecundũ pietatẽ eſt doctrinæ, ſuperbus eſt, nihil ſciens, ſed languẽs circa quęſtiones & pu-

1. Tim. 6.

434
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gnas verborũ,ex quibus oriũtur inuidiæ,cõtẽtiones,blaſphemię,ſuſpiciones malę,cõflictationes hominũ corruptorũ,& qui à veritate priuati ſunt, exiſtimantiũ quæſtũ eſſe pietatẽ.

Summa doctrinæ Chriſtianæ in Enchiridion contrahenda. Cap. 20.

Ex conci. Aphri. Pragma. Auguſtana.

POrrò cùm ſecundum euangelicam atque apoſtolicã doctrinam (quibus decreta patrum ac Cõciliorum,deniq; pragmatica ſanctio Auguſtana meritò accedũt)in eccleſia Dei ſola canonica ſcriptura ac diuina eloquia ſecundũ eccleſiaſticam interpretationem ſanctorum patrũ ac doctorum,& recitari & prædicari debeat,non abs re videbitur parochis ſummã Bibliorũ pauciſsimis præſcribere, ne alicubi, dum ſcripturæ metas neſciunt,impingant.

Enchiridion quæ docebit. Cap. 21.

ET cùm præcipue ipſis incumbat,vt plebẽ erudiant in præceptis decalogi,articulis fidei, qui ſymbolo apoſtolico recenſentur, ac eccleſiæ ſacramẽtis ſimul cum explicatione orationis dominicæ: (Hic eſt enĩ inchoationis Chriſti ſermo quo iacitur fundamentum,ab operibus mortuis & fidei in Deum)idcircò vt imperitioribus conſulatur, quoddam Enchiridiõ dabimus,in quo breuiſsimè hęc omnia ſecundũ ſanam & eccleſiaſticam doctrinã exponẽtur,ſimul & loci quidam cõmunes ad omnes omnium hominum ætates ac ordines cõmonitorij inſerẽtur. Veneratio quoque ſanctorum ac reliquiarũ. Deniq; quatenus imaginibus ac picturis vtẽdum, docebitur . Nec interim quid ſibi eccleſiaſticæ cæremoniæ præſertim illæ piæ ac antiquiſsimæ velint,& quò conducant in eodem libello declarare omittemus, idq; ſuccinctiſsimé.

Hebr.2.

Ordo concionandi quem ſimpliciores ſequentur. Cap. 22.

Aug.de d ctrina Chriſtia. li.4.c.10.

SImpliciores ac minus eruditi cõcionatores,feſtis quibuſq; diebus concione in nomine ſanctiſsimæ Trinitatis cũ imprecatione gratiæ Dei(nẽpe vt dominus ſuum ſpiritũ verbo addere dignetur)cœpta initio ambas lectiones,q̃ Epiſtola ac Euãgeliũ Miſſæ eius diei appellãtur,ad verbũ denarabũt,Deinde poſt imploratã diuini numinis clementiã,regrediãtur ad vtriuſq; lectionis breuẽ dilucidationẽ,locos aliquot cõmunes ex vtraq; deligẽtes , quibus populus ad vitæ pietatẽ charitatẽq; Dei ac proximi inflãmetur. Denũtiabunt quoque,quid eccleſia Dei eo die potiſsimũ Deũ oret ac precetur,quod in precationibus ſeu collectis,quæ poſt cãticum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Kyrie eleiſon,aut Gloria in excelſis,dicuntur,continetur:ac hortabuntur populum,vt idem pariter interea dũ ſacra agũtur,Deum oret,ſi non verbo tenus,mente tamen.

Sanctorum hiſtoriæ quatenus attingendæ Cap. 23.

SAnctorũ hiſtoriis ne nimis diu immorẽtur: quin potior pars(vti iam diximus)Euangelio detur & Epiſtolæ explicandis. Quòd ſi fabuloſa videbitur hiſtoria, ne attingat quidem:ſi veri ſimilis,leuiter,eaque decerpat quæ imitanda videantur. Miracula quoque ne impudentius iactentur, niſi quæ ſcripturis prodita,aut à nõ leuibus ſcriptoribus ſumma cum hiſtoriæ fide tradita fuerint.

Allegoriæ quomodo explicandæ. Cap. 24.

SI quis allegorias aut ſenſus ſcripturæ reconditiores,ſpiritualia ſpiritualibus cõferentes adferre velint, has ex receptis eccleſię doctoribus,veluti Ambroſio,Hieronymo Auguſtino,Chryſoſtomo,ac ſimilibus comprobatis authoribus deſument.

Quomodo finienda concio. Cap. 25.

VBi ad calcem concionis deuentum erit,breui epilogo, quo argumẽtum ac capita totius cõcionis renarret,vtatur. Id enim ad captum ac fulciendam memoriam auditorum plurimum fecerit.

Quid recitandum finita concione. Cap. 26.

DEbet quoq; finita cõcione,decalogus,ac ſymbolũ fidei & ſuccinctè & exertè recitari. Illa quoq; exomologeſis ac publica peccatorũ cõfeſsio cũ imploratione miſericordię Dei,purè ac diſtinctè ꝓnũtiari,ac moneri popul⁹,vt eiuſdẽ verbis ſacerdotẽ ꝓnuntiãtẽ ſubſequatur:ac deinde recẽſeri cõſolatoria imprecatio remiſsiõis peccatorũ,vt populus deiecto,cõtrito,humiliato aĩo ac toto corde,cũ presbytero accingatur ad myſteriũ redẽptionis ſuæ(ꝙ in altari tractatur)contẽplãdum,fructumq; dominicæ paſsionis,quę in altaris myſterio cõmemoratur,repręſentaturq; ꝑticipãdũ. *Pſal.* 50.

Quomodo finita concione populus excitandus ad orandum pro defunctis. Cap. 27.

CVm multum plerũque temporis, paruo cũ fructu teratur in recẽſendis ſingulatim defunctorum nominibus,vbi viritim pro quolibet exigitur vna oratio dominica,idq; interdũ non citra ſuſpicionẽ vel quæſtus vel ambitionis fiat:nobis potius videbitur,vt populus ad commu-

128
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nem pro defunctis orationem piè ac deuotè dicendam accé datur,& hæ genealogię intermittantur. Super qua re tamen quod ad morem ciuitatis noſtræ Colonien. attinet,& cũ parochis & cum ſenatu latius agere non omittemus.

DE ADMINISTRATIONE Sacramentorum. Cap. 1.

ECcleſiæ catholicæ vſus ſeptem myſteria (quæ ſacramẽta appellãtur) obſeruat, veluti ſeptẽ q̃ dã parata remedia, p̣ q̃ Deo viſum eſt peccatis nr̃is mederi, ac nobis gratię ſuę ſalutaris medicinam (diuerſa tn̄ ratione) ĩfundere: q̃ ſunt, baptiſm⁹, cõfirmatio, euchariſtia, pœnitẽtia, extrema vnctio, ordo, & matrimoniũ. Quæ cur à Chriſto & eccleſia inſtituta ſint, & à veterib⁹ ſacramẽta peculiariter appellata, deĩde quę illorũ ſit, p̣ gratiã Dei efficacia & virtus, nũc nõ eſt dicẽdi locus. Tantum admonebimus in præſentia parochum, quæ illum circa diſpenſationem ſingulorum obſeruare cõueniat.

Inſtruendus populus, quid agatur in cuiuſlibet ſacramenti exhibitione. Cap. 2.

Augu. i. de do. Chriſt.

QVia igitur in ſacramẽtis aliud videtur atq; aliud agitur, inſtruẽdus eſt populus in cuiuſlibet exhibitione quid in eiuſcemodi religioſo arcano, (id enim ſacramentũ ſonat) agatur. Cũ enim in ſacramẽtis iſtis p̣ ſigna quædã ſenſibilia infundatur inſenſibilis gratia, cõgruẽs externis ſignis excitanda eſt fidelium fides & deuotio in Deũ, vt credentes ac diuinum myſterium intelligẽtes, ad Dei ac ſaluatoris noſtri ieſu Chriſti participandam gratiam accedant. Quod fiet cum parochus ſub adminiſtrationem cuiuſlibet ſacramẽti, ſacra cõcione populum breuiter admonuerit, quid in ea re agatur.

Quid agatur in baptiſmo. Cap. 3.

Galat. 5.

ET vt de ſacro baptiſmo exordium capiamus, docendus eſt populus, quòd illic aboleatur vet⁹ homo, remiſſo omni peccato, atq; nouus exoriatur ab omni labe purgatus p̣ fidẽ in Chriſtũ, quòd illic qui baptizatur, lauetur lauacro regenerationis & renouationis Spiritus ſancti in ſanguine Chriſti pro nobis effuſo, quòd illic veterem Adã exuimus ac viciſsim Chriſtum induimus, conſepulti cum illo per baptiſmum in mortem, vt quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriã patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulem⁹

Tit. 3.

Roma. 6.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quemadmodum hæc Enchiridion latius edocebit.

Cuius sint admonendi ſuſceptores infantis. Cap. 4.

SVſceptores infantis(patrini qui dicuntur)merito admonentur,quòd ipſi ſint,qui eccleſiæ nomine,& in eccleſiæ fide Chriſto paruulos offerãt per baptiſmũ, ac ſe propemodũ pro paruulis fideiuſſores conſtituant,nomine paruuli reſpondentes:quam etiam poſtquam adoleuerit ſymbolum ſimul & orationem dominicam edocere,atque vitã Chriſto ac profeſsione in baptiſmo facta dignã perpetuo agere,ſaltem vbi id neceſsitas poſcere videbitur,cohortari non omittẽt:proĩdéque malumus illos deligi prouectæ ætatis, quàm impuberis ne videatur infans infantem offerre, ac ſponſorẽ ſe Deo pro alio conſtituere,qui quod promittit,non intelligat:ideóque minus quod non intelligit,docere queat. *c. vos ante oĩa de cõſe. di. 4.*

Populus docendus quid velint externa ſigna. Cap. 5.

PRęterea docebũt populum ,quid ſit, quòd catechizetur baptizandus,quid reliqua ſolennia ,quæ eccleſia adhiberi voluit,ſignent:videlicet, Cur inſuffletur in faciẽ baptizãdi,cur ſignũ crucis & in pectore & in fronte fiat,cur ſal in os detur, cur aures & nares ſputo attingãtur,liniãturq;, cur inunctio in pectore & ſcapulis fiat,& cur poſt baptiſmi tinctionẽ in vertice.Denique,quid ſignificet amictus albꝰ,quo infans ſub alius baptizatus ſuperinduitur , quæ omnia ſunt myſteriorũ plena,quemadmodum Enchiridion declarabit.

Quomodoaccedendum ad baptiſmum. Cap. 6.

CVm beatiſsimus Apoſtolus in eccleſia omnia honeſte atq; ſecũdũ ordinẽ fieri iubeat,debebit baptiſmus ſũma mentis in Deũ,& in ſacratiſsima quę agũtur myſteria,intẽtione & dari & accipi.Quare quicquid hinc ſuſceptores ſeu alios aſtantes auocat,procul tollendũ eſt.Accedatur itaq; depoſito omni faſtu,humili ſpiritu,ac recta in Deũ fiducia,quẽadmodũ acceſſerũt qui Ieſu paruulos obtulerunt vt manus eis imponeret.Nam hic renunciatur Satanę,omnibus operibus atq; omnibus põpis eius,cõueniatúrq; antè inter patronos de noĩe ĩfantis,vt potius in baptiſmo ipſo cogitetur de lucrãda anima Chriſto,quàm de retinẽdo nomine. *1.Cor.14.* *Mat.19.*

Baptiſmus in facie eccleſiæ peragendus. Cap. 7.

MAgna certe ratione eccleſiaſticis patribus viſum eſt , vt baptiſmus in conſpectu eccleſiæ in loco ſacro recipiatur,niſi tamẽ ĩminẽs neceſsitas fieri aliud ſuaſerit.Quãobrẽ

A 2.9
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

diſplicet nobis quòd quidam faſtuoſi templũ domini deſpiciẽtes, ambiũt magis ſuos infantes in domibus priuatim baptizari. Quod deinceps, niſi neceſsitas idipſum exegerit, & cauſæ cognitio præceſſerit, indulgeri nolumus.

In confirmationis exhibitione quid docendum. Cap. 8.

Act. 8. 19. De conſe. diſt. 5 c nouiſs. Rom. 10.

ITidem dum ſacramentum cõfirmationis cõfertur, docebunt Vicarij noſtri in pontificalibus, quid agatur, nempe q̃ ille ambiatur gratia ſpiritus ſancti, qua confirmatur tyro aduerſus Satanæ tẽtationes, roboraturque, vt quod corde credit ad iuſtitiam, ore quoq; palàm cõfiteatur ad ſalutem. Quamobrẽ eo cõmuniri ſolet ætas tenera, quæ ad nequitiã procliuior eſt quàm ad pietatẽ, vt ea procliuitas minuatur, docilitasque ad pietatẽ augeatur. Omnes fideles (inquit Vrbanus põtifex Romanus) per manus impoſitionẽ epiſcoporum, Spiritum ſanctũ poſt baptiſmũ accipere debent, vt pleni Chriſtiani inueniãtur: quia cũ ſpiritus ſanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam & cõſtantiam roboratur. De Spiritu ſancto accepimus, vt efficiamur ſpirituales, quia animalis homo nõ percipit ea quę ſunt ſpiritus Dei. De ſpiritu ſancto accepimus, vt ſapiamus inter bonũ malũq; diſcernere, iuſta diligere, iniuſta reſpuere, vt malitię ac ſuperbiæ repugnem⁹ vt luxurię & diuerſis illecebris ac fœdis indigniſque cupiditatibus reſiſtamus. De ſpiritu ſancto accepimus, vt amore vitæ & gloriæ ardore ſuccenſi, erigere à terrenis mentẽ ad ſuperna & diuina valeamus. Sed de hoc alibi latius.

Ex con. Vrbani.

1. Cor. 2.

Quomodo ad ſacramẽtũ confirmationis accedendũ ſit. Cap. 9.

Ex conci. Aureli. c. vt ieiu. de conſe. diſt. 5.

AN expediat imitari conſuetudinem, qua obſeruatur, vt nedũ adultis, ſed & infantibus detur cõfirmatio, idq; pranſis, hic non diffinimus: quãquã q̃ Aurelianẽ. Concilio ſancitũ eſt, nobis magis placuerit, videlicet vt ieiuni ad confirmationem veniãt perfectæ ætatis, vt moneantur confeſsionem ſacramentalẽ facere priuſquam acceſſerint, quo mundi, donum ſpiritus ſancti mereãtur accipere. Cum enim hoc ſacramentum non ſit neceſsitatis abſolutæ, cõueniẽtius & vtilius dabitur, ſi addatur admonitiũcula. At antequã infans ſupra ſeptimũ ætatis annum progreſſus fuerit, parũ aut nihil horum quæ agũtur intelliget, ne dicamus, meminerit.

Cuius ſint admonendi ſuſceptores confirmati. Cap. 10.

QVemadmodũ in baptiſmo ſuſceptores ſunt, ita hic qui confirmandũ præſentant ac eorum Epiſcopo ſiſtunt,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

idque nõ admodum diuersa ratione,nisi quòd quidã etiam dicunt,decens esse,vt qui nondum aduersus carnis,mũdi, ac Satanæ tentationes roborati sint,per confirmatos iamdudũ atque exercitatos sensus habentes(quib⁹ fides cõfirmãdi cognita atque explorata sit) Episcopo præsententur. Quãobrẽ quoque admonendi sunt,isti officij sui,curãdumque,vt tanti sacramenti perceptio dignè ac reuerenter peragatur,quemadmodum in primitiua ecclesia obseruatum legimus. *Gerson.*

De moderandis donariis,quæ susceptores infantibus dent. Cap. 11.

QVibusdã in locis,ambitionis magis,quàm pietatis causa dum vtrunque,tam baptismi quàm cõfirmationis sacramentum peragitur,hi qui patrini dicũtur,certãt, vt alter alterum denariorũ pretio(quo suscepti ac præsentati pueri donantur) vincant. Præterea itur statim,maximè post baptismũ,ad comessationes, cũ tũ maximè comessationibus esset abstinẽdũ. Qua de re admonẽdus est populus,vt quæ digna sunt his sacramentis tantũ curent. Cætera aut moderentur, aut penitus tollant. Nam non offenderimus Deum, grauius quàm cum illius sanctissima mysteria indignè tractamus.

Docendus populus de signis externis. Cap. 12.

DOcebit præterea parochus populum, quid signet chrisma,& cur ex oleo oliuę ac balsamo cõficiatur, quemadmodum docebit Enchiridion.

De sacrosancta Eucharistia. Cap. 13.

EVcharistia, vnicum illud piarũ mẽtium solatium ac delicium, hac deploratissima tempestate execrãda insania ac abominabili prophanatione hæreticorum de re tãta quodlibet comminiscentium plerisque quodammodo nauseam vertitur,adeò vt(quod dolentes referimus) multi nunc sint, qui non tantum hunc panem vitæ,qui de cœlo descẽdit, accipere non desiderẽt,sed & auersentur,homines solo nomine Christiani,re ipsa vero Capernaitis ipsis deteriores,etiam quos post acceptam notitiam veritatis, voluntariè in filium Dei peccãtes, ac corpori dominico & sanguini cõtumeliam inferentes,terribilis quædã expectatio iudicij,& ignis ęmulatio(quæ consumptura est aduersarios) manet. *Ioan. 6.* *Heb.10.*

Quid docẽdus populus in huius sacramẽti ministratione. Cap. 14.

DOcendus est itaque populus Christianus certissima fide credere q̃ in hoc sacramento sit verum corpus & verus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſanguis Chriſti Ieſu. Neq; enim veritas mentitur, quæ apud
Mat.26. Matthæum, Marcũ & Lucam hoc ſacramentum inſtituẽs ac
Mar.14. porrigens, ſimpliciſsimè dixit: Accipite & comedite: hoc eſt
Luce 22. corpus meũ, quod pro vobis tradetur. Hic eſt ſanguis meus noui teſtameti, qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſsionem peccatorum. Hoc facite in meã commemoratio
1.Cor.10. nem. Sic docet Paulus Apoſtol⁹: Calix benedictionis cui benedicimus, nónne cõmunicatio ſanguinis Chriſti eſt? Et panis quẽ frangimus, nónne participatio corporis domini eſt? Vnde conſequitur in Euchariſtia totũ eſſe Chriſtum, quanquam ibi ſit ſub ratione cibi & potus. Qui enim tradidit verum corpus & ſanguinem, haud dubiè tradidit viuũ. Quare ſi credimus in ſepulchro diuinam naturam non fuiſſe ſeparatam ab exanimi corpore, quanto magis credemus eam à viuo corpore non eſſe ſeparatam in ſacramento?

Quibus perſuaſum eſt vtranque ſpeciem laicum participare oportere, quomodo docendi. Cap. 15.

VBi ſunt, quib⁹ cõtra eccleſię cõſuetudinem perſuaſum eſt, oportere laicos participare corpus & ſanguinẽ domini ſub vtraque ſpecie, ibi docebit parochus hos, qui grauatã habent conſcientiam, corpus & ſanguinẽ domini in altera tantum ſpecie perfectè conſiſtere, adeò vt laicus, qui ſub ſpecie & panis communicat, non tantum corpus, ſed & ſanguinem domini non minus recipiat, quàm qui capit ſub
Ex cõcil. vtraque ſpecie & panis & vini. Eccleſiam quoque laicis vná
Conſtan. tantum ſpeciem dare, quod pro reuerentia ipſius ſacramenti & ſalute fideliũ eccleſia (cui diſpenſatio ſacramentorũ Dei cõmiſſa eſt) ſic viderit expedire, Nam quum nullatenus ambigendum ſit, ſub ſpecie panis nõ tantũ carnem, nec ſub ſpecie vini ſanguinem tantũ, ſed ſub qualibet ſpecie totũ Chri-
Mat.18. ſtum contineri, cur ſe laicus iudicio eccleſiæ, quam dominus audiri voluit, non ſubmittet? quæ non temerè, ſed multis rationibus permota, decreuit ſalubrius eſſe, vt non tantum populus, ſed & ſacerdotes non ſacrificantes, Chriſtum ſub vna
Ambr. tatum ſpecie, quàm ſub duabus perciperent. Quid enim pa-
de ſacra.c. nis viniq́ue ſpecies aliud ſunt poſt cõſecrationem, quàm ſpe-
reuera de cies ſacramentales & accidentia ſine ſubiecto? vt non habeat
cõſe.diſ.2. laicus, cur quæratur ſibi alteram ſubtrahi ſpeciem, vbi totũ quod ſub vtraq; ſpecie continetur, integrè accipiat. De qua re alibi latius dicetur.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

De veneratione ſacroſanctæ Euchariſtiæ. Cap. 16.

ET quoniã in hoc ſacramento Chriſtus cõtinetur, cohortandus eſt populus, vt ad hæc myſteria contremiſcens, quum in celebratione miſſarũ eleuatur hoſtia ſalutaris ſe reuerenter inclinet, corporéq; humi fuſo, mẽte adoret crucifixũ, facturus idem, quũ presbyter defert ad infirmum Euchariſtiã, quam ob id paratam ſemper habere debet, vt quãdo quis infirmat⁹ fuerit, ſtatim eũ cõmunicet, ne ſine cõmunione decedat. Quod faciens decenti habitu indutus, hãc ſalutarem hoſtiam palàm ac honorificè ante pectus cũ omni reuerentia & timore ferat & referat lumine ſemper præcedente, vt ſigno populus intelligat, illic eum eſſe præſentem, qui eſt candor lucis æternæ. Hæc denique ſacroſancta hoſtia reponatur ſemper in loco ſingulari, mundo & ſignato, honorificéque collocata, deuotè ac fideliter conſeruetur.

Homo. 3. c. ſane. de cele. miſſa. Ex conc. Mogũti. c. presb. de conſ. diſt. 2.

Quomodo tantum miraculum in hoc ſacramento fiat populus docendus. Cap. 17.

DOcẽdus item eſt populus, q̃ tãtum miraculum in hoc ſacramento virtute Chriſti fiat, nõ ex meritò ſacerdotis, quod & in cęteris ſacramẽtis obtinet. Nã intra ſanctã eccleſiam catholicã in myſterio corporis Chriſti, nihil à bono maius, nihil à malo minus, p̃ficitur ſacerdote: quia nõ in merito cõſecrantis, ſed in verbo efficitur creatoris, & in virtute Spirit⁹ ſancti. Si enĩ in merito eſſet ſacerdotis, nequaquã ad Chriſtũ pertineret. Nũc autẽ ſicut ipſe eſt qui baptizat, ita ipſe eſt qui per Spiritum ſanctũ hãc ſuã efficit carnẽ, & tranſit vinum in ſanguinẽ. Sed hoc tantum intereſt, q̃ malus ſacerdos ſibi tantũ nocet, indignè tanta myſteria tractãs. Nam quod ad veritatẽ corporis dominici attinet, ita percipit hic cui dicit Apoſtolus. Qui mãducat indignè, iudicium ſibi manducat, ſicut is, cui dicitur: Qui manducat meam carnẽ, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo.

1. Cor. 11. Ioan. 6.

Quomodo admonenda plebs, ad ſumendam Euchariſtiam accedens. Cap. 18.

PRæterea inſtituenda plebs eſt, quomodo Euchariſtia ſumẽda ſit. Et in primis admonẽda, q̃ graue crimen ſit, ad tãti ſacramẽti participationẽ indignè accedere. Nã Apoſtolus ait: Quicunque manducauerit panem hunc, & biberit calicem domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis. Et iterũ hanc horrendam ſentẽtiam cõgeminans: Qui (inquit)

1. Cor. 11.

131

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mãducat & bibit indignè,iudiciũ ſibi mãducat & bibit,non diiudicans corpus domini. Ideoque(vti ſubiicit)multi inter vos infirmi,& imbecilles ſunt,& dormiunt multi. Quòd ſi noſipſos diiudicaremus,non vtique iudicaremur.

Qui ad hoc ſacramentum participandũ admittẽdi. Cap. 19.

PRoinde nemo admittẽdus eſt,niſi cuius cõſcientia paro cho ſit,aut cui poteſtas ſuper hac re legitimè facta eſt,p exomologeſim explorat,& qui pœnitẽti ac cõtrito cor

1.Cor.11. de corpus domini diiudicans acceſſerit,quod iubet Apoſto-
Ioan.13. lus,quum ait:Probet autem ſemetipſum homo,& ſic de pa ne illo edat & de calice bibat:ne cum Iuda,qui cœnæ domi

Augu.c. nicæ ad iudicium interfuit,locum dyabolo præbeat. Mens
quoti.de ergo ab omni affectu peccãdi longè abſit.Nam ſi adhuc ha-
cõſe.diſ.2. bet voluntatem peccandi, grauatur magis Euchariſtiæ perceptione,quàm purificatur.At contrà,quanuis quis peccato mordeatur,ſi tamen pœniteat,& de cætero peccandi voluntatem nullam habeat,confidens de domini miſeratione,accedat ad Euchariſtiam intrepidus & ſecurus.

Quatenus alteri quàm ſuo parocho confeſſus,ad Euchariſtiam admittendus. Cap. 20.

QVi alteri q̃ ſuo parocho confeſſus eſt, is ſi nõ factæ confeſsionis ſuſpect⁹ habeatur, teſtimoniũ adferet ſe cõfeſſum eſſe,cuius etiam conſciẽtiam verus ipſe parochus in principalibus Chriſtianiſmi articulis excutere non omittet. Ac generatim ſinguli parochiani rudiores , anno ſaltem ſemel quum adibunt menſam dominicam,examinandi prius in præceptis domini,articulis fidei,oratione dominica,ac ecclefiæ ſacramentis, maximè baptiſmi & Euchariſtiæ.

Intra annum ſaltem ſemel communicandum. Cap. 21.

Ex cõci. general. e.omnes. de pœni. & remiſ.

ET vt cohortandus eſt populus,quo ſępenumero cõmunicet,quemadmodum olim ſingulis diebus dominicis fieri cõſueuit(quod quidẽ nũc quo minus fiat per laicos ſtat, quibus non debet cœleſtis ille cibus inuitis aut nauſeantibus obtrudi)ita ad minimũ populus ipſe in diſciplina eccleſiaſtica retinẽdus eſt,vt ſaltẽ toto anno ſemel ab omnibus qui ad diſcretionis annos peruenisſent,cõfeſsis & contritis, Euchariſtia ſumma cum reuerentia ſuſcipiatur.Olim qui nõ communicaſſent in anno ſaltẽ ter,in Paſchali,videlicet Pẽthecoſte,& natali Domini,inter fideles catholicos non connumerabãtur:ſed quum ſenſim omnis penè refrixerit charitas,in

Ex conc. Tolet. Et liber. de conſ.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

hoc quoque ecclesiastica disciplina cœpit esse remissior. *dist. 2. omnis homo.*

Quorum admoneri populus hoc sacramentum participaturus maximè debeat. Cap. 22.

OMnium autẽ maximè instruẽdus est populus, vt recta fide accedat, sermoni domini firmiter credẽs, quo nos edocet Christus dicens: Hoc est corpus meũ quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Quibus verbis & veritatẽ sui corporis astruit, & credẽtibus, dignéq; susci pientibus remissionẽ peccatorũ promittit, iubẽs vt hoc faciamus in suã commemorationẽ. Porrò anima quę fidem habet, & eiusmodi Christi verbis credit in memoriam Christi sacramentum edit, quum secum recogitat, quemadmodũ vnigenitus filius Dei, ob perditum hominẽ Deo patri recõciliandum, & delendũ quod contra nos scriptum erat, chirographũ, de cœlo descẽderit, semetipsum exinaniuerit ac humiliauerit, factus obediens patri vsque ad mortem, mortem autem crucis. In quo maxima erga nos Dei charitas commẽdatur, qui vnico filio suo nõ pepercit, sed pro omnib⁹ nobis à peccati & satanæ vinculis redimendis tradidit illum. Talẽ ergo fidem & affectum Deo suggerente præparare debet in animo suo is, qui Eucharistiam percipit.

Aug. c. timorem. de conse. distin. 2.

Mat. 26.

Coloss. 2.

Philip. 2.

Ephe. 2.

Ioan. 3.

Docendus quoque, cur hoc sacramentum sub specie panis & vini institutum sit. Cap. 23.

NEque interim negligendum, sed perpetuo inculcandũ erit, hoc sacramẽtum corporis & sanguinis dominici, sub specie panis & vini institutũ esse, vt p̃ter veritatẽ corporis & sanguinis (q̃ in eo cõtinetur & recipitur) quoddã etiã eximiũ signũ mutuæ dilectionis & charitatis excitãdæ in nobis foret, quẽadmodũ diuus Paulus inquit: Quoniã vnus panis & vnũ corp⁹ multi sum⁹, q̃ de vno pane & de vno calice participam⁹. Quãobrẽ ab huius cõuiuij spirituali participatione lõge absunt, qui inuidię vel odij veneno infecti, aut iracũdiæ furore repleti fuerint. Monendi itaque sunt qui cõmunicare desiderant, vt deposita omni simultate, diligant alterutrũ, vti vnius corporis mẽbra, vt nõ sit schisma in corpore, sed in idipsum pro inuicem solicita sint membra.

Aug. in serm. de dedicatione ecclę.

1. Cor. 10.

Quomodo singulis dominicis diebus plebs ad audiendã Missam se præparabit. Cap. 24.

DOcendus quoque popul⁹, vt qui iuxta antiquum ecclesiæ ritum singulis dominicis diebus ad cõmunicandũ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

corpori & ſanguini dominico non ſe pręparat, Miſſę ſaltem parochiali hiſce, aliiſq; feſtis diebus interſit, vt tametſi inter ſacrificantē & aſsiſtentes non ſit (more illo antiquo) tā frequens ſacramentalis cōmunio: ſit ſaltem ſacræ doctrinę, pię exhortationis, precationis, laudis, & gratiarum actionis communio, vt ſic quodāmodo omnes ſpiritualiter cōmunicent, cum deſiderio etiam ſacramentaliter communicādi. Ne verò popul⁹ ab hac Miſſa parochiali, & ab auditione verbi Dei diſtrahatur, placuerit nobis, vt ſi quæ ſint aliæ Miſſæ legēdæ die dominico, hæ inchoentur primum poſt verbi prędicationem finitam, quemadmodum latius in viſitatione ſecūdum diuerſorum locorum mores ordinare ſtudebimus.

c. &. hoc attendendū de conſe. diſt. 5. Ex cōci. Cartha. c. ſacer. de conſ. diſt. 1.

Docendus populus generatim, quid agatur in Miſſa. Cap. 25.

DOcēdus popul⁹ generatī, quid agatur in Miſſa, & quibus partibus conſtet. Cōſtat ſiquidem pſalmodia, quę vocamus introitū, inuocatione & glorioſa celebratione ſanctiſsimę Trinitatis, q̄ in canticis kyrie eleyſon, & Gloria in excelſis Deo, peragūtur, precatione ſeu collecta, recitatione verborū propheticorū aut apoſtolicorum, quam vocamus Epiſtolā: ſacris Canticis, quę vocamus Gradualia & Alleluya & quæ ſequūtur: lectione Euāgelica, ſymboli recitatione, ſeu ꝓfeſsione fidei catholicæ, cātico quod nō ſine myſterio Offertorium appellatum eſt: Gratiarū actione, quę dicta eſt Præfatio, religioſa commemoratione mortis, cōſecrationéque corporis & ſanguinis dominici, quę fit in Canone. Rurſus, precationibus, inter quas eſt precatio dominica: ſequitur oſculum pacis ſymbolum Chriſtianæ charitatis, mox Communio. Rurſus ſacrū canticū, quod cōmune appellatur, & precatio. Poſtremo loco ſacerdos totum populū velut in ſuam tutellam receptum: Deo benedictione tradit, atque cō mēdat, vt perſeueret in affectu pietatis, mutuáque charitate: quorū quum admonetur populus, incipiet nedū credere, ſed & ſentire, quòd in Miſſa nihil non ſit pium ac venerandum.

Corripiendus abuſus eorum, qui ante finitam Miſſam irreuerenter diſcedunt. Cap. 26.

Ex cōci. Agath. c. Miſſa. de conſe. diſt. 5. & c. ſequen.

COrripiēdus verò abuſus eſt, quòd quidā poſt aſperſam aquam, & ante Miſſæ introitum exitum faciūt: quidā poſt auditū & non intellectū Euangeliū abeunt aliiſq; poſteaquam ſacerdos dixit, Surſum corda, & Gratias agam⁹. Atqui tum præcipuè populi partes erant, quādo ſubmiſsius

legente

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

legente tacente ſacerdote,quiſque cum Deo loquitur.Denique alij ſtatim poſt eleuationẽ corporis & ſanguinis dominici non expectantes præcipuam Miſſæ partem, quæ eſt cõmunio.Antiquiſsimus ergo Canon populo rememorandus eſt,qui ſic habet:Omnes fideles qui in ſolẽnitatib⁹ ſacris ad eccleſiam conueniunt,& ſcripturas Apoſtolorum & Euangelium audiant. Qui autem nõ perſeuerant in oratione vſque dum Miſſa peragatur, nec ſanctam cõmunionem percipiũt (quam nos,vt non exigimus quotidie ſacramentalem, ſaltẽ ſpiritualem à populo requirimus)velut inquietudines eccleſiæ commouentes conueuit communione priuari.

Cyprian. c.quando autem de conſec. diſtinct.1. Cap omnes fideles de conſe. diſtinct.1.

Auguſt. de trin. & in pſal.20 c.ſemel. de conſec. diſt.2. & duobus ſequen. 1.Pet.3. Roma. 6.

Docendus populus quale ſit Miſſæ ſacrificium. Cap. 27.

DOcendus item eſt populus,quale ſit miſſæ ſacrificium nempe repræſentatiuum.Semel quidẽ Chriſtus mortuus eſt,iuſtus pro iniuſtis:ſemel in manifeſtatione ſui corporis in diſtinctione ſuorũ mẽbrorũ omniũ.Verus Deus & verus homo ſemel tantum in cruce pepẽdit,offerẽs patri ſeipſum hoſtiam viuam,& paſsibilem,immortalem,viuorũ & mortuorũ redẽptionis efficacem.Et ſcimusquia Chriſtus reſurgens à mortuis,iam nõ moritur:mors illi vltra nõ dominabitur.Et tamen quotidie immolatur in ſacramento,nõ quòd toties Chriſtus occidatur, ſed quòd illud vnicũ ſacrificium myſticis ritibus quotidie renouetur,quotidianáque recordatione mortis domini(qua liberati ſumus)in edendo& potãdo carnem & ſanguinẽ,quæ pro nobis oblata ſunt, hoc ipſum repręſentetur,quod olim factum eſt,facitque oblatio iſta ſacramentalis moneri nos,tanquam videamus præſentẽ Dominũ in cruce:Eliciẽtes ſubinde nobis ex illo fonte inexhauſto gratiam ſalutarẽ,immolamúſque hoſtiã pro viuis & defunctis,dum pro illis patrem per filij mortẽ deprecamur.

Exequiæ ac Miſſæ pro defunctis, quando & cum qua admonitione celebrandæ. Cap. 28.

EXequias ac Miſſas quæ pro defunctis peculiariter dicũtur,malumus in aliũ diem transferri,quàm die domini co celebrari,niſi tamen plebs diei tranſlatione grauaretur.In quibus etiã ad populũ fiat admonitio, declaretúrque quibus potiſsimũ modis Dei miſericordia ꝑ animabus ambiẽda ſit:ſic vt interim admoneantur hi,qui funebres põpas ac Miſſas gloriæ tãtũ aucupãdæ cauſa inſtituũt,perdere mercedẽ ſuã.Debet quoq; plebs doceri, pium eſſe,quẽadmodũ

Capi. nos

133

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

æstima.c. tẽpus. 23. quæst.1. Ex prag. August. 1.Tim.3.

ab Apoſtolorum tẽporibus,eccleſia(quæ columna & firmamentum veritatis eſt) & docuit & obſeruauit,pro defunctis Dominum exorare,& eleemoſynas in ſinus pauperum elargiri,atque hæc eis prodeſſe, qui in communione eccleſiæ & ſigno pacis deceſſerũt,& qui cum viuerẽt,hæc ſibi vt poſtea poſſent prodeſſe,cooperando meruerunt.

Qui ad Exequias euocandi. Cap. 29.

AD Exequias,quæ extra ciuitatem noſtram Coloniã celebrãtur,non euocãdi monachi nec iſta cohors leuium ac indignorũ ſacerdotũ.Aut ſi euocẽtur,videndũ ipſis ne laſciuiant.Quanquam nobis magis probetur,vt quivolet pietate ductus, multiplicari pro defuncto preces , is monachos in ſuis monaſteriis, ac clericos ſingulos in ſuis templis permanere ſinat,ibidémque preces ac Miſſas peragere.Quo nam enim ſpectat cõcurſus iſte,interdum quàm pars eſt immodeſtior,quàm ad captandam auram popularem?Cauẽda verò ſummopere poſt exequias delicata conuiuia,crapulę ac comeſſationes,ne Deus placandus,magis irritetur.

De pœnitentiæ partibus. Cap. 30.

IN ſacramento pœnitentiæ explicando ac rectè miniſtrando,maturitate multa ac diligentia opus eſt.Veteres orthodoxi pœnitẽtię partes tres nobis tradiderũt, cõtritionem, confeſsionem ac ſatisfactionem,ſeu fructum pœnitentia dignum.Quanquam pœnitentia quatenusſacramentum dicitur,potiſsimũ in abſolutione presbyteri cõſiſtat, qua ille ex virtute verbi & clauiũ ſibi à Chriſto traditarũ, peccatorem pœnitentem,& in miſericordia Dei ſperãtem,à peccatis ſuis abſoluit,de quibus paulo latius in Enchiridio dicemus.

Ioan. 20.

Prima pœnitentiæ pars,contritio, in ſuggeſto ſemper pertractanda. Cap. 31.

PRima pœnitentiæ pars,quũ omnis Euangelicæ prędicationis exordium ſit,nunquã non eſt in ſuggeſto pertractanda.Hac enim cõfugitur ab ira Dei ad miſericordiã, hac cõuertimur ab operib⁹ mortuis ad Deũ viuẽtẽ,hac ſubducimur à peccati ac diaboli laqueis,ac cõcorporamur Chriſto.Vnde à pœnitentia præcurſor Ioannes , deinde Chriſtus ipſe,ac princeps Apoſtolorum Petrus prædicationis Euãgelicæ doctrinam ſunt exorſi.Pœnitẽtia autem tum rectè prędicatur,quum arguuntur ſcelera ac flagitia per verbum Dei & incutitur populo timor iræ, indignationiſq; ac iuſti iudi-

Hebr.6. Matt.3. Acto.2. Roma.2.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cij Dei,certo certius manentis eos, qui malè agunt ac malè agendo perſeuerant.Subinde verò vino oleum miſcendum eſt,vt ex animo veréque territis ac cõuerſis promittatur gratia ac miſericordia.Ad eum modum Paulus ad Epheſios ſcribens:Hoc(inquit)ſcitote,quòd omnis fornicator aut immũdus,aut auarus(quod eſt idolorum ſeruitus)non habet hęreditatem in regno Chriſti & Dei.Nemo vos ſeducat inanibus verbis:propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidẽtiæ.Nolite ergo effici participes eorum. Et iterum ad Galatas:Manifeſta autem ſunt opera carnis,quæ ſunt,fornicatio, immunditia,impudicitia,luxuria,idolorum ſeruitus,veneficia,inimicitiæ,contentiones,æmulationes, rixæ,iræ, diſſentiones,ſectæ,inuidię,homicidia,ebrietates,comeſſationes,& his ſimilia quæ prędico vobis,ſicut prædixi,quoniam qui talia agunt,regnum Dei non conſequentur. *Epheſ.5.* *Galat.5.*

Neminem non ad pœnitentiam inuitari. Cap. 32.

IAm,quanquam nemo cõuertatur ad dominum, niſi tract⁹ per patrem,attamen nemo hic excuſationẽ prætexat,quòd nõ trahatur,quòd ille ſemper ſtet ante oſtium pulſans,nimirum per internũ &externum verbũ,cõmonens vt conuertamur à via noſtra peſsima,& inclamãs quoniam ira,indignatio,tribulatio & anguſtia in omnem animã hominis operãtis malũ. Gloria autẽ & honor & pax omni operanti bonũ. Hic concuſsis conſcientiis commonſtrandus eſt Samaritanus ille,qui infundit vinum & oleum,qui ſanat omnes cõtritos,& alligat omnes contritiones eorum.Filioli mei(inquit diuiniſsimus Ioãnes) hęc ſcribo vobis,vt non peccetis. Sed & ſi quis peccauerit, aduocatũ habem⁹ apud patrem,Ieſum Chriſtum iuſtum,& ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: non pro noſtris autem tantum,ſed & pro totius mundi. Hęc eſt doctrina,quæ docet mori mundo,& viuere Chriſto. *Ioan. 6.* *Roma. 2.* *Lucæ 10.* *Pſal.146* *1.Ioan. 2.*

Presbyter quia confeßionibus eſt,qualis eſſe debeàt. Cap. 33.

DE confeſsione, & quotuplex ſit alibi dicemus. Tantum quod ad eam quæ ſacerdoti priuatim fit,attinet,de paucis admonebimus. Primũ magnopere neceſſariũ iudicam⁹, vt ſacerdos,qui à confeſsionibus eſt,ſit integer,eruditus, ac ſilentij tenax:alioqui ſi ad quęſtum intentus ſit,ſi ad malum ſolicitet,ſi curioſior explorator ſit,ſi pertinacibus blãdiatur, ſi intricatã conſcientiam extricare neſciat, ſi denique vel ebrioſus,vel iracũdus,vel leuis,vel ſecreti minimè tenax,diſsi

134

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pandis magis quàm pascendis ouibus videbitur idoneus.

Quid confitentem docebit presbyter confessarius. Cap. 34.

IN primis autem qui huic muneri intentus est, docebit cõfitentem, ne ambiguis ac perplexis sermonibus se remoretur, & ꝓcõtando cogatur velut expiscari crimina (quod sæpenumero periculosum est) sed simpliciter, tanquã coram Deo aperiat lethalia crimina, & quæ cõscientiam onerãt ac lædunt, quòd ea quæ contra cõscientiam aguntur, ædificent ad gehennam. Atque ibi maximè opus est sacerdote iudice, discernente inter lepram & non lepram.

Rom. 14.

Remedium pro ratione morbi adhibendum. Cap. 35.

1. Thess. 5.

QVod omnibus Christianis præcepit Paulus, dicẽs: Rogamus autem vos fratres, corripite inquietos, cõsolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patiẽtes estote ad omnes. Hoc eum qui à confessionibus est, maximè cõuenit obseruare, nimirũ vt consolando erigat pusillanimes per immensam Dei misericordiam: præfractos autem obiurget tremendúmque Dei iudiciũ ante oculos ponat. Denique vti prudentissimus medicus, pro morbi qualitate tẽperabit medicinã, obfuturus magis quàm profuturus, si putauerit vno collyrio omnium mederi morbis. Monendi ergo qui confitentur, singuli secundum ordinem, statum ac ætatem, atque id per locos quosdam communes ex scriptura depromptos, quos in numerato habere debet parochus.

Nimis anxij, quomodo tranquillandi. Cap. 36.

VIx nimis anxij sunt in repetenda confessione vel iterãda apud alium sacerdotẽ, vel etiã in enumerandis circunstantiis, quales sunt quidã, qui quantũuis confitẽdo conscientiam tamen vix tranquillare possunt, docẽdi erunt, Deum (cui omnia patent) synceritatem tantùm cordis à nobis requirere, nec tam seuerum esse exactorem, qui conscientiam ob vnam, vel ob aliam delicti circunstantiam, inter cõfitendum nõ dedita opera neglectam, perpetuò turbatã esse velit. Nam quis omnes erratus suos enumerauerit? quemadmodum Dauid ait: Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me domine.

Psal. 18.

Moderatio in casibus reseruatis. Cap. 37.

IN occultis delictis ex reseruatione casuum compertũ habemus, nonnihil mali interdũ accidere: vel quòd peccator nõ habẽs in prõptu sacerdotem qui illum absoluat, con-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fiteri vel differt vel contemnit,vel quòd qui minores ætate sunt vel mulieris, difficille adducãtur,vt ex suis parochis nõ sine leui suspicione ad nos seu commissarios nostros proficiscantur. Quare vt cõsulamus & verecũdiæ & famę, visum nobis est,hanc potestatem nostram absoluendi à peccatis & casibus nostræ absolutionis reseruatis(occultis tamẽ)omnibus parochis per diœcesim nostram constitutis,ritè vocatis, delegare,modò tamen Vicariorum nostrorum in pontificalibus consilium requirant ac adhibeant, nostris tamen Suffraganeis potestatem facientes,realiter in diœcesibus suis,vt consultius videbitur,super hac re ordinandi.

Publicæ pœnitentiæ vsus in ecclesiam reuocandus.

Cap. 38.

IN publicis verò criminibus,quemadmodum necesse est, ita iubemus ad canones antiquos publicæ pœnitentię regredi atque adeò ad Christi & sui discipuli Pauli institutũ reuerti,qui ad Corinthios exemplo ostẽdit quomodo oporteat ecclesiam in publicè peccantem animaduertere, donec ipsi publicè peracta pœnitentia satisfecerit. De quo fusius dicemus sub titulo de iurisdictione ecclesiastica contentiosa. *1.Cor. 5.*

Recitata confessione, quid agendum per parochum.

Cap. 39.

PEracta cõfessione, sub absolutionem sacerdos monebit confitẽtem,vt quod admissum est,detestetur,vt sic deinceps vitã instituat, ne in vnũ lethale crimen posthac incidat,quemadmodũ Christus ad mulierem dixit: Vade,&noli amplius peccare. Vtque eum affectũ habẽs,credat per Dei misericordiam in virtute sanguinis Christi per absolutionẽ impartiendam in verbo eius sibi remissum iri peccata. Iniungat etiam illi fructum dignum pœnitentiæ facere,ac tũ denique imponat manum, ac absoluat confitentem. *Ioan. 8.*

In matrimonij sacramento quid agatur. *Cap.* 40.

DVm matrimonio iungunt parochi virum ac mulierẽ, docebunt matrimonium institutum esse à Deo,cõfirmatum per Christũ,vt Geneseos 2.& Matthæi 19.legimus. Quod sacramẽtũ si quis,sicut decet,acceperit,accedẽte sacerdotali precatione,confertur donum spiritus, quo vir diligat vxorem amore casto, sicut Christus dilexit ecclesiam. Mulier vicissim ꝓpter Christum amet,reuereatúrq; virum suum vti dominũ. Vterque liberos(si dẽtur)summa cura in *Gene. 2. Mat. 17. Ephes. 5.*

A35
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſtituant ad Chriſtianam pietatem. Copioſam monendi materiam Paulus ad Ephe. 5. ſubminiſtrat. *Epheſ. 5.*

Quemadmodum monendi ſunt, qui matrimonium contrahere affectant. Cap. 41.

QVum matrimonium ante lapſum Adæ, propter procreandos liberos inſtitutum, ac benedictione Dei firmatũ ſit, qua dixit ille: Creſcite & multiplicamini, & replete terrã. Peculiariter autem homini. Erunt duo in carne vna. Propterea relinquet homo patrẽ & matrẽ ſuã, & adhærebit vxori ſuæ. Nec ratio cõiunctionis, ſeu benedictio poſt lapſum defecit, ſed tantũ ꝙ ſanis potuit eſſe officiũ, id ægrotis factũ etiã ſit remediũ: dũ vtriuſque ſexus infirmitas propendens in ruinã turpitudinis, rectè excipitur honeſtate nuptiarũ, quemadmodũ diuus Paulus ait: Vnuſquiſq; vxorem ſuam habeat propter fornicationẽ nimirum vitandã. Monẽdi ſunt qui matrimoniũ cõtrahere affectãt, ne alius affectus ipſos huc rapiat, vt ſit honorabile coniugiũ ac cubile impollutũ. Nã ſi neque ob prolem ſuſcitandã, neque ob fornicationẽ vitandã, ſed potius diuitiarũ aut opum nanciſcendarũ, aut alterius rei gratia matrimoniũ cõtrahatur, perperam agitur ac grauiter in ſacramẽtũ peccatur. Hic, quę Tobię. 6. 7. & 8. ſcribuntur, enarrari, proponi, ac doceri conueniet. Vbi locus pulcherrimus eſt, exemplo cõmonſtrãs, quemadmodũ bona vxor donũ Dei ſit, debitum timenti dominum, quomodo in timore Dei apparentibus, non luxurię cauſa, ſed ſola poſteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen Dei in ſecula pe tẽda. Quo pacto coniugij conſcriptione facta, tradenda, quẽ admodũ etiam cõuiuium nuptiale cum laude & benedictione Dei agendum. Denique quomodo precãdus ſit Deus per coniuges, vt benedictionem ſuã in ipſos, quos coniunxit, impleat. Hęc enim decent ſanctorum filios, qui non debent ita coniungi ſicut gentes quę ignorant Deum. Erítque horrendum illud exemplum de ſeptem Saræ viris à dæmonio occiſis replicandum. His nanque (vt Raphaël angelus apud Tobiam ait) qui coniugium ita ſuſcipiunt, vt Deum à ſe & ſua mente excludant, & ſuæ libidini ita vacẽt, ſicut equus & mulus, in quibus non eſt intellectus, dæmonium malum dominatur. Quamobrem vehemẽter comprobamus illum morẽ quo matrimonio iungendi, ante eccleſiaſticam coniunctionem ieiunio ſe præparant, & ſacram Euchariſtiam ſumunt. *Gen. 2.* *1. Cor. 7.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Matrimonium tria complecti. Cap. 42.

Aug. de Geneſi ad literam lib. 9. c. 7. num. 3.

DOcẽdi itaque breuiter, matrimoniũ tria cõplecti, fidẽ, prolẽ, & ſacramentũ. In fide attẽditur, ne præter vinculum coniugale, cum altera vel altero concumbatur. In prole, vt amãter ſuſcipiatur, benignè nutriatur, religioſè educetur. In ſacramento autem, ne cõiugium ſeparetur, néve dimiſſus aut dimiſſa etiam prolis cauſa, alteri coniungatur.

Pium votum & in clandeſtinè contrahentes cenſura. Cap. 43.

Ex canõ. Euariſti.

OPtandum, vt Canon Euariſti pontificis Concilio generali renouetur, tollanturq; illa clãdeſtina matrimonia, quæ inuitis parentibus ac propinquis, Veneris potius quàm Dei cauſa cõtrahuntur. Nã quanta ex his clandeſtinis matrimoniis mala ſuboriãtur, in aperto eſt. Interea vero donec eccleſia de hoc proſpiciat, ſi nõ irrita, prohibita ſaltẽ ſint, & pœnæ canonicæ, hoc eſt excommunicationi, cõtrahentes, & qui his ope aut conſilio adfuerint, ſubiaceãt, quã nec tã facile niſi eccleſiæ ſatisfiat, tolli admodũ expedire nobis videtur. Quantũ fieri poteſt, cauebit paroch⁹, ne liberos citra parentũ authoritatẽ coniũgat. Quod ſi parẽtes negligẽtes fuerint, aut in admittẽdo matrimonio iã cõtracto, rigidiores negatores admonebit eos, vt liberos maturæ ętatis elocẽt, néve vinculo iã p eccleſiã indiſſolubili pertinacius obluctetur.

Coniunctio coniugum in facie eccleſiæ peragenda. Cap. 44.

1. Cor. 13.

COniũctionem per ſacerdotem cũ benedictione ſacerdotali ac precibus inter miſſarum ſolẽnia in tẽplo ſecundũ antiquos canones & eccleſiaſticum ritum fieri decernimus. Superbia ac faſtu tumidis (qui in priuatis domiciliis malunt quàm in tẽplo, vbi eccleſia conuenit, ac cõiũgẽ dis bene precatur) copulari, quis nõ inepte oppoſuerit illud Paulinum: Num eccleſiam Dei cõtemnitis? Nec ſacerdos antè quoſlibet cõiugio iungat, niſi edictis, aut proclamationibus tribus publicè è ſuggeſto ad populum factis præcedẽtibus, ob multas ac varias fraudes euitandas. Contra hęc haud facile, ſed tantum vbi ratio admodum neceſſaria, hoc ipſum fieri poſtulauerit, idq; non, niſi cauſa cognita, diſpenſabitur.

Peregrinos & ignotos ſine legitimo teſtimonio non coniungendos. Cap. 45.

PEregrini & ignoti non coniungantur, niſi legitimis teſtimoniis doceant ſe vbi antè verſati fuerint, nullis matri-

136
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

monij vinculis aſtringi, ipſiſque per ſuum parochum licere per alium parochum copulari.

In gradibus conſanguinitatis ac affinitatis, Concilium generale obſeruandum. Cap. 46.

Ex conci. genera. c. non debet de conſan. & affi.

QVod ad gradus cõſanguinitatis ac affinitatis attinet, qui matrimonium cõtrahendum, ac contractũ dirimũt, decretum Concilij generalis obſeruabitur. Hic ſi parochi in dinumeratione graduum, addubitauerint, peritiores conſulent. Vbi Romanus pontifex diſpẽſatorio diplomate matrimoniũ ſecus contractum, approbandũ iuſſerit, examinentur cauſæ diligentius, quæ diſpenſationẽ extorſerunt. Quæ ſi cõperiantur aliter, quàm narratum eſt, ſe habere, non dubium eſt diſpenſationem nullius roboris eſſe.

Ludicra tollenda. Cap. 47.

LVdicra illa, quæ in tẽplis poſt coniunctionem ſacerdotalẽ fieri cõſueuerunt, veluti in pulſando ſponſo, atque alia eiuſdem generis, penitus tollãtur. Nam res ſeria, quam Deꝰ ipſe inſtituit, benedixit, inuiolabilemque decreuit, agitur.

De ſacro ordine dictum eſſe prius. Cap. 48.

DE ſacro ordine, & quæ ſalutaris gratia hoc ſacramento conferatur: quę denique in eodem ſacramento conferẽdo obſeruari oporteat, titulo primo, qui de munere epiſcopali eſt, abundè diximus.

Cur adhibeatur extrema vnctio. Cap. 49.

REſtat extrema vnctio, quę (quoniã ĩ morte extrema iucta eſt) adhibetur, vt vel cõualeſcat ægrotꝰ, ſi deo ita viſum, vel cum fide bonaque ſpe obdormiat in domino.

Quomodo impendenda vnctio extrema. Cap. 50.

Iaco. vlt.

ESt autem vnctio impendẽda cum expoſitione vnctionis, & mãdati apoſtolici, quod ſic habet. Infirmatur aliquis in vobis, inducat presbyteros eccleſiæ, vt orent ſuper eum, vngẽtes eũ oleo in nomine domini, & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuabit eũ dominus: & ſi in peccatis ſit, remittẽtur ei. Poſtremo loco adhibebit parochus admonitionem præparationis ad mortẽ, quemadmodũ Enchiridon docebit.

A ſepultura nemo in communione diſcedens repellendus. Cap. 51.

Gene. 23. 25.

QVod ad ſepulturam attinet, quis poterit negare rem longe piiſsimam eſſe, & in veteri & in noua lege accurate obſeruatam, vt Chriſtianorũ (qui ſpem reſurrectionis ha-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bent)corpora,nõ pecudum more diſiiciantur,ſed in cœmeterij ſinum recondantur,quod etiã alto myſterio non caret. Ab hac ergo ſepultura,nemo Chriſtianus,qui in communione deceſsit eccleſię,arceatur,etſi caſu mortuus fuerit. Quum enim communicabatur viuenti,& mortuo communicandũ eſt.Soli vero hæretici, excõmunicati , publici latrones,& hi qui ſibi mortem criminis conſcientia adacti,conſciuerũt,& quos in peccato lethali: nullis pœnitentiæ ſignis præcedentibus,deceſsiſſe conſtiterit,prohibeantur. *c.ex parte de ſepult.*

Quam admonitionem in ſepulturis & exequiis fieri oporteat. Cap. 52.

IN ſepulturis autem & exequiis mortalitatis atque huius calamitoſæ vitæ admonitio diligens fiat, atque excitandi inter alia præſentes,vt recogitẽt ſibi eodẽ modo hinc excedẽdum eſſe,ſeſe in hac terra peregrinos agere,aliã autẽ inquirere ad quam ſemper oporteat ſuſpirare.Nam quo pacto ad exorandam pro defunctis Dei miſericordiã commonendi ſint,ſuprà diximus. *Heb.11.*

DE VICTV PAROCHORVM.

CAP. I.

SVpereſt vt de victu parochorũ diſpiciamus. Hic in primis,quod Chriſtus docuit,& ſacri canones maximo ſerio pręceperũt,præmittendum duximus:nempe vt ſacramenta eccleſiaſtica gratis miniſtrentur,dicẽte domino:Gratis accepiſtis,gratis date. Quamobrem neque pro baptizandis,conſignandisque fidelibus,neq; pro collatione chriſmatis,vel pro motionibus graduũ, neq; aliis ſacramẽtis diſtribuendis pretia quælibet vel pręmia,niſi quid volũtariè offeratur,recipienda ſunt.Neminem quoque ad quæſtuoſas exequias cogi,aut pro ſepultura munus aut pretium exigi volumus ſecundũ canonicas ſanctiones. Cuſtodi interim ac veſpilloni,de ſua mercede nihil detrahentes. *Ex cõcil. Toletan. 11.cap.8. Matt.10. Ex cõci. Tribur. ac. Varẽ c.in eccleſiaſtico.*

Parochis victus neceſſarius ſuppeditandus. Cap. 2.

AT quum lex diuina præcipiat, nõ alligandum os boui triturãti,quod vtiq; non boum cauſa,ſed propter nos dictũ, Chriſtus in Euãgelio explicat:Dignꝰ (inquiẽs) eſt mercenariꝰ mercede ſua.Ac Paulꝰ toto capi.9.primę ad Corint.cõfirmat:Qui enim militat ſuis ſtipendiis vnquã? Quis plantat vineã,& de fructu eius nõ edit? Quis paſcit gregẽ,& de lacte gregis non mãducat? Neque enim magnũ eſt ſi qui *c.præcipiendũ.13. q.2. Deut.25. Mar.10. 1.Timo.5. 1.Cor.9.*

437

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſpiritualia ſeminãt, carnalia etiã metãt: Quãobrẽ diſpiciendũ eſt, vt parochis Euangelij prædicatoribus certa ac competens ſubminiſtratio victus & veſtitus fiat, idque ad eum modum, ne in adminiſtrandis ſacramentis quippiam exigendo, oneri ſint parochianis, aut cibum vicatim diſcurrendo emẽdicare cogantur, quo nihil turpius aut ſordidius.

Vicecuratos quos vocant, ex prouentibus eccleſiæ congruam ſubſtentationem recepturos. Cap. 3.

IN primis igitur, qui per vicarios ſeu Vicecuratos eccleſias parochiales regẽdi poteſtatem à nobis acceperunt, iiſdẽ vicariis tantã ex prouentibus eccleſiæ partem aſsignabũt, qua vitam congruè ſuſtentare poſsint. Quod nos inter viſitandũ pro ratione locorum ac parochiarum vt fiat, ordinabimus.

Qui eccleſias vnitas habent, Vicariis perpetuis portionem congruam aßignare oportere. Cap. 4.

c. ſuſcep. de præb. & dign. libr. 6.

ECcleſiæ cathedrales ac collegiatæ, itidem monachi ſeu religioſi, qui eccleſias parochiales aut ſuis eccleſiis vel monaſteriis vnitas habẽt, aut regendas aliis cõmittunt, aut preſentando committi procurant, adeò interdum omnẽ prouẽtum emungũt, vt reſidui reditus, qui rectoribus eccleſiarum permittũtur, nimis tenues ſint & exiles. Quãobrẽ noſtræ curæ erit, vt tãta portio rectorib⁹ iſtis aſsignetur, vnde iura epiſcopalia ſoluere, & congruã ſuſtentationem habere poſsint.

Vbi reditus non ſuffecerint, quid agendum. Cap. 5.

Ex Viẽnẽ. concil. clemen. ſi vna.

VBi vero reditus eccleſiarum non ſuffecerint, iuris conſilium ſequendum putamus: nempe vt duę vniantur: aut ſi id graue videbitur, ſaltẽ vna, aut plures etiã vicarię, quę ad altaria in eiuſmodi eccleſiis fũdatæ ſunt, ipſi eccleſiæ parochiali (vt vocãt) incorporẽtur: ſic tamẽ, vt quo ad fieri poteſt, per parochũ officiũ, ob quod vicariæ illę fundatę ſunt, minimè negligatur. Porrò decimas potiſsimũ parochis ac eccleſię miniſtris deberi nõ dubiũ eſt. Nũc quũ illæ paſsim à laicis magna ex parte vſurpẽtur, neque facile ex eorũ manibus diuelli poſſint, videndũ nũ diligẽti cohortatione, aut alia via iuri conſentanea, parocho, cui eccleſiæ reditus ad victum nõ ſufficiunt, hinc aliquid emendicari poſsit.

Denarius conſuetus, ſed duplicatus pendendus. Cap. 6.

POſtremo loco iuſtum ac decens putamus, vt ſinguli parochiani denarium illũ conſuetũ, ſed duplicatum, ſaltem in anno quater, videlicet in feſtis illis maiorib. veluti in Natali

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dominico,Paſcate,Pẽthecoſte,Aſſumptionéq; virginis glo-rioſæ.i.ſingulis feſtis duos denarios parocho pendat.Neque enim tantillum offerre vlli oneroſum eſſe aut videri poteſt. Quis enim tã ſordidus eſt,qui nõ æquũ putet,modicũ quid caduci ac tẽporalis ſubminiſtrare illi, à quo ſpiritualia ac æterna viciſsim repetit? Certè omnes ſcire debẽt,eos qui ĩ ſacrario operãtur,quæ de ſacrario ſunt,edere:& qui altario deſeruiunt,cũ altario participare.Nã & dominus ordinauit,his qui Euangelium annuntiant,de Euãgelio viuere. Qui ſe vnica ſolutione(quæ vno albo rotato fiet)liberare volet,id ipſi liberũ eſto.Ne vero parochus aut in cõtẽtionẽ aut ſuſpicionẽ trahatur,potiꝰ hęc pecunia ꝑ eccleſię œconomosaut alios probatæ fidei viros colligetur,ac ipſi parocho numerabitur. *1. Cor.9.*

Laudabilem conſuetudinem Agrippinæ Coloniæ per hæc non abrogari. Cap. 7.

LAudabilem tamen cõſuetudinem in ciuitate noſtra Colonien.erga ſanctam eccleſiam,pia deuotione fidelium introductam per has noſtras ſynodales conſtitutiones nolumus immutare,donec ipſis parochis intra eandẽ ciuitatem de ſufficientiori victu fuerit prouiſum.

DE CONSTITVTIONIBVS ac conſuetudinibus eccleſiaſticis. Caput. 1.

DE conſtitutionib.humanis ac eccleſiaſticis conſuetudinibus, magna in præſentiarum in eccleſia Dei concertatio eſt,quam eccleſiæ turbatores, vt eccleſiæ authoritatem euerterent,ad nihilumque redigerent, inuexerunt. At populus hic docendus eſt ſanctorum patrum regulam ſequi,qui diligenter admonent traditiones eccleſiaſticas,præſertim quæ fidei nõ efficiunt,ita obſeruãdas,vt à maioribus traditæ ſunt.Sunt autem illa quæ non ſcripta,ſed tradita cuſtodimus,nõ vnius generis, quemadmodũ diuus Auguſtinꝰ tradit. Alia enim toto terrarũ orbe obſeruantur à patribus, nobis quaſi per manus tradita: Quę quidem putãda ſunt,vel ab ipſis apoſtolis,vel ex plenariis cõciliis (quorum eſt in eccleſiis ſaluberrima authoritas)cõmẽdata,atque ſtatuta retineri,veluti quòd paſsio & reſurrectio & aſcenſio in cœlum, aduentus Spiritus ſancti,& quadrageſima annua ſolennitate celebrantur:quòd die Veneris à carnibus abſtinetur.Atque alia multa,quæ ab vniuerſis merito obſeruantur. Alia verò *Aug. ad Ianuarium c.illa autem.12. diſt.*

138

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quæ per loca terrarũ,religionéſque variantur,ſicut eſt,quòd alij ieiunãt diem Mercurij,alij nõ , alij quotidie cõmunicãt corpori & ſanguine domini,alij certis dieb⁹ accipiunt. Et ſi quid aliud huiuſmodi animaduerti poteſt,totum hoc genus rerum liberas habet obſeruationes Quod enim neq; contra fidem catholicam,neque contra bonos mores eſſe conuincitur,indifferenter eſt habendum,& pro eorum inter quos viuitur,ſocietate ſeruandum.Sic diuus Ambroſius Auguſtinũ docuit de hoc altero genere interrogantem: Tu(inquit)ad quancũque fortè eccleſiã(nimirũ in vnitate catholicę eccleſiæ permanentem) veneris,eius morẽ ſerua,ſi cuiquã nõ vis eſſe ſcãdalũ,nec quẽquam tibi.Sed de his,ac quatenus eccleſiaſticæ iſtæ conſtitutiones obligent,alibi latius dicemus.

Ieiunia ab eccleſia indicta,reuerenter obſeruanda Cap. 2.

IEiunia ergo ab eccleſia indicta reuerẽter obſeruari volumus admonẽduſq; populus cur ſint inſtituta,nẽpe vt corpus per intẽperantiã cibi ac potus luxuriãs caſtigetur, in ſeruitutémq; redigatur,quo animꝰ vegetior ac liberior laudibꝰ diuinis inſiſtat,diuinæq; volũtati ſeſe attẽperet.Magnũ certè & generale Ieiuniũ eſt,abſtinere ab omnibꝰ iniquitatibꝰ & ab illicitis voluptatibꝰ ſeculi. Ad hoc pfectionis qui nõ dum peruenit,is eccleſiæ indictũ huc vocãs, haud conténat.

Aug. in Io. ca. ieiunium autem magnum de conſec. diſtin. 5.

Irriſores eccleſiaſticorum ieiuniorum refelluntur. Cap. 3.

QVi eccleſię ordinationem irrident,illiq́ue diuũ Paulũ op,ponunt,quaſi is ieiuniis eccleſiaſticis contradicat,grauiſsimam vtique contumeliam(Apoſtoli doctrinam dedita opera adulterantes) inferunt.Non enim eccleſia aliquod cibi genꝰ perpetuò interdixit, aut Iudaicum ciborũ delectum cõtra apoſtolicam doctrinã inuexit,quinimo cũ Paulo ſemper docuit,doctrinã eſſe dęmoniorum,cibũ aliquem immũdum iudicare,& prohibere,quem Deus creauit ad percipiẽdum cum gratiarũ actione fidelibus,& his qui cognouerũt veritatem,quòd ſcilicet omnis creatura Dei bona ſit,&nihil reiiciendum quod cum gratiarũ actione percipitur.Sed potius eccleſia veteris legis ac apoſtolicorum virorum exẽpla ſequuta,ieiunia quędam publica certis diebus indixit,iubẽs tũ à carnibus abſtinere,& cibis aridioribus vti,nõ quòd carnes immundæ ſint,ſed vt luxui tẽperetur. Qua de re in Gangrenſi Concilio(quod non multo goſt apoſtolorum tempora obſeruatum eſt) pari cenſura damnati ſunt, tum hi qui

Coloſ.2. 1.Ti.4.

Ex conci. Gãgren.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nonnullos cibos carnium illicitos reputarunt, tum illi qui præter neceſsitatem corporalem ſuperbientes, ieiunia communia totius eccleſiæ putauerint contemnenda perfectam in ſua ſcientia rationẽ vindicantes, quos anathemae ſſe, Concilium illud decreuit. Atque alia multa (quæ nunc in cõtentionem rurſus vocantur) vt ſuccinctè admodũ, ita Chriſtianiſsimè apoſtolico ſpiritu diffiniuit.

Eccleſiæ conſtitutionem charitati cedere. Cap. 4.

CVr verò criminentur hoſtes eccleſiæ eius inſtitutũ, nõ videmus, quum ipſa nulli iniiciat laqueũ, quod hãc cõſtitutionẽ adeò ligare nõ velit, vt vel charitati vel neceſsitati minime cedere debeat. Quinimo liberũ facit, quolibet tempore quibuſlibet veſci, modo id vel charitas vel neceſsitas ſuadeat, adhibito tamen vtriuſque medici (ſi præſto ſint) aut ſaltem alterius, nimirum animæ, conſilio. *Cap. cõſiliũ. de obſer. ieiu.*

Quid in ieiunio potiſsimum ſpectandum. Cap. 5.

IAm quũ in ieiuniis ratio potius indictionis quàm abſtinentia iſta à carnibus ſpectetur, admonendus eſt populus quum ieiunandum erit, non minus ſumptuoſa & prolixa illa piſcium fercula quàm carnium vitanda: bellaria itẽ illa magis quàm carnes inflammantia.

Redarguuntur qui Quadrageſimæ obſeruationem contemnunt. Cap. 6.

QVadrageſimæ inſtitutio antiquiſsima eſt, à tẽporibus Apoſtolorũ ad nos vſq; deducta, cuius violatores pleriſq; generalibus Cõciliis pſertim Toletano octauo, acerrimè redarguũtur, religioniq́ue cõtraire monſtrãtur. At q; adeò omnes quotquot ſine ineuitabili neceſsitate ſeu fragilitate, euidẽtiq́; lãguore, ſeu etiã impoſsibilitate ætatis, diebus Quadrageſimæ eſum carniũ áttẽtare pſumpſerint, alienos à ſancta cõmunione decernit, q́ ſacris diebus abſtinẽtię obliti ſint, diſciplinã ac Quadrageſimæ dies (quæ anni totiꝰ decimę putantur, q̃ & in oblatione ieiunij Dño cõſecrãtur) temerariè prophanauerint. Quos verò aut ętas incuruat, aut lãguor extenuat, aut neceſsitas arctat, nõ antè prohibita violare præſumant, quàm à ſacerdote permiſſum eſt, percipiãt. *Orig. ſuper Leuit. Hieron. aduerſus Monta. hæret. Ambr. in ſermo. de Quadrageſima 36. Ex cõci. Tolet. 8. Ex conci. Aurelia. c. 23.*

Letaniæ & rogationes cur inſtitutæ, & quomodo populus admonendus ſit. Cap. 7.

LEtanias, id eſt ſupplicationes, ſeu rogationes, indicto triduano ieiunio ante Domini aſcenſionẽ patribus placuit

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

celebrari:quibus omnes intereſſe iubentur, vt quemadmodum omnes peccauerunt,ſic & omnes pro venia ſupplicent omneſque ad Deum corda cum manibus eleuẽt. Quanquã potiſsimum Lætaniæ iſtæ principio inſtitutæ ſunt, vt tum populus diuina inſtitutione admonitus,clemẽtiam Dei exoret,quò peſtes,clades,calamitates,fames,bella, & id generis aduerſa,quæ nobis iuſtiſsimo Dei iudicio ob peccata noſtra infliguntur,ac ſub id anni tempus,nempe Veris(quum bella emergere atque terræ fructus, qui tum in flore atque teneri adhuc ſunt, facilè corrumpi ſolent)potiſsimum imminent,auertat & tollat. Vt autem eccleſia fiduciam erga Deũ (quam orantes ac petẽtes habere neceſſe eſt)tũ nobis adaugeat, Heliam proponit hominem nobis ſimilẽ & paſsibilẽ, qui oratione orauit,vt non plueret ſuper terram,& nõ pluit annos tres & menſes ſex.Et rurſus orauit,& cœlũ dedit pluuiam,& terra dedit fructum ſuum. Quòd ſi ſolus Helias petens exauditus eſt,num Chriſtus eccleſiæ ſuæ preces auerſabitur?Hic interim populus docẽdus eſt,quòd nõ ſolùm quę animi,ſed & quæ corporis & externa bona ſunt,á Deo omnium authore poſtulare oporteat. Et redarguendi illi(haud ita multò quàm gentes,meliores)qui vel fortunæ,vel ſuę induſtriæ,bona temporaria accepta ferunt.

Iaco. vlt.

1. Re. 17.

Proceſsiones intra ſepta eccleſiarum peragendæ. Cap. 8.

QVòd proceſsiones per agros & campos peraguntur rationem quidem habet,nempe quòd populus oret, vt ſegetes ac fruges terræ à Domino conſeruentur. Verùm vt alia plurima, ita & hic mos hominum malitia deprauatus eſt, quòd per occaſionem talis deãbulationis(quæ Deo placando erat inſtituta)pleraque ſcelera committãtur. Quamobrem nobis ſatius videtur,vt hæ,aliæque ſupplicationes ac proceſsiones de cætero intra ſepta eccleſiarũ religioſè fiant, ac vt in templo, loco precationibus peculiariter dedicato, oretur Deus, habeaturque tum piꝰ rei ac tempori cõueniẽs ad populum cõmonitorius ſermo.Noſtris tamen Suffraganeis liberum relinquimus, vt ipſi in ſuis diœceſibus de hac re,vti mores regionis patientur,diſpiciant.

Marc. 11.

Admonendus populus,cur feriæ inſtitutæ. Cap. 9.

DIligenter quoq; populus admonendus eſt, cur feriæ,& potiſsimũ dies dominicus (qui à tẽporibus Apoſtolorũ in eccleſia Dei ſemper celebris fuit) inſtitutæ ſint,

Apo. 1.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Nempe,vt tum in vnum omnes pariter conuenirent ad audiendum verbum Domini,ad audiendum quoque ſacrum, & communicandum.Breuiter,ad vacãdum Deo ſoli,vt dies illa tantum orationibus,hymnis,pſalmis,& canticis ſpiritualibus tranſigatur.Hoc enim eſt ſanctificare ſabbatum. *Exo.20. Deut.5.*

In feriis ſoli Deo vacandum. Cap. 10.

QVamobrẽ cupim⁹,hiſce diebus ꝓhiberi nũdinas, claudi cauponas,vitari comeſſationes,ebrietates,ſumptus,lites,luſus improbos,choreas plenas inſaniis,colloquia praua, cãtilenas turpes.Breuiter,omnem luxum.Nam hiſce(& quę hęc ferè ſemper cõſequũtur)blaſphemiis ac periuriis nomẽ Domini ꝓphanatur,ac ſabbatũ(quod nos admonet,vt quieſcamus ꝑuerſè agere, & benefacere diſcamus)cõtaminatur. *Eſaiæ 1.*

Dies dedicationis templi extra Coloniam, vno die vbique celebrãdus & quomodo ſit admonendus populus. Cap. 11.

ET quum in diebus feſtis (quæ dedicationi eccleſiarũ peculiariter dicati ſunt)plerunque indigna committãtur adeò vt videatur populus tũ potiſsimũ comeſſationis cauſa cõuenire,viſum nobis eſt,vt per diœceſes noſtras vno certo die anni quo eiuſcemodi feſtũ dedicationis in metropolitana noſtra colitur , in reliquis quoq; eccleſiis omnibus extra ciuitatẽ noſtrã Coloniã Agrippinã conſtitutis obſeruetur . Nã intra Coloniam ſummo noſtro templo ſuus honos cõſtare debet,quod & in aliis oppidis inſignioribus,vbi vna cæteris eccleſiis præeminet,obtinere placuerit , videlicet vt ibi minores eccleſię pridie eius diei,qui dedicationi eccleſię ſummæ eius loci conſecratus eſt,aut die dominico proximo præcedẽte ſuas ſingulæ prædicationes celebrẽt,obſeruetur. Docẽdus autẽ eſt populus,dedicatione templi ſignificari dedicationẽ Eccleſiæ catholicæ ac cuiuſlibet hominis Chriſtiani,qua copulatur Deo.Nam vt diuus Auguſtinus ait: Quotieſcunque templi feſtiuitatem colimus , ſi fideliter ac diligenter attendimus,& ſanctè & iuſtè viuimus,quicquid in tẽplis manufactis agitur, totũ in nobis ſpirituali ædificatione completur.Non enim eſt mentitus ille,qui dixit:Templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos.Et iterũ:Neſcitis quia corpora veſtra templum eſt ſpiritus ſancti? *Auguſt. 1.Cor.3.*

Cur templa & altaria conſecrentur. Cap. 12.

EX vetuſtiſsima inſtitutione & more receptum eſt,tẽpla & altaria,& pleraq; alia, quibus in templis ad excitãdũ *c. Sicut nõ alij. c.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

missarum solennia. c. eccleſias. de conſec. diſtinct. 1.

fidelium animos, & diuinum cultum explendum vtimur, cõ ſecrati, ſolennibuſque precibus, ac benedictionibus dedicari Deo, quod in veteri quidem teſtamento præceptum etiã diuinum habuit. Quemadmodum Exodi 31. & 2. Paralip. 22. legimus. Vngitur præterea ſecundum eccleſiaſticam conſuetudinem, quũ cõſecratur altare, quũ dedicatur templum, quum benedicitur calix, idque non ſolum ex mãdato veteris legis, verumetiam exemplo beati Sylueſtri, qui quum cõſecrabat altare, illud chriſmate perungebat. Verum vnctiõis ſacramẽtum, aliud quidẽ efficit & figurat, tam in nouo quàm in ve-

c. 1. & fide ſacr. vnct.

teri Teſtamento. Vnde non iudaizat Eccleſia, quum vnctionis, celebrat ſacramentum, ſicut aliqui mentiũtur, qui neque ſcripturas neque Dei nouere virtutem.

Populus docendus, quid agatur & ſignificetur in conſecratione templorum & altarium. Cap. 13.

2. Reg. 6.

QVamobrẽ populus docendus eſt, hic aliud agi atq; aliud ſignificari quũ cõſecratur templũ. Funduntur preces Domino, vt hunc locũ ſibi peculiariter dedicatum eſſe velit, vt diabolũ & eius poteſtatẽ inde penitus expellat, vt omnes qui huc deprecaturi conueniunt, ex quacunq; tribulatione conſolationis diuinæ beneficia cõſequãtur, vt ab omnibus pariter cõueniẽtibus, Deo laudes ſoluãtur, diuinũ verbũ audiatur, ac eccleſiaſtica ſacramẽta miniſtrẽtur. Peculiariter altare cõſecratur, vt illic oblatio munda Deo offeratur, hoc eſt, ſacramẽtum corporis & ſanguinis Chriſti, quòd in memoriã paſsiõis dominicæ immolam⁹. Quòd verò prẽter preces, aſperſionis etiam atq; vnctionis aliarumque rerum ſolẽnia adhibentur, myſterij ſecretioris plenum eſt, nõ quòd inanimata iſta gratię diuinę ſuſceptiua ſint, ſed quum hæc viſibiliter fiũt, admonetur Chriſtianus, Deũ omnia hæc

1. Cor. 3. 6

per inuiſibilẽ virtutem in anima operari, quę eſt domus deo dedicanda, vbi fides fundamentum facit, ſpes erigit, & charitas cõſummat. Signat ergo templi dedicatio tam fidelis animæ quàm eccleſiæ cum Chriſto deſponſationẽ. Ipſa enim eccleſia catholica ex multis viuis lapidibus adunata, verũ Dei templum eſt. Quòd ſi Dei templũ ſumus, altare intus habemus. Altare quidem noſtrum, cor noſtrũ eſt. In hoc altari fit ſacrificium laudis. Sacrificiũ enim deo, ſpiritus contribula-

Pſal. 50.

tionis, & cor contritũ. In hoc altari fit cõmemoratio corporis & ſanguinis Chriſti. Hinc preces ad cœlum aſcendũt: ad cor enim

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cor enim respicit Deus. Quamobrem nisi omnia quę in huiscemodi consecratione exterius agũtur, in nobis spiritualiter impleantur, párum hinc fructus nobis accesserit. Quid enim exterior ablutio vel inunctio sine interiori prodest?

Cur benedicantur campanæ. Cap. 14.

BEnedicũtur quoque campanæ, vt sint tubæ ecclesiæ militantis, quibus vocetur populus ad cõueniendum in tẽplũ, & audiendũ verbũ Dei: clerus verò ad annuntiandũ manè misericordiã Dei & veritatẽ eius per noctẽ, vt per illarum sonitũ fideles inuitentur ad preces, & vt crescat in his deuotio fidei: quãuis etiam patres aliò respexerint, videlicet vt dæmones tinnitu cãpanarũ Christianos ad preces cõcitãtium, quin potius precibus ipsis territi, abscedant, illísq; submotis, fruges, mẽtes & corpora credentiũ seruẽtur, vt procul pellantur hostiles exercitus & omnes insidiæ inimici, fragor grandinũ, procella turbinũ, impetus tempestatũ & fulgurum tẽperentur, infesta tonitrua & ventorũ flamina suspendãtur, spiritus procellarũ & aëreæ potestates prosternãtur. Breuiter, vt audientes cõfugiant ad sanctę matris ecclesię gremiũ, ac ante sanctæ crucis vexillum, cui flectitur omne genu, quẽ admodum hæc in solenni benedictione campanæ reperies. *Phillp. 2*

Docendus populus, vt signatis potius quàm signis inhæreat. Cap. 15.

DOcendus est ergo populus ab exterioribus istis, vt signatis potius quàm signis inhæreat ac intẽdat. Quod & in omnibus aliis obtinet cæremoniis, alioqui parũ ad pietatẽ profuturis. Nã qui in exterioribus istis cõsistit ac non potius illis admonetur, vt ad Deum respiciat, cõfugiat, ac totam suam fiduciam in illum collocet, huic citius externa ista in subuersionem quàm ædificationem erunt.

Quicquid in cæremoniis ad abusum spectat, cautè ac diligenter cauendum. Cap. 16.

QVamobrẽ quicquid in eiuscemodi rebus ad abusum & superstitionẽ spectat, & quo populus à Deo ad collocãdum in externis istis aliquã fiduciam abduci possit, prohibemus. Quale inter alia est, quòd sanctorum imagines cum indulgentiis & impositione incertarum reliquiarũ dedicantur: quòd quidã aqua, sale, cereis, ac herbis benedictis, in medicandis pecoribus superstitiosius abutũtur. Omnis quidem creatura per verbum Dei, & orationem sanctificatur, quem- *c. Placuit de consec. distinc. 1.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

admodum diuus Paulus teſtatur. Ergo quantò res ſacratior, tantò abuſus eius damnabilior.

Cur reconcilietur templum aut cœmeterium. Cap. 17.

RECõciliatur eccleſia aut cœmeterium ob ſeminis emiſſionem peccãdi libidine factam. Itidem ob enormem ſanguinis effuſionẽ, dedita opera violẽter & iniurioſè cõmiſſam, ac aliis quibuſdã de cauſis, qui mos ex leuiti. 14. & 15. ſuam originẽ trahit. Fit autẽ hæc recõciliatio, nõ quod tẽplum reuera polluatur. Eccleſia enim quum ſancta ſit, coinquinari nõ poteſt, imò ipſius loci ſanctitas infamiam loci abolet. Sed quum templum locus ſit, vbi delictorũ venia poſtulatur, vbi ſalutaris hoſtia, p peccatis immolatur, vbi Deo laudes exoluuntur, vbi tutela refugij eſſe debet, fit, vt ſcãdalum, horror, atque abominatio turpitudinis & peccati ibi cõmiſsi, propoſitum quoque & voluntas lethaliter delinquẽtis in cauſa ſint, vt ſacer locus recõcilietur, idque ad exemplum & terrorem, vt vidẽtes locum ſacrum ſeu inanimatum templum nullo peccato obnoxiũ lauari & purificari delicti horrore, concutiantur & recogitent quantũ pro expiatione delictorum viuo Dei templo ſit elaborandũ. Sic Chriſtus emẽtes & vendentes è templo eiecit, flagello facto de funiculis; ipſos acerrimè corripiens, ac dicẽs: Domus mea, domus orationis vocabitur: vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum. Aliud quidem agens, aliud verò innuens.

Matt. 21. *Ioan.* 2.

Quæ pollutio reconciliationem requirat. Cap. 18.

NOn tamẽ omnis pollutio hãc recõciliationẽ requirit, ſed tantũ publica, vel per rei euidentiam vel ſaltẽ per famã. Quòd ſi occulta ſit contaminatio, q̃ etiã baptiſmi ac pœnitẽtię ſacramẽta nõ remoratur, ſolẽnitas nõ exigitur, quòd ratio reconciliationis in occultis non habeat locũ.

Quorũ ſumptu & expenſis recõciliatio facienda. Cap. 19.

REconciliationem autem eiuſmodi gratis fieri, ac tantũ itineris ſumptus Vicariis noſtris in põtificalibus ſuppeditari volumus. Qui quidẽ ſumptus ex bonis delinquentis deſumẽtur, modò tamen tantæ illius facultates ſint: ſin ſecus, parochiani non grauabũtur vel tantillos ſumptus itineris ſuppeditare, ne popul⁹ præter culpã ſuã grauetur. Ne verò diutius ob talem pollutionem diuinũ ſuſpẽdatur officiũ, aut eccleſiaſtica intermittatur ſepultura, Vicarius noſter in põtificalibus ſtatim vt vocat⁹ fuerit à populo, (modo gra

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

uioribus rebus id temporis nõ fuerit implicitus) vltro ibit, officium ſuum expleturus.

Immunitatem eccleſiaſticam, in duobus potiſsimum ſitam eſſe. Cap. 20.

IMmunitas eccleſiaſtica vetuſtiſsima res eſt, iure pariter diuino ac humano introducta, quæ in duobus potiſsimum ſita eſt. Primum, vt clerici, illorúmq; poſſeſsiones & bona à vectigalibus tributis, aliiſque muneribus laicis libera ſint. Nam (vt de libertate Leuitarum ſileamus) nõ temerè refert ſcriptura, Pharaonem totam terram Aegypti ſibi tributariã feciſſe, præter terram ſacerdotum & poſſeſsiones quę à rege traditæ fuerant eis, quas vendere nõ ſunt compulſi, quin potius ipſis etiam ſtatuta cibaria ex horreis publicis præbebãtur, vt legimus Gene. 47. Deinde, ne rei criminis ad eccleſias confugientes, inde violenter extrahantur, exceptis publicis latronibus, qui per induſtriam proximum occiderint, ac nocturnis depopulatoribus agrorũ, qui itinera obſident aggreſsionũ inſidiis. Denique his qui ſub immunitatis ſpe in eccleſiis ac cœmeteriis delinquunt. Quòd ſi à confugientibus ad eccleſias paria his cõmiſſa ſint crimina, quæ reipublicę referat puniri, tãtiſper ſaltem debet ſecularis poteſtas à manuum iniectione abſtinere, donec noſtros conſulat Officiales, ne deuenire neceſſe ſit ad ceſſationes à diuinis, & interdicta q̃ viſum eſt anteceſſoribus noſtris ob violationem eiuſcemodi immunitatis editis conſtitutionibus promulgare.

Ex conci. Latera. c. nõ minus.

Ex generali. c. aduerſus de ĩmu. eccle.

Ex conc. Tolet. 3. c. eccleſiarũ ſeruos. 12. q. 2.

Gen. 47. cap. inter alia c. immunitatẽ de immunit. eccle.

Ex Gãgren. c. ſi quis per ſuper 30. diſt.

Quemadmodum fraternitates reformandæ ſint. Cap. 21.

FRaternitates (quæ vocantur) & in honorẽ aliquorũ ſanctorum in eccleſiis fiũt, ſpeciem quidem pietatis habẽt: ſed quales hac tẽpeſtate ſeruantur, nẽpe in quibus tã clerici quàm laici potiſsimum comeſſationibus & ebritatibus vacant, interdum etiam variis conſpirationibus aduerſus poteſtates intenti ſunt, ſi nõ omnino ſublatas, ſaltem correctas ac reformatas volumus: omnino ſublatas malimus, ac reditus ſeu ſenſus earundem vel in vſus pauperum, vel parochi expendi nobis magis placuerit. At quum hæ ſodalitates forſan præter publicum offendiculum ac pauperum (qui ab eis eleemoſynas ex inſtitutione accipiunt) præiudicium cõmodè tolli non poſſunt, videbimus inter viſitandum, vt ſaltem tollantur abuſus, vt prima ſeruetur inſtitutio, & examinentur formulæ earum & ſtatuta, vt ratio ac calculus ſingulis

142

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

annis per Prouiſores(vt vocant)earũdem fraternitatum coram parochis eccleſiarũ reddatur, vt ſuperextãtes fructus ac reditus in pauperũ ſeu eccleſiæ vſum,ac vtilitatẽ conuertantur,aut etiam inde aliquid parocho ad victum decidatur.

DE VITA AC CONVERSATIONE monaſtica. Cap. 1.

Philo. VIta monaſtica non multo poſt Apoſtolorum tempora cœpit,quanquam multis perſuaſum ſit, aliam tum fuiſſe quàm nũc eſt,monachiſmi rationem.Nemo ta-

Auguſt. men negauerit,hoc vitæ genus ad perfectionem euangelicã Maximè accõmodum,modò ſecũdum ſanctiſsimam inſtitutionem purè immaculatéque obſeruetur.Quia verò res eſt quã maximè ardua in carne viuere, & carnis ſtimulis nullũ locũ dare,diabolique mille fraudibus(quibus præſertim ſolitarios aggreditur)fœliciter ſemper reſiſtere:idcirco in hoc vitæ genus nemo vel inuitus intrudendus, vel pelliciendus, vel temerè ſuſcipiendus,ſed ſumma cura adhibita, poſt diligentiſsimã demum examinationẽ monachi ac monachę recipiantur.Quibus ſæpe inculcandũ eſt prius Chriſti verbum de Eunuchis qui ſe caſtrarũt propter regnũ cœlorum,quum

Mat.19. inquit,qui poteſt capere,capiat.Proponẽda Sapientis ſenten

Eccle.3. tia,quæ habet in hæc verba:Altiora te ne quæſieris, &c.Rememorandũ quoque diligẽtiſsimè,ꝙ Deo ſtulta & infidelis ꝓmiſsio admodũ diſpliceat.Breuiter,admonẽdus eſt omnis ad hanc vitam aſpirans,vt primũ ſe totũ excutiat,ne prouin-

Lucæ 14. ciã ſuſcipiat,cui non ſuffecerit,alioqui parabolæ euangelicæ dicterio notandus, quòd cœperit ædificare & non potuerit conſummare.Maxima autem cautio adhibẽda eſt in puellis propter ſexus fragilitatem:ne vel ob ætatem deſit voluntas, vel metus adſit aut alius affectus minimè Chriſtianus.

Neminẽ monachiſmi profeſsione temere alligandũ. Cap. 2.

Ca.puella 12.q.2.ca præſens.12 q.2. CErtè ſancti patres admodũ fuerunt ſoliciti,vt non niſi voluntario ac ſpõtaneo iudicio virginitatis propoſitũ atq; habitusſuſciperẽtur quòd coacta ſeruitia domino ingrata eſſe dignoſcãtur:ſiquidẽvolũtariè domino ſacrificãdũ eſt, & volũtaria oris ſui beneplacita fieri in cõſpectu do-

Pſal.118. mini Pſalmographus obſecrat.Quod enĩ quis nõ eligit,nec optat:quod non optat,nec diligit:quod nõ diligit, facilè cõtemnit.Vnde cõſequitur,Nullum eſſe bonũ,niſi voluntariũ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

adeò, vt qui alio affectu quàm bonę volũtatis monachiſmo ſe alligãt, magis peccent quàm mereãtur. Ambigi enim nõ poteſt crimẽ magnũ admitti, vbi & propoſitum deſeritur, & cõſecratio violatur. Nã ſi humana facta nõ poſſunt impunè calcari, quis de eis manebit qui corruperint fœdera diuini ſacramenti? De adoleſcentioribus viduis Paulus pronũtiauit, quòd quum fuerint luxuriatæ in Chriſto, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. *Cap. 1. de regula.* *1. Tim. 5.*

Admonendi parentes, ne liberos inuitos in monaſterium detrudant. Cap. 3. *Mat. 23.*

ADmonendi quoque erunt parentes, ne liberos in monaſterium inuitos detrudant, quòd illos væ longè grauius maneat quàm Phariſæos, qui circumibant mare & aridam, vt facerent vnum proſelytum, & quũ eſſet factus fiebat filius gehennæ duplo magis quàm ipſi.

Quo affectu monaſtica vita amplectenda. Cap. 4. *Auguſt.*

QVi monaſterium ingreditur alio affectu quàm ſimplici amore Dei ductus veluti vel ſpẽ vel promiſsionẽ Abbatiam conſequendi habens, vel in otio viuere affectans, vel lucris tẽporalibus inhiãs, vel honores hominibus appetens: quiſquis talis eſt, nõ Dei filius aut monachus, ſed planè mercenarius eſt, quẽadmodũ ſuperius nos de clericis etiã dixiſſe meminim⁹. Cui verendũ eſt, vt quum volet ingredi nuptias euangelicas, obiiciatur illud: Amice, quomodo huc intraſti, nõ habẽs veſtẽ nuptialẽ? Quódq; ipſo obmuteſcẽte, rex ſit p̃ cepturus miniſtris, vt ligatis manib⁹ & pedibus, ipſum in tenebras exteriores mittant, vbi erit fletus & ſtridor dentium. *Mat. 22.*

In monaſteriis habendus, qui doceat legem domini. Cap. 5.

HAbẽdus in virorũ monaſteriis vir pius ac doctus, qui doceat monachos, ab adoleſcentia meditari in lege domini die ac nocte, ad quod munus in monaſteriis monialium, ſanctimonialis cæteris vita & doctrina præſtantior deligatur. Debet autem qui monaſterio præeſt, ſumma diſcretione vti, maximè erga eos, quos compererit diuinis literis intentos aut contẽplationi deditos, vt ſcilicet tales à ſordidioribus officiis ſinat eſſe immunes.

Verbi prædicatorem in monaſteriis eſſe oportere. Cap. 6.

IN monaſteriis quoque verbi prædicator erit pius quidem ac eruditus: nã nulla armatura fortior ad reſiſtendum diabolicis inſidiis ac iaculis, quàm gladius ille ſpiritus, q̃ eſt *Matt. 4.*

λ43

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

verbũ Dei,quo Christus in deserto solitarius ieiuniis & orationibus vacans,& nihilo secius tentationibus diabolicis expositus,retudit omnem dæmonis fraudem ac nequitiam.Nihil quoque potentius illo ad deiiciendos ac vicissim consolandos animos nostros,nihil efficacius ad concitandũ mentem in amorem Dei,contemptum mundi,ac omnium quæ in mundo pulchra ac speciosa apparent.

Monachi bonæ indolis ad Academias mittendi. Cap. 7.

NEque nobis displicuerit, vt aliquot ex monachis bonæ indolis ad Vniuersitates publicas & bene Christianas,aliquot annos theologicis studiis operã nauaturi mitterẽtur: illic tamẽ nõ alibi quàm in monasteriis seu gymnasiis sub cura & oculis p̃ceptorũ cõmoraturi,ne bonis ac rectis studiis destinati,mores minimè monasticos imbibãt ac cõtrahãt.

Moniales non esse alligandas,vt nulli quàm suo (vt vocãt) patri aut proposito confiteantur. Cap. 8.

SInt præterea in monasteriis virginum, præsertim præter Abbates aut Prępositos,alij conscientiarum examinatores,ac à cõfessionibus. Aut saltem virginibus liberũ sit, bis aut ter in anno aliis(quos elegerint) p̃bis ac doctisviris, de suorũ superiorum(vt vocant)consensu,(quẽ hi interpellati,rationabili causa intellecta,nequaquã negabunt)cõscientias suas exomologesi exponere,exoneraréq;,ne scilicet adigatur monialis renitens,semp vni homini delicta confiteri. Debent autẽ hi qui eiuscemodi munere in monasteriis monialium fungũtur,esse homines vitæ probatissimę ac morũ quam maximè inculpatorũ,eruditi ac singularis iudicij,observaturi ea quæ supra,vbi de pœnitentiæ sacramẽto tractatum est delibauimus.Cauebit autẽ is in primis, criminũ nõ confessorũ rememorationem,ne virgines discant quæ prius nescierunt.Cauebit præterea,nisi res omnino exegerit duritiem increpationis magis intẽtus ad molestissimè arguẽdũ & pientissimè vicissim consolandũ.Confessiones autẽ monialiũ nõ priuatim audiet,sed in cæterarũ conspectu, nõ tantũ vt omne malũ,sed & omnis mali suspicio omnino cesset.

Mutatam esse paulatim faciem monasteriorum,ac vsurpatum hospitij ius simul cum accessu moderandum. Cap. 9.

MOnasteria olim virtutum scholæ ac pauperũ hospitalia erãt:nũc,prohdolor,videmus ea quæ virorũ sunt è scholis virtutũ in diuersoria militum ac raptorũ:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

verò mulierum ſunt,in pleriſque locis in ſuſpectas de incõtinentia domos(ne quid grauius dicamus)eſſe commutata. Quamobrem diſpiciendũ nobis eſt,ne tam paſsim à quibuſ uis militib⁹ hoſpitij ius à monaſteriisvi exigatur,& eleemoſynæ pauperibus deputatæ,improborum luxu deuorentur, néve ad monaſteria virginũ acceſſus toties à ſacris canonib⁹ prohibitus pateat: Et vt qui deprehenſi præter hæc fuerint offẽdiculum aut occaſionem illis labendi,ſiue intra ſiue extra monaſteria dediſſe, dignas pœnas ferant.

Cap.1.de imu.eccle. Ca.monaſte.de vit. & honeſta.cle.

Viſitatio monaſteriorum neceſſaria. Cap. 10.

C.in ſingu. para. Porro diœc.de ſtatu mona.

VIſitatione ergo monaſteriorũ quam maximè op⁹ eſſe intelligimus,quã & canones nobis imponunt. In hac vero oportebit omnia ad regulã ordinis monaſtici exigere,nihil non ad pietatẽ & vitæ ſanctimoniam dirigere, & quicquid mali exempli aut improbæ cõſuetudinis irrepſit, penitus tollere ac eradicare. Profecerit quoq; hic examinari regulas,ſtatuta,& conſuetudines, tolli ſuperſtitioſa.

Sumptuoſi monialium præpoſiti abrogandi,& frugales œconomi conſtituendi. Cap. 11.

Hieron.

HAbent quædã monialiũ monaſteria ſumptuoſos Præpoſitos,ſub quorũ poteſtate quũ omnis bonorũ adminiſtratio ſit,ipſi de reditibus monaſticis luxuriãtur. Et qui monaſticæ conuerſationis exemplum eſſe debuerant,ad mũdi delicias reuoluuntur:faſtidiẽtes interdũ ſimilã & mellã,interim monialibus ipſis vix milio & cibario pane rugiẽtem ventrem ſaturantibus. Sunt quoque virginũ monaſteria,vbi non eſt victus & menſa cõmunis,ſed mos ille(quem ad Corinthios ſcribens Paulus, quamuis in longe ſacratiori conuiuio damnauit)quotidianus, nempe quòd vnaquæque ſuum cibum præſumit ad manducandum,& alia quidem eſurit,alia vero ebria eſt. Quos abuſus tollere neceſſariũ putamus, videlicet vt in illorum dedicaturum Prępoſitorum locum probi œconomi à nobis comprobandi (quorum victus ſit monaſtico ſimilis)ſurrogẽtur, qui etiam obligati erunt ſingulis annis rationem de receptis ac erogatis integrã reddere.

1.Cor.11.

C. Oſius 9.q.3.c. qui rel.lo. 17.q.2.

In monaſteriis monialium victum ac menſam communem eſſe oportere. Cap. 12.

ITidem vt moniales victum ac mẽſam communem vbiq habeant,& quæ pari ſunr officio deſtinatæ,pari etiã cibo

144

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

alantur. Quod vt quàm minimè oneroſum ſit, non debebũt plures in monaſterium moniale recipi, quàm congruè poterunt in ſingulis monaſteriis ſuſtentari, de quo nobis prius legitimam fidem fieri conueniet.

De Præpoſitis ſolitariè commorantibus. Cap. 13.

Ex Lateran. Cõci.

DIſplicet etiã nobis, quod quædam monaſteria quoſdã Præpoſitos habẽt, qui in Capellis ſolitarij cõmorãtur, q̃ Lateranẽſi Concilio vetitũ eſt ac cautum, vt Epiſcopus Abbates, monitione præmiſſa per cẽſurã eccleſiaſticam compellat, vt eiuſcemodi Præpoſitos aut priores ad clauſtrũ reuocent, faciantq̃ eccleſiis ipſis ſeu Capellis per ſeculares clericos deſeruiri, aut ſaltem alios monachos ipſis adiungãt.

Viſitanda domus fratrum Teuthonicorum, diui Ioannis Baptiſtæ & Antonitarum. Cap. 14.

VIſitandæ quoque in primis & reformãdæ erũt domus hoſpitalium militum Teuthonicorũ, præterea ordinis diui Ioannis Baptiſtæ, ac Antonitarũ, atque initio prouidẽdũ, vt in eiſdẽ domibus cultus diuinus ritè ac debitè q̃agatur, vt hoſpitalitas pro pauperibus ſeruetur, vt vita ac cõuerſatio regularis ſecundũ inſtitutionem primam ac regulã (quã illi profeſsi ſunt) illic geratur, vt ab ipſis veſtes ordini ac profeſsioni dignę ac conuenientes publicè deferantur, vt comeſſationes, crapulę, ac omnis luxus prohibeatur, vt prædæ illæ bonorum mobilium, quæ poſt mortem pręlatorum per primores ordinis fieri, ac in exteras regiones deferri, peſſimo omnium exemplo conſueuerunt, amodo nequaquam fiant. Sed quicquid parſimonia defuncti prælati coaceruatũ ac relictum fuit, vel neceſſariis vſibus eccleſiæ, aut ſucceſſorum, aut pauperũ eius regionis, vbi religioſa iſta domus ſita eſt, applicetur.

De vita & cõuerſatione monachorum. Cap. 15.

Ex cõcil. Chalcedon.

ET vt reuertamur ad monachorũ vitam, haud ignorare debent, Conſilio Chalcedonenſi cautũ, monachos oportere quieti operã dare, ieiunia & oratiões obſeruare, in his locis, in quibus ſe ſemel deo deuouerũt, remanere nullas eccleſiaſticas ſeu ſeculares actiones tractare, nunquã ſua monaſteria relinquere, niſi forſan ob ingẽtes neceſsitates id facere à ſuo epiſcopo iubeãtur, ne nomen domini blaſphemetur. Quare libertas illa peregrinandi ſeu exeundi, prætextu inuiſendi parentes moderanda ſeu penitus tollenda erit.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Monachorum ſtudia atque exercitationes quales eſſe oporteat. Cap. 16.

MOnachus& monacha amare debent ſcripturarũ ſciẽtiam,& carnis vitia nõ amare.Pſalterij librum de manu aut oculis nunquã deponere,ſemper orare, ſenſu vigilare,vanis cogitationibus aditũ præcludere,corpore pariter & animo in Deum tendere,iram patiẽtia vincere.Breuiter nullis animi perturbationibus(quæ ſi inſederint,ad delictũ maximũ inducunt)locũ dare:ſemp aliquid operis facere, vt eos diabolus ſemper inueniat occupatos. Et vt multa ſint quæ manibus operari liceat,libros tamen ſacros deſcribere ipſis maximè cõueniret, vt & manus operetur cibos,& lectione anima ſaturetur.Porrò Aegyptiorũ monaſteria hũc morẽ ſeruaſſe legitur,vt nullũ monachũ abſq; ope & labore ſuſciperẽt,non tã propter victus neceſſaria,quàm propter animæ ſalutẽ,ne perniciosis cogitationibus vagarentur,néve inſtar fornicãtis Iſraël,omni trãſeũti diuaricarẽt pedes ſuos.

Hieron. ad Ruſti. monac.

c. nũquam de conſecr. diſtin. 9.

Hiere. 3.

Monachos vagos ſub cuſtodiam reuocandos. Cap. 17.

MOnachi qui puagati fuerĩt vbicũq; inueniẽtur , tanquã fugaces noſtro auxilio ſub cuſtodia reuocẽtur.Et ſi qui habitũ abiecerint,vt eundẽ reaſſumãt,cogẽdi.

Literas priuatas monacho aut monachæ, iniuſſu Abbatis reſignare non licere. Cap. 18.

VT monachi ſeu monachæ literas nullas vel deſtinare, vel recipere audeãt abſque Abbatis ſeu Abbatiſſę aut eius qui ipſorũ loco monaſterio pręeſt,ſciẽtia,ſumma ratione olim conſtitutum eſt,ſed per incuriam abolitum:id præſenti conſtitutione innouandum cenſuimus.

Canoniſſarum ſecularium mores reformandi. Cap. 19.

POſtremo,vitam, cõuerſationem ac mores Canoniſſarũ quæ ſeculares ob id appellantur,quòd perpetuæ caſtitatis ac reliqua vota monaſtica nõ emittãt,reformari omnino ducimus neceſſarium.Nam vitã agunt plus nimio licẽtioſam,ac pleriſque ſcãdaloſam.Quæ vt in ordinem & eccleſiaſticam quandam diſciplinam,quo ad fieri poteſt,reuocẽtur,nobis quum viſitationem aggrediemur, curandum eſt.

DE HOSPITALIBVS ET ORPHANOtrophiis,aliſque id genus piis locis. CAPVT I.

NOn ſolũ canonicis conſtitutionibus,ſed & Imperialibus ac regalib⁹ Inſtitutis antiquitus pientiſsimè ſanci

145

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Codic.de Epiſc.& cleric.

tũ eſt,vt habeãtur quàm fieri poteſt frequẽtia in repub.Xenodochia,Ptochotrophia,Orphanotrophia,Gerõtocomia& Brephotrophia,& id genus alia loca pietati cõſecrata in quę recipiantur peregrini,pauperes inualidi,ſenes,parẽtibus orbati,atq; inopes liberi,infantes expoſiti,furioſi,leproſi,cõtagioſiſq; ac perpetuis morbis obſiti, atq; aliæ miſerabiles pſonæ,idcirco curæ noſtræ imminebit,vt eiuſcemodi loca,vbi cõſtituta ſunt,ſarta tecta teneãtur.Vbi verò diſsipata ſunt inſtaurentur,reformentúrq;.Denique vbi necdum cõſtituta ſunt,epiſcopali noſtra prouidẽtia ędificẽtur,conſtruanturq;. Pauperum enim curam nobis Chriſtus pręcipuã eſſe voluit, & horum toties meminit diuiniſsimus Paulus apoſtolus.

Mat.26.
Mat.14.
2.Cor.8.

In hoſpitalibus in primis animæ curandæ,deinde corpus. Cap. 2.

HIc ante omnia curãdum nobis eſt,vt in domibus iſtis, quæ ad ſalutem animarũ pertinent, minimè negligãtur,ſed ante omnia de ſacramentorum adminiſtratione pauperibus debilibus & ægrotis prouideatur:Ac vbi corporis infirmitas medicum poſtulat,ibi prius animæ,deinde corporis medicus accerſatur.

In hoſpitalia qui recipiendi. Cap. 3.

IN eiuſcemodi autẽ hoſpitalia,nullæ aliæ quàm eæ, quas diximus miſerabiles perſonæ,quæ aut morbo aut debilitate,aut ætate impeditæ,ſuis manibus laborare,victũq; ac veſtitum ſibi cõparare non poſſunt,recipiantur: quas ad eccleſiaſticam diſciplinam canones pertinere, ac noſtris, aliorumq; piorum hominũ largitionibus victitare voluerunt.

In hoſpitalia pauperes eius loci, vbi cõſtituta ſunt potiſsimũ recipiendos,maximè contagioſis morbis implicitos.

Caput 4.

IN primis autẽ recipiantur in hæc hoſpitalia pſonæ miſerabiles eiꝰ loci,vbi hoſpitalia cõſtituta ſunt. Quòd ſi rectè curatũ fuerit,ſuffecerint penè(niſi tamen fallamur)iã cõſtituta hoſpitalia,omnibꝰ verè pauperibꝰ per ſingula oppida ac vicos repertis,vt amodo illis non fuerit neceſſe oſtiatim panem emendicare,aut eos qui lepra ſeu alio contagioſo morbo impliciti ſunt,inter homines diuerſari, quod lege diuina ne fiat,prohibitũ legimus.Nec immeritò,quòd ex tali commixtione ac cõuerſatione cum ſanis infinita pericula ſubſequuntur etiam ex ſolo aſpectu,qui intuẽtibus horrorem ſolet incutere. Quòd ſi leproſis aliisq; qui ſimilibꝰ morbis im

Num.12.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pliciti sunt,hospitalium,quibus addicuntur , reditus nõ suffecerint,satius est , vt ipsorum nomine in conuentu ecclesiæ eleemosyna per aliquot viros probos ad hoc munus deputãdos,colligatur,ac præstetur,atque vt trunci in templis eleemosynis istis colligendis asseruandisque erigantur,quàm vt ipsi morbosi alimoniæ petendæ obtentu,aut quocũque alio prætextu,consortiis hominum misceantur.

Mendicantibus validis hospitalia clausa, & mendicitatem interdictam esse oportere. Cap. 5.

SInt autẽ mẽdicãtibus validis non solum hospitalia clausa, sed & publicè ac ostiatim mẽdicare penit⁹ interdictũ . Et qui secusagere cõperti fuerĩt,arceãtur,ac legalib⁹ nostrisque constitutionibus comprehẽsis pœnis subdãtur. Vtilius enim esurienti panis tollitur,si de cibo securus iustitiam negligat, quàm eidem frangitur vt seductus,iniustitiæ acquiescat. *Codi. de mendic. vali. li. 12.*

Magistrorum hospitalium praui affectus damnantur. Cap. 6.

DAmnamus autem abusum,quo in quibusdam locis,fit vt neglectis miseris ac inopibus(quib⁹ hospitalia dedicata) ex priuato affectu magistrorũ aut magistratuũ, qui hospitalibus hisce præsunt,nõ modo validi,sed & quib⁹ victus vestitus suppetit,recipiantur,tantum quòd illic commodius & in otio viuatur:qui certè aliter cẽseri nõ possunt quàm pauperum deprædatores,raptoresque,de alieno viuẽtes,ac veluti ex sanguine pauperũ saginati. Quos diuus Hieronymus grauissimè increpat. Qui(inquit)ex bonisparentũ & suis opibus sustentari possunt,si quod pauperum est accipiunt:sacrilegium profectò committunt, & per abusionem talium,iudicium sibi manducant & bibunt. *Hieron.*

Quã grauiter peccẽt,qui ex pauperum victu se ditant. Cap. 7.

VIderint quoque hi magistri ac hospitaliũ præsides, ne Iudã imitentur,qui loculos(ex quibus pauperibus distribuebatur)ferebat,ac fur erat,ne sicut ille,ita & ipsi pereant. Nouerint ergo se tali muneri addictos,nõ vt sui,sed vt pauperum curam gerant, quos neglexisse , occidisse est: quibus quid subtraxisse,sacrilegij instar est. Et quò vigilantiores in officio sint,singulis annis, aut sæpius , magistratui eius loci præsente parocho, rationem de omnibus reddant. Nõ meum est(inquit Prosper)dicere,quãtum peccatum est eorum qui cibos pauperum sibi vsurpant,& vnde pauper victurus erat,præsumendo suscipiunt. *Ioan. 12.*

146
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

DE SCHOLIS, TYPOGRAPHIS AC Bibliopolis. CAPVT I.

ECclesiæ reformatio à summis pariter & infimis, à capitib⁹ simul & paruulis ordiẽda est. Paruuli enim sunt, qui succrescentes in maiorũ locum, subinde decedentium in reipub. tam ecclesiasticę quàm secularis administratione succedunt, vt consequens sit, ab ipsis prauè ac nequiter institutis reipublicæ perniciem imminere. Quamobrẽ summopere refert, vt pueritia, quæ seges est omniũ rerũ publicarũ, in timore Domini ac bonis disciplinis edoceatur. Id quod Dominus præcepit Exod. 13. & Prouerbiorũ sexto. Siquidẽ ea ætas nullis aliis vsibus accommoda, per id tẽpus colligere poterit & sibi & reipublicæ luculentum fructũ. In primis autẽ operæpretiũ nobis videtur, vt clãcularij illi magistelli, qui in cõuenticulis vicatĩ docent, prohibeantur, vtque gymnasia illa ac scholæ minores, in quibus pueri primis rudimẽtis imbuuntur, diligenter repurgentur, præfectis illis didascalis seu præceptoribus, non tam eruditus, quàm sanè doctrinæ, integréque ac inculpatæ vitæ viris: idq; hac potissimum tempestate, qua innumeræ pestilentes hæreses totam ferè Germaniam summo cum Christianismi ac reipublicæ detrimento, iusto Dei iudicio peruadunt, ac veluti cãcer serpunt: quas quum pueri semel imbiberint, difficile, imò impossibile erit, vt easdem penitus iterum eluant. Nã, Quo semel est imbuta recens seruabit odorem Testa diu.

Horati⁹.

Scholæ inter visitandum repurgandæ ac instituendæ. Cap. 2.

QVemadmodũ verò didascali pueros in classes digerent, q́ dein ipsis prælegent, tam ad eruditionẽ, quàm ad vitam Christianam rectè instituendam pertinentia, nos inter visitandum pro ratione cuiuscunque scholæ trademus.

Apud singulas ecclesias habendus vir eruditus, qui clericos eius ecclesiæ instituat. Cap. 3.

c. 1. & .c. quia nõ nullis, de magist.

OLim conciliari constitutione cautum est, vt nõ solum apud quemlibet cathedralem ecclesiã, sed & apud alias nimirũ collegiatas, quarũ sufficere poterunt facultates cõstituatur magister idoneus qui clericos earundẽ ecclesiarũ doceat & instituat. Apud metropolim autẽ Theologũ haberi præceptũ est, qui sacerdotes ac quoscunque alios in sacris literis doceat, & in his præsertim instituat, quę ad curam animarum pertinere dignoscuntur. Visum etiã Cõcilio fuit

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vt ſingulis magiſtris vnius prębendę prouẽtus tantiſper quo ad in docendo perſtiterint, aſsignentur. Cuius quidem ſaluberrimæ cõſtitutionis vix veſtigia quędam apud eiuſcemodi eccleſias reliqua videmus. Nam vt ſcholas ipſas reperias, didaſcalũ tamen vix vllũ eruditum ac pium repereris, quòd nihil penè ſtipendij (ne dicamus vnius prębendæ prouẽtus) illi ſuppeditetur, quod emẽdatione magna indiget. Neq; enĩ hæc res leuis momenti eſt, à qua totius propemodũ reipub. tum ſalus, tum pernicies dependet.

Qui huic viro victum ſuppeditabunt. Cap. 4.

CVrandum itaque vt ſingula Collegia ludos literarios diligenter inſtituant, eiſqúe de idoneis ludimagiſtris, ac ſumptibus proſpiciant: vbi Collegia non ſunt, ſenatus & reſpublica idem curet.

Quemadmodum Academiæ inſtaurari ac ſtudia ali poſſint. Cap. 5.

ACademias ſeu Vniuerſitates publicas per hãc hęreſum colluuiẽ miſerè perire cernimus, quas inſtaurari maximè in votis eſt. Id fieri poſſe nobis videtur, ſi modus aliquis inueniatur, quo pauperib⁹ ſcholaſticis ex eccleſiaſticis ſtipẽdiis aliqd poſsit decidi. Clericos enĩ illos cõuenit eccleſiaſticis ſtipẽdiis ſuſtẽtari, quib⁹ parẽtũ & ꝓpĩquorũ nulla bona ſuffragãtur. Quo inſuper ꝓfeſſoribus atq; his, qui ĩ bonis literis, optimis quibuſq; diſciplinis, ac in primis Theologiæ ſtudiis multũ ꝓfeciſſẽt, ſpes pręmij fieret: nã ſpes alit artes. *Concilio Baſilien.*

Pium votum ad ſtudia ſubleuanda. Cap. 6.

ET quanquã hic articulus à ſummo pontifice potiſsimũ pẽdere videatur, tamẽ quod in nobis eſt, cuperem⁹ omnes ordinarios collatores, præſertim parochialiũ eccleſiarũ huc induci poſſe, vt Academiæ poteſtatẽ facerent, ſignificãdi ſubinde ipſis viros literatos ad regẽdũ eccleſias eiuſcemodi idoneos, quos ipſi collatores quibuſcũque aliis nõ idoneis præferrent, ac parochis quũ vacarent, præficere nõ differrẽt, modò tamẽ ꝓſonaliter reſidere nõ detrectarẽt. Quòd ſi idem apud collegiatas eccleſias (qui mẽſe ordinario canonicatus & præbendas conferunt) obtineri poſsit, non dubiũ id pleriſque ad ſtudia capeſſenda calcar fore non exiguum.

Decretalem Honorij tertij, quoad eius fieri poteſt, renouari æquum eſſe. Cap. 7. *c. ſuper ſpecula demagiſt.*

PRæterea non parũ huc fecerit, ſi Honorij tertij decretalis ſeruetur, nẽpe vt Canonici eccleſiarum diœceſis no-

A47
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſtræ Colonienſis dociles ad ſtudia,potiſſimũ theologiæ, per Capitula trãſmittantur,percepturi toto quinquennio beneficiorum ſuorum fructus,non obſtante aliqua contraria cõſuetudine vel ſtatuto,quum denario fraudari non debeãt in vinea domini operantes, de quo dictum eſt partim ſuperi⁹. Ex his enim tandem ſpes non vana concipi poſsit,aliquando futurum,vt doctorum copia habeatur,quò veluti ſtellæ valerent plurimos ad iuſtitiã erudire,& temporis ſucceſſu eccleſiam Dei vniuerſalem in vita ac doctrina reformare.

Quid curandum in Academiis. Cap. 8.

NEque ignoramus multa ac diligenti prouiſione opus eſſe in Academiis qua in primis curare neceſſe erit,vt optimi quiq; libri in ſingulis ꝓfeſsionibus ac diſciplinis per doctiſsimos ꝓfeſſores ſtatis diebus ac horis vigilãtiſſimè pręlegãtur,enarranturq;. Deinde,vt ſcholaſticis viuẽdi regulæ præſcribantur,nẽpe vt bonis diſciplinis vacent,à põpis,comeſſationibus,ebrietatibus,aleæ ludis,diſſentionibus ac rixis abſtineant,vt prodigi eſſe deſinant:ac quiſque ſe ſuo modulo metiatur,vt faſtum omnem ac doctrinæ ſuperciliũ deponat. Nec incipiãt eſſe magiſtri priuſquã fiant diſcipuli. Quot enim ſunt,qui magiſtrorum ac doctorũ inſignia ambiunt,ac per ambitum extorquent,etiam qui nũquam eam artem quam poſt magiſterium profitentur,vel à limine ſalutarunt?quod quàm turpe ac indecorum ſit , nemo ignorat.

Hieron.

Nihil imprimendum aut vendendum niſi reuiſum prius. Cap. 9.

PRæterea quũ per abuſum artis impreſſoriæ librorũ plurimum malorũ emerſerit,prohibemus,ne vlli Typographi aut Bibliopolæ quempiam recens editum librũ aut chartã vel imprimant,vel venũ exponant,vel vendant publicè vel occultè,niſi hic liber reuiſus, & charta vel ſcripturam vel picturam continens,per noſtros ad hoc deputatos commiſſarios diligenter perſpecta ſit prius. Quę & Typographi nomen & cognomen cõplectãtur,atque eam ciuitatem ſeu oppidum in quibus excuſa ſunt,nominatim deſignent. Quę verò his caruerint,nullo pacto venũ exponantur. Porrò Typographi,Bibliopolæ ac reliqui librorum inſtitores ac geruli,qui huic ordinationi contrauenerint,præter confiſcationẽ librorum,pœnis etiam legalibus ac pragmaticę conſtitutioni Auguſtanæ ſubiacebunt . Contra quos in territoriis no-

Pragm. Augu.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſtris Fiſcalis noſter acerrimè inquirere, ac ad iuſtarum pœnarum declarationem procedere non omittet.

DE IVRISDICTIONE ECCLEſiaſtica contentioſa Cap 1.

ANte annos non admodum multos, reformationem iurisdictionis noſtræ eccleſiaſticæ edi curauimus, ꝑ quã ita temperata ac moderata omnia ſperamus, vt nemo de ea iure queri poſsit.

Excommunicationis origo & præcipuus vſus. Cap. 2.

NEc autem quiſpiam excommunicationis eccleſiaſticę originem ignoret. Primus excommunicationis in eccleſia vſus, qualis fuerit, Paulus primæ ad Corinthios quinto manifeſtè oſtẽdit, vbi Corinthiũ publicè cũ nouerca fornicantem tradit ſatanæ in interitum carnis, vt ſpiritus eiꝰ ſaluus fieret in die domini noſtri Ieſu Chriſti. Non tantũ exemplo indicans, ſed & expreſsim iubens, vt qui eiuſcemodi ſunt, è medio eccleſiæ eiiciantur: Si is (inquit) qui frater nominatur, inter vos eſt fornicator, aut auarꝰ, aut idolis ſeruiẽs, aut maledicꝰ, aut ebrioſus, aut rapax, cũ eiuſcemodi nec cibũ ſumere ꝑmitto. Quin ante diſcipulũ, ille qui ſolus verè magiſter eſt Chriſtus, eiuſcemodi excommunicationis vſum Matthęi. 18. docuit. Quem optamus in eccleſiam reuocari ac frequentiſsimum eſſe. Nempe vt tales publicè ac enormiter peccantes, ne aliis offendiculo ſint, & notati tãdem reſipiãt, extra communionem ſacramentorum ac vitæ cõmunis ponantur, donec ad cor & eccleſiæ gremium reuerſi, ſuum reatum deplorẽt. Diuus ſanè Paulus grauiſsimè Corinthios in- 1. Cor. 5.
crepat, quòd incæſtum illum tantiſper paterentur: Omnino (inquit) auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita vt vxorem patris ſui qui habeat. Et vos inflati eſtis, & nõ magis luctum habuiſtis, vt tollatur de medio veſtrũ, qui hoc opus fecit. Non eſt bona gloriatio veſtra. Neſcitis, quia modicum fermentum totam maſſam corrumpit? Expurgate ergo vetus fermentum, vt ſitis noua cõſperſio, ſicut eſtis azymi, & cętera quę ſequũtur. Quòd ſi denuntiationem Euãgelicam (qua nulla res ſalubrior eſſe poteſt, & quæ nobis non tantum facienda ſuadetur, ſed pręcipitur) frequentaremus, & apoſtolica præcepta mordicus teneremus, rariores profectò in cœtu noſtro haberemus adulte- *Matt. 18.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Esa.52. Rom.2. rosraptores,homicidas,& id genº alios publicè criminoſos, propter quos blaſphematur nomẽ noſtrum inter gentes,& ſcandalizantur multi inter nos infirmiores.

Cur paſsim in omnes inobedientes excommunicationis cenſura diſtringi cœperit. Cap. 3.

1.Reg.17. IAmdudum verò cœpit excommunicatio in omnes inobedientes diſtringi:quòd quaſi peccatum hariolandi ſit: repugnare,& quaſi ſcelus idololatriæ,nolle acquieſcere.

Viſum excommunicationis in publice criminoſos in lucem reuocandũ. Cap. 4.

VSum ergo excõmunicationis,præſertim aduerſus publicè criminoſos,in lucem reuocari conuenerit: deinde poſt hac in aliis cauſis excommunicatio tantum in manifeſtè contumaces feratur.

Ex cõcil. Melden. & Aluer.c. nemo & c. nullus ſacer. 11. q.3.

Quid cauendum in decernenda excommunicationis cenſura. Cap. 5.

CAuebit autem in primis iudex,ne hanc,aliásve cẽſuras eccleſiaſticas,vel ex iniuſtis,vel ex leuibº cauſis,vel iuris ordine non ſeruato, vel ex odij fomite proferat vnquam.Quũ enim excõmunicatio pœna ſit, qua nulla maior eſt in eccleſia:nec ſit excõmunicãdus quis,niſi ꝓ peccato lethali,quòd anathema ſit æternæ mortis dãnatio:nec infligẽda veniat,niſi hisqui aliter corrigi nõ poſſunt,debebit Iudex nõ antè excõmunicare quẽpiã, quã cognouerit id vel cauſæ grauitatẽ,vel eius qui extra cõmunionẽ ponendus eſt,apertam cõtumaciã præcepto iuſto acquieſcere nolẽtis exigere.

Ex conci. Lugd.c. 1.de ſentẽ. excom. in.6.

Excommunicatos vitandos. Cap. 6.

Ex cõci. Anti. carthag. Arelaten. Bracharacen. Cap. cum oporteat. ca.inquiſitionem. par.tertiæ dubita.de accuſatio.

VOlumus autẽ vt hæc cẽſura ab omnibus(iure nõ tãtũ humano,ſed &diuino idipſum poſtulãte)timeatur:vtq; excommunicati in familiari conuerſatione vitẽtur, & à nemine recipiantur,quemadmodum antiquiſsima concilia ſub grauis reatus incurſu idipſum fieri præceperunt.

Non paſsim contra omnes delatos per Fiſcales inquirendum. Cap. 7.

PRocuratores noſtri Fiſcales aduerſus neminẽ inquirant niſi quẽ legitima ac frequẽs grauat infamia, non quidé à maleuolis & maledicis,ſed à ꝓuidis & honeſtis,iuſtitię zelo cõmotis,ſuborta:quã ſi non probauerint, cõdẽnentur ipſi,non autem inquiſiti in expenſis.Neque enim ſpecie aliquam æquitatis habet, quòd ab innocentibus abſoluti

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

solutis,quippiam expẽsarum nomine extorqueatur: alioqui calumnia &iniusta diffamatio,mercedem(quod absit)habe rent.Valeant ergo alij maleuoli delatores,depeculatores fa-mæ,ac reipublicę pestes.Neque enim ad petitionem eorum qui libellum infamationis porrigunt,in occulto inquirendũ est super criminibus in eodem descriptis: quum inquisitio fieri tantũ debeat super illis,de quibus clamores aliqui præ-cesserint.

Manifesti criminosi pro quæstu nequaquam ferendi. Cap. 8.

NOlumus autem,vt concubinarij,aut alij manifestè cri minosi vllo modo ℔ quæstu,aut pecuniæ emũgendæ causa ferãtur,tolerẽtúrque:aut vt pœnæ pecuniariæ ℔ criminib⁹ passim imponãtur,℔ res mali exẽpli sit,crimẽ pe-cunia redimere:sed reformationis nostræ cõstitutio,quę de officio Sigilliferi postrema est,seruetur.Quòd si interdũ vel personæ delinquẽtis,vel delicti qualitas pœnam pecuniariã imponi postulauerit, hæc in pios tantum vsus conuertatur, ne magis auaritiæ,quã correctionis causa exacta videatur.

Clerici grauissimorum criminum rei secundum canonicas sanctiones puniendi. Cap. 9.

CLerici in grauissimis criminib⁹ deprehẽsi,iuxta cano-nicas sanctiones puniantur.Expedit enim , vt publicè delinquẽtes &ecclesiã Dei scandalizãtes,publicè quo-que arguantur,& puniãtur.Quamobrẽ tales vel à nobis de-prehensi,vel extra territoria nostra per magistratus capti,ac nobis iuxta sanctiones canonicas traditi,dignam sui sceleris pœnã recipiaut.Quòd si tã graue fuerit,vt degradatione di-gnum sit,faciemus ipsos curiæ tradi seculari,ne clericali pri uilegio gaudeant,quo se per flagitia reddiderunt indignos. *1. Tim. 5.*

De testamentis insinuandis,approbandis ac exequendis. Cap. 10.

IN cõcilio Moguntino sancitũ est, vt hæredibus qui iussa testatorum nõ adimpleuerint,ab Episcopo loci illius om nis res quæ eis relicta est interdicatur , cũ fructibus & e-molumentis,vt vota defunctorũ adimpleantur.Quamobrẽ procuratores nostri.Fiscales in diœcesi nostra Colonien. ad-uigilabunt,vt Testamenta, maximè ecclesiasticarum perso-narũ,priuilegiis ecclesiæ nostrę maioris saluis,intra anni spa tium exequutioni mandẽtur:vtque intra idem tempus exe-cutores testamentorum legitimum calculum reddant.Quo rum etiam testamentorũ insinuationem approbationémq; *Ex conci. Mogũt.c. si hæred. de test.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

intra triginta dies à morte ſacerdotis peti volumus atq; obtineri niſi rationabilis cauſa longiorem dilationẽ expoſcat, in præmiſsis. Diſpiciet autem Sigillifer noſter, vt ſi quid in quempiam ſtultum aut iure prohibitum vſum temerè relictum ſit, in pium conuertatur.

Bona presbyteri ab inteſtato defunctis in piam cauſam conuertenda. Cap. 11.

VBi ſacerdos noſtræ diœceſis Colonien. mortuus eſt inteſtatus, bona ipſius, præter patrimonialia, quę hęredibus cedunt, deducto ære alieno, & funeralibus, in piã cauſam pro defuncti animæ ſalute conuertantur.

Portio quæ Archiepiſcopo ſoluitur, minime grauis. Cap. 12.

Cap. Officio. de teſta.

EA portio, quæ nobis vti Archiepiſcopo ſecundum rationem bonorũ (extra quæ tamen patrimonialia immobilia ſunt) deducta ære alieno ex more & ſpeciali cõuentione cũ clero noſtro inita debetur, nemini grauiſeſſe poteſt quòd maior Epiſcopo ſecũdũ canonicas ſanctiones portio, q̃ ea eſt, quæ ex remiſsione noſtra nobis ſoluitur, debeatur.

Iuramentorum facilis exactio in iudiciis refrænanda. Cap. 13.

Math. 5. MVltiplex illa & facilis iuramentorum exactio, quę in iudiciis eccleſiaſticis fit nobis ꝓbari nõ poteſt. Chriſtus inter perfectionis hortamẽta ponit & illud, vt in totum abſtineamus ab omni iureiurãdo. Quo colore ergo conſuetudo nunc paſsim iurãtiũ in omni negotio excuſari

Deute. 5. poſsit, nõ videm⁹, niſi aut grauitate negotij, aut neceſsitate. Crebris iuramentis rarò deeſt periurium, quòd grauiſsimè punit Deus. Quamobrẽ monemus Cauſidicos, ne tã faciles ſint in exigendis malitiæ ac aliis iuramentis. Compertum enim habemus, quoſdã eſſe tã malè Chriſtianos, qui in retã ſeria ludant, ac iuramenta interdum exigãt, quibus pręſtitis credere nolint. Ne dicamus quoſdam eò veſaniæ prolabi, vt iureiurandum exigant, quod malint ſuſpicari, præſtãdo violatum iri, quàm verè reuerẽtérq; adhiberi. Quo laqueo quis pernicioſior eſſe poteſt? Admonebit igitur Officialis noſter Cauſidicos, atque alios iuramenta exigentes, vt ea quę iudiciarij proceſſus ſolennitas neceſſariò non requirit remittãt, vtque memores ſint, eandem manere pœnam temerè exigẽtem, quæ manet fruſtrà præſtantem iuramentum.

Formula inquirendi hæreticos delineanda. Cap. 14.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

QVum hæreſum ac ſchiſmatum in præſentiarum plena ſint omnia, videbimur operæpretium facturi, ſi cõmunicato cum Inquiſitoribus apoſtolicis cõſilio, formulã quandam inquirendi iuri conſentaneam, ac tãtum negotium decẽtem, miniméq; captioſam, præſcribamus. Quãobrem ea de re noſtris iuriſperitis mandabimus.

DE VISITATIONE AC SYNODIS Epiſcopalibus Archidiaconalibúſque.

CAP. I.

QVum fruſtrà ſint in ciuitate leges, niſi & ſint qui eas exequantur: itidẽ inſtitutiones canonicas inefficaces & languidas eſſe oporteat, niſi ab Epiſcopo & reliquis (quibus ea cura demandata eſt, & quodammodo viua lex ſunt, qui in Euangelio nuncupantur ſal terræ) mancipentur effectui. Idcirco viſitatione per noſtram diœceſim Colonien. opus eſt, quam Deo authore per noſtrum in põtificalibus Vicarium ac ipſi adiunctos viros, pios ac doctos, quibus plenam dabimus in his ſpiritualibus ac eccleſiaſticis rebus ordinandi poteſtatem, aggrediemur, eodémque adiuuante Deo peragemus. *Mat. 5.*

Quo ordine viſitatio inſtituenda. Cap. 2.

EX ſuperioribus verò liquet plus ſatis, quo ordine viſitatio inſtituẽda ſit. Siquidẽ in primis ab eccleſiis noſtris metropolitana ac cathedrali inchoandũ. Dehinc ſingulæ collegiatæ ſimul cum monaſteriis & virorum & mulierũ inuiſendæ. Poſt hæc ad parochiales eccleſias omnes in noſtris ciuitatibus ac diœceſibus conſtitutas (vbi maxima cura opus erit) tranſeundum: ibi nõ ſolùm parochi, ſed alij etiam (quotquot ibidem commorãtur) ſacerdotes ac clerici aduocandi. Atque interim non prætermittendæ ſcholæ & bibliothecæ, vbi illæ reperiẽtur: ac poſtremo hoſpitalia pauperum diligenter perluſtranda erunt.

Quæ vbique corrigere oporteat. Cap. 3.

QVę vero oporteat vbique ſciſcitari ac inueſtigare quę corrigere ac repurgare, quæ ſtatuere ac ordinare, ſuperiores conſtitutiones abundè docent.

In primis reformandos eſſe Decanos. Cap. 4.

QVod ad cathedrales & collegiatas eccleſias attinet, prima cura erit in reformandis eccleſiarum prælatis,

A50 Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

maximè Decanis. Qui si cæci fuerint, cõsequitur necessariò, vt hi quibus ducatum præstant, simul in foueam trahantur ac cadant. Quod enim ab illis cõmittitur, facilè ab aliis trahitur in exemplum.

Inquietos & prælatis rebelles corripiendos. Cap. 5.

ET quoniam alicubi tanta est cleri dissolutio, vt prælatis, quantũuis bonis ac eruditis, neq; suus honor neq; authoritas seruetur, intendent Visitatores nostri animũ, vt inquieti corripiãtur. Qui corripi & obedire nolunt, censura ecclesiastica secundũ culpæ modũ percellãtur, donec resipuerint.

In monasteriis quomodo abusus percipiendi. Cap. 6.

IN monasteriis facilè percipiẽtur abusus, modò regulæ ordinis relegãtur, interrogentúrque qui illis præsunt, nõ illis scilicet simul cũ nostris cõstitutionibus per omnia satisfiat.

In visitatione parochiarum quid agendum. Cap. 7.

VBi ad parochias ibitur, debebit parocho ac populo paucis ante diebus aduẽtus Visitatorum significari, quo tum omnes expediti adsint, ac publicæ saluti intendant. Denique ea sacramenta ac munera quę per solum Episcopum administrantur, expurgati & præparati recipiant.

Habenda concio per Visitatores. Cap. 8.

NEc videbitur inutilè, vt Vicarius noster in pontificalibus, seu alius ex Visitatoribus nostris Theologus concionem ad populum habeat, eundémque de omnibus de quibus vtile videbitur, ex diuinis scripturis per Dei verbũ admoneat.

Interrogandus parochus, quo titulo ministerium gerat. Cap. 9.

INterrogandus deinde parochus, num ipse principalis rector sit, aut Vicarius mercenarius, an ordinaria authoritate admissus, nécne: Vbi Vicarius præest parochiæ, videndum quo priuilegio absit parochus principalis.

De vita moribus & doctrina inquirendum. Cap. 10.

DEinde inuestigãdum de vita, moribus, ac de doctrina quo pacto verbum diuinum disseminet ac sacramenta ecclesiastica administret, & num omnia calleat quæ ad officiũ suum spectant. Vbi vero minus fuerit instructus, eruditur maximè in his quæ ad dispensationem ecclesiasticorum sacramentorum attinent, præsertim pœnitentiæ. Subinde inquiratur, num in his deses aut negligẽs interdum sit: & num illi necessarius & honestus victus suppetat, seu digna

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſtipendia exoluantur. Nam ſi competens victus defecerit, ad eum modum (vti ſuprà diximus) procurãdus erit, aut ad nos referendum.

De habitu, tonſura ac reliquis externis videndum. Cap. 11.

VIdendum deinde de eruditione, habitu, tonſura, ac familiari conuerſatione: honeſtas familię exploranda, libri quoque omnes inſpiciendi, qui ſi nothi aut ſuſpecti erunt, auferendi ac tollendi ſunt.

Num hæreſis quæpiam ſerpat, diligenter inueſtigandum. Cap. 12.

INſuper inueſtigandũ erit diligẽtiſsimè, num in tota parochia vllus hæreticus aut ſchiſmaticus deliteſcat: num hæreſis aliqua ſerpat, atq; hic apponẽda ſecuris ad radicẽ, vt ſeducti p verbũ Dei in viã veritatis & eccleſiæ vnitatẽ reducantur. Qui contumaces fuerint, è cœtu cæterorũ tollantur.

Num agantur alia, quæ cum Dei & Eccleſiæ inſtitutis pugnent, diſpiciendum. Cap. 13.

PRætereà, num in parochia ſuperſtitiones, ſortilegia, diuinationes, atque alia id generis, quibus mẽtes à Deo viuo per diaboli fraudes ſeducuntur, exerceantur: nũ periuria blaſphemiæ, adulteria, & ſimilia crimina, ob quæ iratus Deꝰ in nos gladium iræ ſuæ vibrat, publicè committantur: num eccleſiaſticę cẽſurę contẽnantur: num ſint qui parocho obedire floccifaciant, qui ſacramenta eccleſiæ non participent: item, num feſti dies & ieiunia eccleſiaſtica ritè obſeruentur.

De puerorum inſtitutione, & hoſpitalium cura quærendum. Cap. 14.

DEin videndum quo pacto pueri inſtituantur, qui præterea ſint ſcholis præfecti. Hoſpitalium quoque cura haud prætermittenda.

Vitia quibus aſſueuerint parochiani, acriter corrigenda ac refrænanda. Cap. 15.

DE vitiis quibus parochiani vel maximè aſſueuerint, inquiſitio faciẽda, vt per Viſitatores verbo diuino ab his populus auocetur.

De officio parochi inquirendum. Cap. 16.

DEnique expiſcãdum, num parochus diuinum officium in eccleſia canendo, legendóq; ritè gerat: num ſacrum baptiſma, itidem ſacroſanctã Euchariſtiã cũ chriſmate ſecurè ac decenter cuſtodiat: nũ veſtes & reliqua ornamenta

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quibus in diuinis officiis vtimur, mundè asseruet: num ipse aut qui ecclesię prouisores appellantur, templum sartum tectum curēt: num sacris altaribus suus honos impēdatur: nū ruinis, domus parochialis occurrat: num de rebus ecclesiæ alienationes faciat. Atque his similia, quæ Visitatoribus nostris pro eorū circunspectione & prudentia facilè occurrent. Et ex constitutionibus nostris (quæ vbique pro loci ac personarum ratione rememorari debebunt) suppeditabuntur.

Synodus episcopalis anno bis habenda. Cap. 17.

Nicæ. c. 3 Anti. c. 20. Constan. c. 3. Chalcedo. c. 19. c. sicut olī. de accusat.

ET quoniam Visitationes istæ generales per singulas parochias absque magno sumptu singulis quibusq; annis frequentari haud possunt, saluberrimè sancitū est antiquissimis canonibus, bis ꝑ singulos annos in singulis ꝑuinciis Cōciliū fieri: Vt primū ante dies Quadragesimę habeatur, videlicet quo omnibus, si quæ sunt, simultatibus amputatis, mundum solenne Deo munus possit offerri. Secūdum vero agatur, ante tempus Autumni, in quo si communi omnium consensu rationabiliter comprobato, secundum ecclesiasticā regulā, duo vel tres animositate ducti per contentionem cōtradicant, obtineant plurimorū sententia sacerdotū.

Quid agendum in synodo episcopali. Cap. 18.

IN his ergo Conciliis, anno bis, de his omnibus apud metropolitanæ, cathedraliū, collegiatarū, monasteriorúmq; prælatos, & ꝑsertim Archidiaconos, ac quos vocamus Decanos rurales (qui vocati sunt in partem solicitudinis episcopalis) per Vicarium nostrum in pōtificalibus ac Officialem disquisitio diligens fiat. Et quæ ex illorum iudicio reformatione opus habere cōperientur, cōmuni cōsilio emēdentur.

De synodis Archidiaconalibus ac ruralibus. Cap. 19.

DEnique Archidiaconi, qui Episcoporum oculi dicūtur, ac Decani isti rurales in suis deinceps synodis, quæ sancita fuerint, in prouinciali seu episcopali Cōcilio publicabūt. Et ad eundem modum (qui in Visitatione præscriptus est) vitiis extirpādis ac virtutibus inserendis studeant, criminibus publicis, magis per pœnitentias canonicas, quàm pecuniæ exactione puniendis intenti.

Officiales Archidiaconorum, & Decanos rurales, viros graues esse oportere. Cap. 20.

QVod vt rectè ac prudenter fiat, Archidiaconis nostris incumbit, ne vllos in idoneos Officiales aut Decanos

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rurales deligãt aut admittãt: ſed ad has functiones viros tãtum aſſumant, cum doctrina præſtantes, tum vitæ innocẽtis, inculpatæque, qui nullius criminis labe notabiles officium ſuum irreprehenſibiliter exequantur.

Synodi archidiaconales antiquitatem quandam præ ſe ferunt.

Cap. 21.

EX vetutiſsima quadam inquirendorum criminum formula relictum eſt, vt Archidiaconi anno biſſextili circũeant, & peccata enormia emendent: quæ ſequitur in hæc verba: In Concilio publico ab Epiſcopo habito primitus iurare debent de villis ſingulis fideliſsimi quiq;, liberi & ſerui, tres vel quatuor, ſeu etiã plures, vt rei veritas omnino inquiratur. Iuramẽtũ autẽ illud huiuſcemodi eſſe debet: Quicquid in villa in qua habitat, veraciter ſciat, vel ſerio audierit actum cõtra fidem rectam & Chriſtianitatem, Epiſcopũ aut eius nuntium, quantum recordari poſsit & ſcientia ſubmini ſtra, non lateat. Poſt iuramentum verò Epiſcopus per ſingula numerare debet, quæ prius iuramento comprehẽdit, hoc eſt: Si vir ſuper vxorem ſuam, aliquam clanculo corrupit: Si cum duabus cognatis, ſiue mulier cũ duobus propinquis fornicata ſit: Si commatrem ſpiritualem aut filiolã ſuã ſtupro violaur: Si qua mulier partum ſuum necauit, vel cõceptum quocunq; modo excuſsit: Si quis cognatum ſuum voluntate aut cãu occidit, ſeu morbidum fecit, & necdum ad publicam pœnitẽtiam venit. Si mulier maritum ſuum, aut maritꝰ vxorem ſuam iniquo conſilio interemit: Si quis virum aut fœminam veneno, aut aliqua alia potione occidit, & qui hoc ſcilicet venno machinatur: Si ſciant diuinatrices vel augures, etiam illos, qui per incredulitatẽ illas inquirant: Si ſciant meretrices, quia meretrix appellatur, ſi vno contempto, cum aliis fornicatur licet nupta non ſit: Si illos etiam ſciant qui cum excommunicatis communionem habent: Si illos ſciãt qui cõuicti ſunt periurium perpetraſſe: Si & illos nouerint, qui loca Deo nondicata, contra fidem eccleſiaſticam colũt, & ad Chriſti eccleſias venire contemnunt: Illos etiã, ſi ſciãt, qui indictum ieiunium negligunt. Hæc omnia dum Epiſcopus habet recitata, iuratores per iuramentum cõmoneat, cæteros verò omnes nobiles & ignobiles, per bannũ Chriſtianitatis conſtringat, vt ſupradictas res minimè celent, acſi in die iudicij ante tribunal domini noſtri Ieſu Chriſti rei oc-

Cap. 1. de of. archi. Hũc canonem renarrat. B. Rhenanus in præmio. Tertulli.

152
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cultatione præfatarum rerum nefandarum inueniãtur. Hoc enim iudicet & per bannum cõteſtetur, vt nemo per illius timorem aut fauorem vel etiã amicitiam, præfata reticeat, veraciter ſcita. Neque per odium, neq; per inimicitiam vllam quicquã alicui irroget, quod veraciter nõ poſsit probare. Horũ aliqua ſi antea in preſentia Epiſcopali allata eſſent, eiúsq; iudicio terminata, & poſtea iterata, comperta fuerint, veluti initio referantur, & epiſcopali decreto conſtituantur.

Abuſus in ſynodorum Archidiaconalium ac ruralium obſeruatione. Cap. 22.

PRæſcripta quiẽ formula, quam antiquitatis cauſa retulimus, ſucceſſu tẽporis in abuſum, quod negare nõ poſſumus, deducta eſt, quod non fideliſsimi quique, ſed leues delatores, non qui veraciter ſciant, aut ſcio audiuerint, idq; probatis: neque vno tãtum, ſed pluribus, hisque fide dignis, minimeque maleuolis, ſed frequẽtius abſque omni dolo vel leues ac futiles vel inuidi ac rapaces, calumniatores diuitioni comperiantur aſciti. Quodque pro manifeſtis criminibus non canonicæ pœnitentiæ, ſed pecuniariæ potiſsimum mulctæ à delinquentibus fuerint exactæ, permiſsis interim delinquentibus, haud præter graue populi offendiculum, in publica ſcelerum infamia perſeuerare.

Inter viſitandum abuſus corrigendi. Cap. 23.

QVæ omnia magna correctione indigent, quam volente ac adiuuante Deo, inter viſitandum adhibebimus, nimirum curaturi, vt viris exploratæ virtutis tantum hoc officij delegetur.

Procurationem ſuo officio rectè fungentibus pedi, æquum eſſe. Cap. 24.

Ex cõci. Lateran.

HIs autem qui ſynodo præficiẽdi ſunt, ſumptus neceſſarios (quam procurationem canones vocant) per parochianos ſuppeditare iuſtum atque æquum eſt.

Ex conci. genera. c. cũ Apoſtolus. c. procuratio nes, de cẽſibus.

CAetera, quæ præſentis Concilij Decretis cõprehẽſa nõ ſunt, (ſunt autẽ pleraq; nõ minorẽ quàm ea q̃ correximꝰ, caſtigationẽ poſtulãtia) ea ſecidũ ſacrorũ canonũ cenſuram, partim in viſitatione, partim in futuris ſynodis epiſcopalibus, Deo dante emendare diligenter adnitemur.

CANONVM CONCILII PROVINCIALIS COLONIENSIS.

FINIS.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

REFORMATIO CLERI GERMANIAE AD CORRECTIONEM vitæ & morum, ac ad remouendos abusus.

LAVRENTIVS MISERATIONE DIVINA *Tituli S. Anastasiæ sanctæ Romanæ ecclesiæ presbyter Cardinalis, per vniuersam Germaniam ac Hungariæ & Bohemiæ, Poloniæq; regna, & quæcunque alia loca, quæ nos declinare cõtigerit domini nostri Papæ, & Apostolicæ sedis Legatus ad perpetuam rei memoriã.*

EX Legationis officio à sede apostolica nobis cõmisso obligamur, vt circa statũ personarum ecclesiasticarũ sub finibus nostræ legationis cõsistentiũ in melius reducendũ ꝑpensius cogitemus, vt quę in eis sanctorũ patrũ decretis & ordinatione deuiare perpẽdim⁹, ad debitã reformationis normã dirigẽtes, eis opem & operã adhibeam⁹ efficaces. Nuper siquidem cum sanctissimus dñs noster Clemens Papa 7. cum pro pastorali suo officio, tũ pro ea affectione, qua inclytã nationem Germanicã paternè prosequitur, intellectis ei⁹ fluctuationibus, hæreticorũq; impietate in dies crescẽte, nos ad vniuersam Germaniam suum & apostolicæ sedis Legatũ delatere miserit, nõ aliam ob causam, quàm vt trãquillitati prouinciæ, & saluti animarum, quæ periclitantur ob dictam nuper natam impurissimã omnis hæreseos sentinã, cõsulat. Quod onus licet humeris nostris impar, eiustamẽ pręceptis &mãdatis obedire (vt tenemur) volentes, freti Christi fauore, seruatoris nostri (cuius negotium agitur) subiuimus. Nihil hic prorsus nostris viribus tribuẽtes, aut præterea cupientes, quàm quod ad mun⁹ hoc fœliciter implẽdum attineat. Cumque aliquot mensiũ experientia multa collapsa, & prętер omnem opinionem difficultatibus plena perpẽderimus, cũ sereniſsimo Ferdinãdo, Hispaniarum principe, archiducce Austriæ, Imperiali locum tẽnẽte generali, communicatis consiliis, concordi sententia particularem conuentũ in ciuitate Ratisponæ cõuocare decreuimus, In quo vnà nobiscum interfuerũt præfatus sereniſsimus princeps & archidux, Reueren. Matthæus S. Romanæ ecclesiæ tituli sancti angeli presbyter Cardinalis, archiepiscopus Saltzburgen. ac illu-

A53

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſtriſsimi IVVihelmus & Ludouicus Palatini Rheni duces in ſuperiori & inferiori Bauaria fratres germani, venerabiles in Chriſto patres Bernardus Epiſcopus Tridentin. Ioannes adminiſtrator eccleſiæ Ratiſponen. Palatinus Rheni dux Bauariæ, ac nuntij ſiue Oratores omnes, cum pleno mandato venerabilium in Chriſto patrum & illuſtriſsimorum principum Vigandi Epiſcopi Bambergen. Georgij Epiſcopi Spirē. Palatini. VVilhelmi Epiſcopi Argentinē. Chriſtophori Epiſcopi Auguſten. Hugonis Epiſcopi Conſtantien. Chriſtophori Epiſcopi Baſilien. Philippi Epiſcopi Friſingē. Palatini Rheni ducis Bauariæ: Erueſti adminiſtratoris eccleſiæ Patauien. ac Palatini Rheni ducis ſuperioris & inferioris Bauariæ, & Sebaſtiani Epiſcopi Brixien. cum quibus pluribus hinc inde in diſcuſsionem allatis, & præcipuè quibus conſiliis quibuſque modis præfatæ nationi Germanicæ periclitanti conſuleretur, paribus ſententiis receptum fuit, hāc perditiſsimam hæreſim rudi populo plauſibilem, ob libertatem illi falſò perſuaſam prætextu Euangelicæ libertatis non paruam habuiſſe occaſionem, partim à perditis moribus & vita clericorum, partim ob non diutius diſsimulandum ſacrarum ſanctionum eccleſiaſticarumque conſtitutionum abuſum, & perinde non parum momenti fore extirpandæ hæreticorum, & eorum ſequacium ſectæ, vt clerici ad honeſtatem vitæ moresque ſuos illos quos Diuus Paulus exigit & præſcribit debita cenſura reducti abuſuſque laicos male offendentes ſublati fuerint. Itaque habitis maturis deliberationibus, & piis cónſiliis præfatorum Ferdinandi principis, Cardinalis, ac Ducum & Epiſcoporum atque nuntiorum ſuorum, infra ſcriptos ſalutares aliquot tam neceſſariæ reformationis ſacerdotum, presbyterorum, religioſorum & clericorum modos præſcribere, ſtatuere, ſancire, atque edere neceſſarium duximus. Quocirca authoritate apoſtolica qua fungimur in hac parte ſtatuta & ordinationes per nos (vt præfertur) edita ab omnibus & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, abbatibus, prępoſitis, decanis, archidiaconis, & aliis perſonis in eccleſiaſtica dignitate conſtitutis, ac parochialium eccleſiarum, aliorumque beneficiorum eccleſiaſticorum rectoribus, presbiteris, religioſis, & clericis in vniuerſa Germania reſidentibus, prout eos & eorū quamlibet reſpectiué tangit aut tangere poterit in futurum perpetuis futu-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ris temporibus inuiolabiliter obſeruari volumus. Decernẽtes irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Et nihilomin⁹ vniuerſis & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, abbatibus & aliis perſonis in eccleſiaſtica dignitate cõſtitutis, necnon metropolitanis & aliarum cathedralium eccleſiarũ canonicis, ipſorúmque Archiepiſcoporum & epiſcoporum Officialibus & vicariis generalibus per præſentes cõmittimus & mãdamus, quaten⁹ ipſi & eorum quilibet, ſi & poſtquàm pro parte illorũ, quorum intereſt, aut in futurum intereſſe poterit, fuerint requiſiti, ſtatuta & ordinationes huiuſmodi, & horum ſingula inuiolabiliter obſeruari faciant, Contradictores per cenſuras eccleſiaſticas & alia iuris remedia capeſcendo, inuocato ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis, nõ obſtante conſtitutione fœlicis recordationis Bonifacij papæ. 8. qua cauetur, ne quiuis extra ſuam ciuitatem & diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis vltra vnam diætam à fine ſuæ diœceſis ad iudicium euocetur, ſeu ne iudices à ſede apoſtolica vel eius authoritate deputati, extra ciuitatẽ & diœceſim in quibus deputati fuerint, cõtra quoſcũque procedere, aut alij vel aliis vices ſuas committere preſumant, & in cõcilio generali de duabus diætis, & perſonis vltra certum numerum ad iudicium nõ vocandis, & aliis cõſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcũque. Verum quia difficile foret, præſentes literas ad ſingula loca, ad quæ expediens fuerit, deferri, volumus, & authoritate apoſtolica decernimus, quòd tranſumptis præſertim literarum manu notarij publici ſubſcriptis & ſigillo alicuius perſonæ in eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, ea fides adhibeatur: quæ eiſdem originalibus ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ, adhiberetur. Et vt huiuſmodi ſtatuta & ordinationes ad ſingulorum notitiã deducãtur, vniuerſis locorum ordinariis authoritate apoſtolica præfata in virtute ſanctæ obedientiæ mãdamus, quatenus ſtatuta & ordinationes huiuſmodi, per ſe vel alium ſeu alios in eorũ eccleſiis vel ciuitatibus publicẽt, ſeu publicari faciãt quæ poſt publicationem ipſam, eoſdem quorũ intereſt, aut intereſſe poterit, deinde arctent, ac ſi eis perſonaliter intimatæ eſſent aut intimarentur. Tenor vero ſtatutorum & ordinationum prædictarum ſequitur, & eſt talis.

154

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Quod nemini prædicare liceat, niſi per epiſcopum admiſſo, cuius eſt verbo dei ſeminando eos adhibere, quos probauerit eſſe doctos, modeſtos & pios viros. Cap. 1.

CVm potiſsimum anima verbo quod ex ore Dei procedit, viuat, id autem nec paſsim nec ab omnibus expediat prædicari, admonente Apoſtolo, qui inquit: Quomodo enim prædicabunt, niſi mittantur? Ideo ſtatuimus & ordinamus, vt non liceat cuiquam, etiam religionem profeſſo, & quomodolibet exempto, euangeliũ docere, niſi ab Ordinario vel eius vicario tam moribus, quàm doctrina probatus fuerit, facta fide per patentes literas, quæ præter notarij mercedem gratis prorſus concedãtur. Miſsi itaque atque probati euangelicum negotium tractabunt rectè, ſobriè, & purè, loca quæque recondita magis & abſtruſa, intellectúq; difficilia, nõ ad nouum & adulterinum ſenſum, ſed iuxta ſanctorum patrum, & ab eccleſia receptorum doctorum, præcipuè Cypriani, Chryſoſtomi, Ambroſij, Hieronymi, Auguſtini, & Gregorij exponant & interpretẽtur. Omni etiam ope ſtudeãt, ne pro veris ſomnia & anilles fabellas, pro certis dubia, pro receptis apocrypha, & iamdudum exploſa damnatáque ab orthodoxa eccleſia tradãt vel depromant, idque omni modeſtia, ne vnquã eos ad conuitia iniuriáſque delabi cõtingat, locusque ille cum populi offendiculo dehoneſtetur. Itaq; Ordinarius aliquot excellenti doctrina præditos conſtituat, qui per diœceſim inquirant, qui ſint ad Euangelicam doctrinam idonei diſſeminandam, quique ad impias nouitates & perfidiã aliquam non deflectãt, vt remedia adhibeantur, quo populus rectè inſtituatur in Chriſtiana lege, & ab ea deficiens, ne ſecũ alios trahat, debitè coërceatur, cultus diuinus obſeruetur, peragaturque his modis & ritib⁹ qui per manus ſanctorum patrũ nobis traditus, & per maiores noſtros obſeruatus eſt in ſacrificio altaris, officiis defunctorũ, canonicis horis, cæteríſque diuinis laudibus atque cæremoniis.

Quod clerici morum integritatem, clericali quoque habitu ac tonſura ornare debeant. Cap. 2.

HInc hortamur atque monemus omnes & ſingulos qui ſacris initiati ſunt, vt viuant vitã, quã profeſsio exigit, & Chriſtus requirit, inquiens: Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt, cũ veſtituhoneſto incedãt,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quẽ Paulus alibi præscripsit. Quapropter singulari cura intendat quisque prælatus, ne hi quibus præest in sacris ordinibus constituti vestes varij coloris velut virgatas & fimbriatas deferant, sed longis atque talaribus vtantur: nulla arma induant, nisi itinerantes: barbam & comam non nutriãt, coronam & tonsuram deferentes, tum summopere curãtes, ne quem laicorum indecentia vestitus offendant, vt sacris canonibus cautum est.

Vitandæ clericis tabernæ, scenæ, ludi, omnisque leuitas. Cap. 3.

INsuper tabernas publicas euitent, nisi eas peregrè profiscentes ingredi oporteat, & tã inibi quàm domi & alibi à crapula, ebrietatibus, omniq; ludo à iure prohibito, blasphemiis, rixis ac aliis quibuscunque excessibus & offensionibus penitus, abstineant, choreas, spectaculáque & cõuiuia publica vitent, ne ob luxum, petulantiamque eorum nomen ecclesiasticum male audiat.

Interdicitur clericis cauponaria ac mercatio. Cap. 4.

CVmque secundũ Apostolum, nemo militans Deo, sese negotiis secularibus implicare debeat. Nemini liceat contra prouincialia statuta & synodalia domi suæ tabernã cõpotandique locum aperire laicis, quoniam nõ raro sequi solẽt ebrietatẽ, rixæ, cædes, & multa hoc genus scelera, quæ sacerdotalem polluunt dignitatem. Præterea negotiationibus mercimoniisque more mercatorum abstineant.

Vt parochi oblationibus ac iuribus suis contenti, subditis nihil superflui oneris imponant. Cap. 5.

SAcerdotes autem curati, quique vicẽ eorũ referunt, subditos in remediis & aliis parochialibus vltra ea quæ sibi de iure debentur, non grauent, vltráque depositionẽ, eos ad pactiones Septimi, Tricesimi, vel Anniuersarij peragi faciendas non cogant tum præter oblationes festis solẽnibus fieri solitas, cùm illa pro arbitrio fieri debeant, aliàs inuitis non exigant.

Vt parochi pro necessaria sacramentorum administratione, quod de cõ suetudine voluntarie offertur recipiant, nihil verò extorqueant. Cap. 6.

DE sepultura quoq; ac administratione sacramentorũ, aliisq; spiritualib⁹ pacisci, aut aliquid ab initio exigere nemo possit aut debeat, & ꝓpter eiusmodi à parochia

155
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nis neglecta cuiquam non liceat aliquot sacramentorum delegare, neque propter debita quẽpiam ab ecclesiastica sepultura prohiberi, parochialia tum iura quæ vsus recepit & debetur altari seruienti, per prædicta non abrogamus.

Consuetudo per quam plus iusto onerãtur subditi, authoritate episcoporum vel magistratus moderanda. Cap. 7.

CVm autem in diœcesibus non sit eadem cõsuetudo & inter subditos & pastores multa & varia emergãt dissidia, pastoribus quibusdam plura exigere propensis. Subditis vero ob penuriam & egestatem reclamantibus & recusantib⁹, ordinamus quòd quilibet Ordinarius infra sex menses post prẽsentiũ publicationẽ omnibus perpensis, benéque & sufficiẽter examinatis super prædictis actram legẽ ordinationemque vnà cum principum, aut dominorũ secularium consilio, quos ista negotia tangunt, constituat, ne viduę pupilli, & alij pauperes nimiũ vltra vires iniustè grauẽtur, ꝙ nos si neglectũ fuerit, si in prouincia adfuerimus, vel successor noster habita plena de his informatione, facturos pollicemur, aut rem ipsam sanctissimo domino nostro relaturi sumus, qui huic rei prospiciendæ iudices deputabit.

Quod oporteat clericos esse temperantes, & non miscere cum laicis cõuiuia, ne funeralia quidem aut fraternitatum.

Cap. 8.

COnuiuia presbyterorum, quæ in exequiis & fraternitatibus publicè in tabernis hucusque exhibita sunt, prorsus abrogamus, quod plerunque laicis sint scãdalo. Si autem conuiuium vel consuetudo vel locorũ distãtia exiget, fiat illud in domo sacerdotis, honestéque, non ad luxum, sed ad necessitatem instruatur. Siquidẽ neque comessationi, neque compotationi vacandum est sacerdotibus, quum quod non audiant, quorum Deus venter est, tum quòd officij eorum est & sobriè & castè pro peccatis Deo dona sacrificiaq; offerre.

Parochis datur potestas occultos peccatores gratis absoluẽdi præter hæreticos, homicidas, & excommunicatos qui cum publicis peccatoribus remittendi sunt ad eos quibus absolutio reseruata est.

Cap. 9.

POrrò ne ipsi videãtur pecuniæ aucupium magis quàm salutis animarum studium amplecti, dũ laicos grauiora delicta cõfessos hinc inde remittũt, nõ sine famę rerũm-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

que dispẽdio, Constituimus & ordinamus, vt deinceps quilibet confessor absoluere possit laicos contritos & confessos, a quibuscũq; peccatis occultis, quantumcunque grauibus & enormibus, quæ Ordinarij suæ authoritati reseruauerãt, exceptis duntaxat homicidis, hæreticis, & excõmunicatis ad episcopum vel eius vicariũ mittẽdis. Quo autem ad clericos, nihil quo ad hoc statutum intelligatur innouatum. Pro condonatione autem & remissione peccatorũ, quam absolutionem vocant, nihil omnino ab inuito exigant.

Ne prælati animarum curam indignis & sub vili stipendio locent. Cap. 10.

SAncimus quoque iuxta Apostoli sententiam, quæ dicit, Nemini citò esse manum imponendã, ne cui temerè cura animarum committatur. Itaq; probetur prius per Episcopum vel eius Officialem, etiam religionem professus, nec liceat vlli vicarium ecclesię & plebis suæ sufficere, illam ve locare, siue emolumentũ quod absentiæ nomine recipiet constituere, sine authoritate episcopi aut vicarij. Nã cum os boui trituranti non sit alligandum, Episcopi vel officialis arbitrio eiusmodi emolumenta locationum & absentiarum monderanda censemus.

Gaudere non debẽt clerici de ecclesiasticis beneficiis, quorum prædia & domos non restaurant. Cap. 11.

DOmos quoque fundosqúe dotales beneficiorum collapsos instaurent possessores quãtum necessitas postulauerit, reparataque in debita structura conseruent, & p Archidiaconos & Decanos rurales, ac alios, ad quos de iure vel cõsuetudine spectat, vbi negligẽtes fuerint p subtractionem prouentuum authoritate nostra arctius compellantur.

Non debent animarum curæ præfigi religiosi, sed ad regulæ (quã professi sunt) obseruantiam compelli. 12.

EXpresse cauentes ne cura ecclesiarum, beneficiorumq; concedatur religionem quamcunque professis, etiam exemptis, quòd si aliqui hactenus admissi vel recepti essent, nisi de voluntate fauoréque superioris sui, legitimisque causis constiterit, extra sua monasteria degere nequaquam sibi integrum fore putent, quando illos sic vagos per Ordinarios vel vicarios ad superiores suos, per victus denegationem, aut alia iuris remedia remittendos esse iubemus.

156
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Licebit pauperi conuentui cuilibet, ſuæ eccleſiæ diuiti tantum coherenti præficere religioſum probatum prius & admiſſum per epiſcopũ ſed ne ad ſacros quidem ordines, aliỳ quàm tales promoueri debent.

Cap. 13.

MOnaſteriorũ prælati vnitas eccleſias habentes, prędictos vicarios perpetuos, vel ad nutum amouendos in eiſdem eccleſiis in poſterũ nõ conſtituant, niſi priusp Ordinarios aut eorum vicarios vt idonei & apti fuerint admiſsi, eccleſiæ tamẽ ſuis monaſteriis vnitę, vſq; adeò ꝓpinquę quod religioſi earundẽ curam habituri ſub religione, in monaſterio, ſub debitáq; obediẽtia ſtare poſſent, modo ſint habiles & idonei, ꝓ huiuſmodi religioſos prouideri poſsint: id quoq; permittim° de monaſterio quod tã tenuè eſt, vt debitam ſuſtentationem habere nequeat, volẽtes religioſos & qualitercunque exemptos curata beneficia habẽtes Ordinario loci eſſe ſubiectos. Cumq; in eccleſia Dei magis pręſtet paucos bonos & doctos quàm plures indoctos & imperitos habere miniſtros, id quod ratio noſtrorũ temporũ exigere videtur. Idcirco deinceps non initiẽtur ſacris ordinibus, niſi viri morum, vitæ candore, & doctrina præ cæteris ſpectati probatiq́ue per teſtimonium examinis ritè ſeruandi.

Extra diœceſim ordinati ſine Ordinarij authoritate ac literis teſtimonialibus ad diuina non admittantur. *Cap.* 14.

QVod attinet ad Ordinarios in vrbe vel in alia quacũque aliena diœceſi, ſancimus, vt & illi ſuarum ordinationum literas & titulos oſtẽdant. Et ſimili modo ad diuina peragenda prius non admittãtur, quàm ab epiſcopo vel vicario ſeu Officiali fuerint ritè admiſsi.

Sacerdotes in libidinem effuſos, & nephario concubinatu pollutos pœnis ac cenſu in eccleſiaſticis coercendos. *Cap.* 15.

PRæterea cũ nihil æque conueniat omnibus numeris, ac eos eſſe mundos, qui vaſa Domini portãt, & in ſacrario operãtur, quales ſacerdotes cõſtituit ipſe Dominus: qui quotidie ſacroſancta tractant, & in illis verſantur. Igitur volumus, atque iuxta ſanctiones canonicas fœliciter à diuis patribus inſtitutas ſancimus, vt caſtè, continentérque viuant. Sacerdotes concubinarij, incontinentérque vitam agentes. Canonum pœnis in ordinem redigantur, nulla conſuetudine eis, nulla conniuentia, imò damnoſa prælatorum negligẽtia patrocinante.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Stationarios qui eleemosynam pacti sunt, prohibendos, qui vero integra fide colligunt, non admittendos nisi sub testimonio ordinarij.

Cap. 16.

QVo verò ad quæstores, qui vulgò Stationarij appellãtur, statuimus: ne quis quauis authoritate & literarum occasione, vel ad prædicandum, vel subsidia eleemosynásque colligẽdas se ingerat, vtcunque se iactet indulgẽtiis abunda re, nisi prius literę admissionis & approbationis Ordinariorũ vel vicariorum ab eo prolatæ fuerint, adstringentes ipsos ordinarios vt tales admittãt, qui probatæ vitæ testimonium habeãt. Et de prædicatione sua dum opus erit rationem red dere possint, eleemosynis, piorúmq; oblationib⁹ nõ abusuri per luxum proprium, religione iusiurãdi affirmaturi, se nec quotam nec totam colligẽdi facultatem certa summa pecuniarum pactos esse. Fratribus tamen mẽdicãtibus integras, saluásque concessiones à sede apostolica factas relinquim⁹.

Vagos sacerdotes non tolerandos vltra mensem, nisi cum testimonio ordinarij vnde discesserunt, eiúsque cuius diœcesim intrarũt admissione.

Cap. 17.

ET vt pastor agnoscat vocem ouis & illa vicissim vocẽ pastoris audiat, tollatúrque omnis vagandi occasio, Ordinamus, quòd presbyteri peregrini & ignoti ad Missarũ sacrificium nõ admittantur, nec vltra mensis spatiũ in cõsortio presbyterorũ tolerentur, nisi exhibeant literas admissionis alterius ex Archiepiscopis vel episcopis, in cuius diœcesim se transtulerint, ac documenta & literas testimoniales sui ordinarij à cuius diœcesi proximè discesserũt, quibus de eorum ordinibus & honestate constet, ne aliquis incorrigibilis post perpetratos excessus impune ad aliam diœcesim transeundo euadat.

Seruandas in ærario templi pecunias templo dedicatas, nec erogari debent, nisi accedente ad voluntatem præfectorum ærarij, Rectoris quoque consensu. Cap. 18.

VT autem Christi fideliũ eleemosynæ in vsum pro quo erogantur vertantur, non liceat procuratoribus seu vitricis fabricariũ in singulis ecclesiis quicquã de pecuniis ad fabricã proueniẽtibus distribuere, aut in ædificiorũ vel alteri⁹ rei vsum dispẽsare, sine rectoris scitu: sed ad armaria fabricæ reponãtur, vt hactenus seruatũ est: duabus vel tribus clauibus pro loci consuetudine tenendis, quorum vna

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ipſi rectori ſeruãda tradatur, obſeruato vſu in clauib⁹ & ratio nib⁹ reddẽdis à principib⁹ & ſuperioribus hacten⁹ recepto.

Epiſcopi debent ſuis vicariis, & qui ipſi epiſcopi ſunt, ita prouidere, ne cogantur contra epiſcopalem dignitatem quæſtui ſeruire.

Cap. 19.

STatuimus quoq; & ordinamus, ne Epiſcoporũ in põtificalibus vicarij in conſecrãdis eccleſiis & altaribus, quod ſacri iubent Canones, quicquam omnino exigãt, excepta procuratione. Conuenit nanque vt pro qualitate ſtatus ipſorum epiſcopi proſpiciant, præſtãdo præcipuè põſiones ſuper fructibus menſæ epiſcopalis à ſede Apoſtolica cõſtitutas, ne aliquid attentare habeant in dedecus epiſcopalis dignitatis.

Rediguntur dies feſti in numerum, cæteri ita abrogantur, vt nihilominus peragantur diuina. *Cap.* 20.

NEc ab re, imò iuſtis de cauſis adducti, feſtorũ multitudinem conſtringendã eſſe duximus. Statuentes & ordinantes, vt de cætero Dominica dies, quæ in gloriam dominicæ reſurrectionis ad nos vſq; à primitiua eccleſia maximè celebris ſemper habita eſt: dies quoq; Natiuitatis Chriſti, ſancti Stephani, Ioannis & Innocentum, Circũciſionis, Epiphaniorũ, Paſchæ, cum feria ſecunda & tertia duntaxat, Aſcenſionis, Georgij, Pentecoſtes, cum feria ſecunda & tertia duntaxat, Corporis Chriſti, & præſertim quatuor beatæ Virginis, Purificationis, Annunciationis, Aſſumptionis & Natiuitatis, Natalia apoſtolorum, Ioannis Baptiſtæ, Magdalenæ, Laurẽtij, dedicationis, Michaëlis, Omnium ſanctorum, Martini, Nicolai, & Catherinæ, celebres quoque & feſti habeantur. In cæteris autem feſtiuitatibus, quacunque ratione vel inſtitutis, vel receptis, & quæ ſub præcepto celebrari debeãt permittimus, liberúmq; cuique facimus, vt Miſſa audita, ad operas ſuas, quibus ſuam ſuorúmque alimoniã quærere cogitur, redire poſsit. Feſtis tamen dedicationum, patronorum & principalium nihil derogãtes, quo ad eorũ celebrationem in cathedrali ſede, ciuitatéque ac loco etiam Epiſcopalis reſidentiæ duntaxat.

Quibus diebus interdicta ſit nuptiarum celebritas, & quatenus ieiunium plebi ſit imponendum. *Cap.* 21.

CVmq; in certis locis & diœceſibus inter paſtores & gregem propter nuptiarũ celebritatem, quam alij intronizationem, alij ſolennizationem vocare ſolent, multa & iurgia

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& scãdala eueniant, declaramus & statuimus, quòd matrimonia in conspectu ecclesiæ possint solennizari, nullo ab Ordinario ad hoc cõsensu petito, aut quapiam re pro eo exposita. Exceptis tamen tota Quadragesima, vltima hebdomada Aduentus festis Paschę, Pentecostes, & Natiuitatis dominicę, cũ octauis, ac diebus Rogationum. Ieiunia quoque ab ecclesia instituta sub debito obediẽtiæ sanctæ Ecclesiæ catholicæ in posterum indici debent, omisso excõmunicationis verbo, ne infirmorũ conscientiæ offendãtur, cum his temporibus pietas penè omnis iaceat, sacerdotibusque parum deferatur.

Quod cædis clerici authores tantum diuinis excludere debeat.

Cap. 22.

VT igitur & extinctus cultus excitetur, populusque non fiat in dies negligẽtior, statuimus, vt propter cædẽ clericorũ, persona tãtũ, nõ autẽ locus interdicẽdus veniat, nisi cœtu concursuque populari facinus patratum esset.

Quod episcopi non debeant clericorum bonis inhiare, qui legitimos hæredes aut successores relinquunt.

Cap. 23.

INhibemus insuper, ne in posterũ Episcopi clericis legitimis ab intestato decedẽtibus, in patrimonialib⁹ bonis, aut industria propria acquisitis, succedere possint aut debeãt.

Quod secularis potestas capere possit apostatas, debet tamen ordinario tradere, cuius erit in ipsos animaduertere. Quódque non liceat episcopis pensionum aut absentiarum decimas extorquere.

Cap. 24.

CVmque quotidie ob nouas, imò iam olim dãnatas hęreses apostatarũ numerus tam religiosorũ quàm sacerdotũ in immensum crescat, quamplurimis eorũ vxores ducentibus. Vt ergo sacrilegia hæc impunita non remaneant, concedimus quibuscũque principibus, statibusq; potestatis secularis', eorumq; Officialibus facultatẽ, vt eiusmodi apostatas & sacrilegos capere possint, modò reos ipsos Ordinariis infra tẽpus debitũ tradãt & assignẽt absq; aliqua in eos tortura & animaduersione debitè puniẽdos: quib⁹ enixè mãdamus, vt omni posita mora fauoréque diligẽtius quàm hactenus factũ fuit, iuxta sacras sanctiones, omnino puniant facinorosos, adeò quòd criminis enormitate expostulante, possit episcopus seruata forma capituli primi de hęreticis in sexto, reum curiæ seculari relinquere, vel ad perpetui carce-

158
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ris ærumnam damnare:Negligẽtia autem ordinariorum ad Apoſtolicam ſedem deducta,iudices eccleſiaſtici ab ea deputabuntur,qui conſtito de ordinariorum negligentia ad preces principum aliorúmque ſecularium reos maximè hæreſeos meritis pœnis afficient. Quod iam epiſcoporum quidam,vt accepimus, de beneficiorum penſionibus atque abſentiis decimas exigant,cùm ſit id cõtrarium iuri,longéque præſtet malè inductos vſus delere quàm inuſitatũ quid admittere. Idcirco decimas eiuſmodi vlterius exigi, ſoluíque interdicimus,vſúmque talem qualitercunque receptum caſſantes,caſſatúmque eſſe cenſentes.

Quod non liceat epiſcopis beneficiorum fructus immodicè ac auarè clericis ſurripere. Cap 25.

ITem improbamus,& vt abſonũ prorſus reiicimus ab epiſcopis medios exigi fructus de beneficiis,quę vnius ſuſtẽtationi vix ſufficiunt,vt ſunt quæ non excedunt valorem triginta duorũ Rhenẽſium,de quibusin Romana curia medij fructus non exiguntur. Quod etiam ab ordinariis obſeruandum eſſe præcipimus,niſi concordatis aliter cautum eſſet,vel honeſta ratione aliquid,ſine tamen reprehẽſibili grauamine,accipiant.

Archiepiſcopi debent prouincialem ſynodum omni triennio conuocare. Cap. 26.

CAeterũ quo maior fiat cõiunctio,firmáq; magis inter prouinciales totius prouinciæ ſtabiliatur cõcordia, antiquũ morẽ ſynodorũ innouantes ſtatuimus,vt ſingulo triennio poſt Paſcha prouinciale Concilium celebretur.

Qui recuſat altari ſeruire, non debet de altari viuere. Cap. 27.

AD hæc cùm beneficia propter officia iuxta patrũ ſanctiones dari conſueuerint,fieriſque vix poſsit,vt in tãta præbendatorum caterua non reperiatur,qui officij oblitus,horas negligat canonicas. Hinc ſtatuentes volumus& ordinamus,vt locorũ Ordinarij per Archidiaconos & Decanos de huiuſmodi ſacerdotibus negligentibus ſeſe diligẽter edoceant,& ſecundũ vniuſcuiuſq; negligẽtiam atque deſidiã fructus perceptos vel in vtilitatem eccleſiæ,vel in vſum pauperum vertãt. Quòd ſi poſt legitimas monitiones, & ſimul primam correctionem in eandem negligentiam (quę diſſolutæ prorſus mentis indicium eſt) quis relabatur tum bene-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ficio etiam eccleſiaſtico priuetur, collatoriq́ue vel patrono de alio idoneo prouidendi aut præſentandi ſit poteſtas.

Qui ſacramentorum communionem in totum neglexerint, ſepultura debent aſinorum ſepeliri. Cap. 28.

SAnctionem patrum qua eccleſiaſtica ſepultura priuatur quiſquis nõ confeſſus, nec Euchariſtiæ Paſchali tempore communionem ſumpſerit, inuiolabiliter obſeruandã eſſe ſtatuimus, ac vbi quem contigerit inopinata more obire incõfeſſum ſepultura prędata illum carere nõ volumus, modò ipſius Curato conſtet vel doceatur ipſum ſecundum iam dictam ſanctionem cõfeſſum eſſe & ſimul communicatum, aliúdque non obſtet canonicum impedimentum.

Non committendum vt relinquatur impunita blaſpemia. Cap. 29.

AD tollendum execrabilem blaſphemiam diuini nominis atque diuorũ quostẽnere fas non eſt: Statuimus & ordinamus vt quicũque clericus vel ſacerdos Deo palàm male dixerit, conuitiis, cõtumeliiſq; atq; adeò obſcœnis verbis inceſſerit Deum & dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, aut nunquã ſatis laudatam matrẽ eius glorioſam Virginem pari blaſphemia lingua impetiuerit, alióſque ſanctos blaſphemauerit, fructum vel bonorum priuatione, ſeu aliis pœnis, pro qualitate blaſphemiæ & delicti plectatur.

Seruanda quæ aduerſus ſimoniacos ſacri canones decernunt. Cap. 30.

COntra ſimoniæ labẽ nõ diſcedimus à patrũ ſanctionibus, iubentes eas ſub pœnis in illis cõtentis obſeruari.

Diuinatores, hæreticos & fidei dilaceratores non modo vitandos ac reſcindendos, ſed ſeuera quoque animaduerſione plectendos. Cap. 31.

IN ſortilegos, diuinaculos, incantatoréſque clericos, quos tam ſacræ leges quàm patrũ decreta execrãtur, ſtatuimus & ordinamus, vt arbitrio ſuperiorum infamia notẽtur: ſi qui moniti non deſtiterint ordine amoueantur, inque monaſterium ad tempus arbitrio ſuperioris relegantur, beneficiis officiiſq; ſuis eccleſiaſticis priuati. Cæteri autem pſeudochriſtiani de fide parum probè ſentientes citrà delectũ perſonarum: Hæretici quoque vel Iudaiſmum referentes, à ſancta Chriſtianorum congregatione procul arceantur, contráque eos diligenti inquiſitione procedatur per ordinarios vel

159
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eorundem vicarios,aut hæreticæ prauitatis inquiſitores, vel per iudices à ſede apoſtolica vel per nos deputandos,vt non reſipiſcentes pœnis puniantur debitis.

Vt ſacerdotes oportet ſacras literas aſsidue diſcere,ita laicorum eſt non temerè de illis diſceptare ac iudicare. Cap. 32.

PRohibemus etiã tã clericis quàm laicis de ſacroſancta fide temerè,præcipuè inter pocula atque conuiuia,diſceptare, iniũgẽtes ſacerdotibus vt omni modeſtia vtãtur, & peculiariter operam impẽdant.Nouo Veteríq; teſtamẽto legendo vt par eſt,ne per otia in vitia voluptatéſq; labentur.

Decet epiſcopos in ſuos vicarios eſſe liberales, prælatosq; omnes eleemoſynarios. Cap. 33.

STatuimus & ordinamus, vt quilibet epiſcopus diligenter prouideat atque in primis id curet,vt vicarij ſiue perpetui ſiue pro nutu poſiti competentem viuendi portionem aſſequantur,ne detur eis anſa ſuos ſubditos ob rei familiaris penuriam grauandi.Porrò,quod proxime accedit ad Apoſtolorum inſtitutionem morémq; primitiuæ eccleſiæ, hortamur tum prælatos,tum reliquos ſacerdotes, vt meminerint pauperum & eleemoſynis ſtudeant alter alterum vincere.

Veterum decreta ſanctionesq; pulchrum eſt obſeruare. Cap. 34.

SVnt item pleraque alia à ſummis pontificibus ſacris Conciliis prouincialibúſque & ſynodalibus conſtitutionibus prodita,quæ mirè decent & adornant candorem vitæ clericalis,nec minus obuiãt offendiculis quæ Chriſtus paſsim cauenda præcepit,quæ velut ſancta teneri & obſeruari mandamus,tranſgreſſores ſecundũ canones ipſos prędictáſque cõſtitutiones puniri volentes.

Epiſcopi in ſynodo quomodo de more veterum ſingulis annis oportet celebrare,debent has conſtitutiones publicare, & ſubditos ad earum obſeruantiam compellere. Cap. 35.

INhibẽtes ;propterea omnib⁹ & ſingulis vicariis & officialibus,necnon & archidiaconis & decanis ruralibus aliiſq; ad quos criminũ denũtiatio correctióque quomodolibet ſpectat,aut quibus id per ordinarios committetur,ne ad exceſſus trangreſsionéſque alicuius dictarum cõſtitutionum, ſtatutorum & ordinationum noſtrarum ob pecuniam etiã vltro oblatam,aut alterius rei gratia couniueant, ſed potius ad pœnas de iure vel cõſuetudine debitas contra delinquen-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tes,pro delicti qualitate & officij ſui debitè procedãt,atque vt ita fiat(quoniam nihil proderit leges cõdere,niſi ſint qui conditis viuant,mentemque earum exequãtur)vtque reflo-reat catholica fides eccleſiaſticaq; dignitas,hęreſibus radicitus extirpatis, ſuum locum recuperet, idque vix alio modo aptius atque commodius fieri poſsit quàm ſynodis. Itaque priſcum ſynodorum morem renouare cupiẽtes,ſtatuimus& ordinamus vt ſingulo anno ſaltẽ ſynodus diœceſana oportuno tempore à ſingulis epiſcopis celebretur cum potioribus pręlatis,decanis ruralibus virisq; dignis,in quibus per quartas deſignẽtur iudices,per diligenter intẽdant ſi ſtatuta prędicta,ac alia per ſynodos de ſcitu epiſcopi ſtatuẽda obſeruẽtur,inuocato ab hoc ſi opus fuerit brachio ſeculari.Mandantes propterea,vt huius noſtræ cõſtitutionis ordinationiſque ſeries in p̃fatis ſynodis tã prouincialibus quàm diœceſanis, in earũdẽ principio diligẽter legatur,ne quis in futurũ ignorantiã prætexere poſsit.Datũ Ratiſponæ,Anno à Natiuitate domini,Milleſimo quingenteſimo vigeſimoquarto, Nonas Iulij,Pontificatus præfati domini noſtri Papæ anno primo.

Viſa. Iul. Flo.Montinus.

D.de paternina.

G.Prego.

STATVTA SYNODALIA REVERENDI IN CHRISTO patris, domini Valentini, Epiſcopi Hildeſemenſis.

IN nomine Patris & filij & Spiritus ſancti Amen,Valẽtinus Dei & Apoſtolicę ſedis gratia epiſop⁹ Hildeſemẽſis,vniuerſis ſeculariũ & regularium eccleſiarum prælatis,capitulis,cõuẽtibus,rectorib⁹ plebanis, viceplebanis,canonicis,capellanis,presbyteris,clericis,& laicis p̱ ciuitatẽ & diœceſim noſtras vbilibet conſtitutis pręſentibus & futuris,ſalutem in domino ſempiternam. Chriſtus ille optimus maxim⁹ gubernator & rector omniũ cœleſtium & terrenorum, æquo tramite cuncta diſponens,voluit & in terris cum ſpiritualium,tum & ſecularium negotiorum, legũ quãdam eſſe ſeriẽ,qua in humanis degentes,ducti natiua inſolentia, quæ perpetuo ad malũ flexa eſt poſtpoſita,à vitiis tãto magis de-

160
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

terrerentur:alter ab altero dirigeretur adamareturq;, ita vt iuſtitia matre & duce,omnia iuſto ducerẽtur tramite.Pacata & in tuto omnia conſiſterent,cohibereturque appetit⁹ & libido lædendi proximi.Cuius cõſideratione moti, cumque eccleſiã & diœceſim noſtras Hildeſemen.pluribus anni grauiſsimis bellorum ac tumultuũ fluctibus & procellis miſerè vexatam & afflictam Epiſcopo ac Paſtore ſponſo ſuo viduatam atque orbatam, & ab optimo quoq; flore,præcipuè legũ ordine peſſum iiſſe ac cecidiſſe,legibus diœceſanis bonisque & ſalubribusſtatutis carere,& (in ſumma quod aiũt) omnia ſusque deque verſa,ſacráque prophanis miſta eſſe reperiſſemus:Ad honorem Dei omnipotẽtis glorioſiſsimę virginis Mariæ matris eius,beatorum Apoſtolorũ Petri & Pauli,Godehardi,Epiphanij,Bervvardi,& aliorum patronorum noſtrorum,ac ſanctorum omnium pro communi cleri, ciuitatis & diœceſis noſtrarum vtilitate,proque expurgãdis ſordibus,quibus eccleſia & diœceſis noſtra polluta eſt . Vtque ſingula ſuo ordine gerantur,& cuique quibus porrò ſibi viuendum ſit legibus & ordine conſtet, has ſynodales noſtras conſtitutiones ex iure,& patrum Decretis ſumptas, præter æquum & honeſtum nihil ſpirantes,ſed ad vnius Dei & ſuorum cultum,proximique dilectionem deſeruientes, hic cõgeſsimus. Quare ne hic labor & ſtudium noſtrũ,integerque animus noſter in vos fruſtraneus ſit & illudatur,authoritate noſtra ordinaria, vobis omnibus & ſingulis ,noſtris curæ & gubernationi commiſsis ac ſubiectis,mandamus,volẽtes vt has noſtras quas videtis ſanctiones ſynodales ſtudioſè & inuiolabiliter obſeruetis,& iiſdem pro ſtatutis ſynodalibus ab hinc in futurum vtamini,hoc addito vt quiuis archipresbyter nobis ſubiect⁹ eaſdẽ habeat & apud ſe cuſtodiat,perque ſe ſeu ſuo nomine in capitulo rurali cõfratribus ſuis & omnibus quorum intereſt annuo & ſingulis annis ad minus bis prælegat,publicet & publicari faciat & procuret.Contrà facientibus eccleſiaſticis & aliis iuris remediis & cenſuris obuiaturi. Interim non ab re generalem cleri Germaniæ reuerendiſsimi domini Cardinalis Campegij reformationẽ Ratiſponæ euulgatam,præmiſſam fuiſſe putantes.

De ſumma trinitate & fide catholica.

CAPVT I.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

IN primis igitur omnia & singula quæ propter sui exquisitam & probatissimam perfectionem ac clarissimã & cã didissimam veritatem adiectione vel declaratione vlla nõ indigent, & ad quæ vtpote ad principium, medium & finem salutis omnium corda nostra, manus & oculos eleuamus deuoti, & ꝙ sancta catholica & apostoilca Romanáq; credit, tenet, & docet, ecclesia sanctissima, piissima & prudentissima mater nostra. Et nihil aliud credendum, tenendum, ac docendum, statuimus & ordinamus, atque præcipimus.

Cæterum, ea quæ per reuerẽdissimum in Christo patrem & dominum dominum Laurentium. S.R.E. Sabinen. episcopum Cardinalem, de latere ad Germaniam sanctæ & apostolicæ sedis olim legatum (tam circa reformationem vitæ ac morum cleri Germaniæ, quàm antiquandos abolendosque abusus: quæ hîc præinferi curauimus) Ratisponæ edita, ordinata & statuta sunt, reuerenter & obedienter acceptamus atque suscipimus, illáque ab omnibus subditis nostris obseruari mandamus.

Ex concilio prouinciali Aschaffemgurgensis. D. Petri archiepiscopi Moguntini.

Itẽ statuim⁹ & ordinamus, vt si aliquis clericus vel laicus vtriusque sexus, cuiuscũque dignitatis, vel religionis, vel status existat, ausus sit prẽsumptione & pertinacia dãnabili publicè prædicare, vel occultè docere, credere, vel tenere, quòd sacerdos in mortali peccato existẽs nõ possit cõficere corp⁹ Christi, seu sic ligatus non possit ligare vel soluere suos subditos à peccatis, pro hæretico & incredulo habeatur, & errorem huiusmodi sacri Concilij approbatione cõdemnamus, anathematizamus, & penit⁹ reprobamus, cũ sacræ scripturæ dicat authoritas, quòd siue bonus, siue malus sit minister, ꝑ vtrunque Deus effectum gratiæ suæ confert. Non enim quę sancta sunt, coinquinari possunt, nec ipsa sacramenta potest hominum malitia prophanare: vnde sacerdos quantumcunque pollutus existat, diuina non potest polluere sacramenta, quæ purgatoria cunctarum cogitationum existũt. Licitè ergo à quocunque sacerdote ab ecclesia tolerato, diuina mysteria audiantur, & alia recipiantur ecclesiastica sacramenta.

Ad idem de blasphematoribus & sortilegiis.

QVanuis sacris canonibus & sanctorum patrum traditionibus cõtra manifestos sanctorum blasphemos, ac dã

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

natũ & abominabile ſcelus idololatriæ, videlicet incantationes,ſuperſtitiones & ſortilegia pythonum & pythoniſſarum in locis diuerſis ſufficienter cautũ & prouiſum exiſtat: Quia tamen(quòd mentis amaritudine referimus) adhuc vitia talia in multis locis nobis ſubiectis exiſtant in vſu quapropter erroribus & periculis exinde in dies conſurgentibus quantum in nobis eſt obuiare cupientes,diſtrictè ſtatuto præſenti perpetuo duraturo præcipimus, vt contra tales ſtatuta canonica deſuper edita ſumma cum diligentia ab vniuerſis nobis ſubiectis practicẽtur, & in cõfeſsionibus de peccatis huiuſmodi ſolers fiat inquiſitio,& tã mares quàm mulieres talia exercentes,àcommunione ſacramentorum excludantur, ac pro abſolutione ad nos vel vicarium noſtrũ remittãtur. Et nihilominus ſi qui publici blaſphemi reperti fuerint, vel de huiuſmodi incantationibus vel ſupſtitionibus ab eccleſia reprobatis ſe intromiſerint, vel eiſdem fidẽ adhibuerint, vt ab his infrà breue tempus eis ſtatuendum deſiſtant,volumus moneri ſub pœna ſuſpenſionis à diuinis & eccleſiaſtica ſepultura,à quo non niſi per nos vel vicariũ noſtrum aut noſtros ſuperiores valeant liberari & abſolui. Hoc etiam ſtatutum noſtrum ſalutiferum,ne quis illius ignorantiam prętendere poſsit,volumns per rectores eccleſiarum,ac curam animarum habentes,in cancellis eccleſiarum,ſi & quoties expedire viſum fuerit,ſolenniter publicari.

De officio archipresbyteri. Cap. 2.

INdemnitatibus eccleſiarum & beneficiorum quæ frequẽter propter eorum longã vacationem grãdia in ſpiritualibus & tẽporalibus diſpendia patiuntur,occurrere volentes: Statuimus, vt quilibet archipresbyter ſeu eius locum tenẽs ſingulis annis ad min⁹ bis,ſcilicet in quibuſlibet ſex mẽſibus, ſemel in præſentia confratrum ſuorum in loco capitulari cõgregatorum de omnibus beneficiis infra archipresbyteratũ ſuum vacantibus,curatis & nõ curatis,quæ vltra tempus collatoribus & patronis eorũ,à iure ſtatutũ vacauerint necnõ de ipſis collatoribus & patronis, ac eorũ nominibus diligentius inquirat,nobis ſeu vicario noſtro in ſpiritualib⁹ illa cum ſuorum patronorũ & collatorum nominibus quã primum commodè poſsit(ſic tamẽ quòd iſtud vltra duorũ menſium ſpatiũ non differatur)poſt inquiſitionẽ huiuſmodi in ſcriptis notificet: quòd ſi facere obmiſerit pœnã ſuſpẽ-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sionis ab officio diuinorum dictorum (duorum mensiũ spatio lapso) incurrat, quam etiam pœnam quilibet cõfratrum, qui super præmissis requisitus, ea archipresbytero sciẽter celauerit, incidat simili modo. Verum quia nonnulli prætextu literarum apostolicarũ quas se impetrasse mentiuntur, ecclesiastica beneficia vacãtia propria temeritate in periculũ suarum animarum occupare præsumunt, Ordinamus vt de cęte ro quilibet archipresbyter seu eius locum tenens tã eorum, qui infra suum archipresbyteratũ ecclesiastica beneficia vigore literarũ apostolicarum assequuntur, quàm etiam beneficiorum & patronorum eorundem nomina infra mẽsis spatium à tempore assecutionis huiusmodi cõputandum nobis vel vicario nostro rescribat seu notificet. Alioquin similem pœnam vt præfertur dicto mense lapso incurrant. Tẽpus autem à iure datum pro conferendis beneficiis, patronis ecclesiasticis sex menses, laicis verò quatuor intelligatur.

Ad idem.

Præterea statuimus & ordinamus, vt quilibet archipresbyter seu locum eius tenens infra proximos tres menses à publicatione præsentium, omnes suos confratrũ cęteroſq; presbyteros, seculares & religiosos infra suum archipresbyteratum beneficia ecclesiastica obtinẽtes, seu officiãtes, de quorum titulis, inuestituris, seu institutionibus, ac prouisionib⁹ sibi non constat, ad ostendendũ sibi inuestituras titulos, aut institutiones seu prouisiones beneficiorum suorũ authoritate nostra in scriptis cum insertione pœnæ suspensionis requirat, & de cætero nullũ infra suum archipresbyteratũ ad officiandum aliquot beneficiũ ecclesiasticũ, nisi prius ostẽderit sibi titulum, inuestituram, aut institutionẽ & prouisionẽ sigillatas, sciẽter toleret vel admittat. Quòd si archipresbyter quempiã talium literas suas vt præfertur sibi nõ ostẽdẽtẽ, in regimine & officiatione ecclesiastici beneficij cõtra præmissa tolerare præsumpserit, ipsum vt suprà mãdatur nõ suspendendo extũc aliis quindecim diebus elapsis archipresbyter ipse suspẽsionis sententiã propter huiusmodi negligẽtiam incurrat ipso facto. Sit etiã forma suspẽsionis, quam in scriptis archipresbyteri ferãt: Quia tu monitus vt titulũ vel prouisionem tui beneficij ostenderes, infra quindecim dierũ spatiũ huiusmodi mandato nõ paruisti, nec titulũ ostendisti, idcirco authoritate mihi cõcessa, te in his scripturis à diuinis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſuſpendo,ac ſuſpenſum denũtio,quã formam etiã in aliis cẽ ſuris infligẽdis, iuxta cauſarũ exigentiã volumus obſeruari.

Ad idem.

Cõſiderantes quòd archipresbyteri rurales pro eo conſtituuntur,vt clericorum honeſtatem & cõfratrum vtilitatem procurẽt,exceſſus eorum referant,Mandata noſtri vicarij & Officialium noſtrorum debitè exequantur,& ſingula quę à ſuperioribus mandantur ad notitiam confratũ ſuorum deducant, quæ tamẽ ab archipresbyteratibus ſuis abſentes nequeãt adimplere: Statuimus & ordinamus, vt quilibet archipresbyter diœceſis noſtræ Hildeſemen.teneatur infra ſuum archipresbyteratum facere reſidentiam perſonalẽ, decernẽ. vt abſentes à ſuis archipresbyteratibus archipresbyteri, niſi infra menſem proximum à publicatione preſentium ad reſidentiã,ſe cum effectu receperint, & etiã illi qui de cætero à ſuis archipresbyteratib⁹ ſe abſentauerint. At animo alibi reſidendi ſeu domicilium extra archipresbyteratum ſuum cõſtituẽdi & fouendi in abſentia huiuſmodi per vnũ menſem mãſerint,ſuis archipresbyteratibus lapſo mẽſis ſpatio prędicto, ſint eo ipſo priuati. Moxque camerarius teneatur confratres capitulares,pro electione alterius archipresbyteri cõuocare,& aliũ archipresbyterum eidem eligere. Quòd ſi camerarius infra quindecim dies poſt lapſum dicti menſis facere neglexerit, ſit eo ipſo ab officio diuinorum ſuſpenſus.

Ad idem.

Hac inſuper conſtitutione,vniuerſis & ſingulis archipreſbyteris prędipimus,vt notorios exceſſus & prędertim illos in quibus eccleſia ſcandalizatur,quorumcunque infra ſuum archipresbyteratũ beneficiatorũ ſeu aliorum clericorum, infra duos mẽſes à tempore notitiæ ſuę computandum nobis ſeu vicario noſtro notificent & conſcribant. Quòd ſi quis facere neglexerit,&huiuſmodi ſtatutum executum non fuerit cum effectu,præter omnipotẽtis Dei indignationem quam incurrat, pœna condigna per nos vel noſtrum vicarium puniatur,& inflectetur. Sunt autem ſcandaloſi exceſſus,furtum manifeſtum,presbyteri homicidiũ,fornicatio ſcandaloſa cleri, & adeò notoria,quòd nulla tergiuerſatione celari poteſt, ſi clericus literariè publice, & in forma eccleſiæ excommunicatus celebraret,legendo euangelium,ſeu epiſtolã. Si clericus vſuram manifeſtè exerceret. Si clericus cuiuſcũque gra

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dus poſt monitionē archipresbyteri ſe tabernis,lupanarib⁹, & actib⁹ illicitis,& litigioſis notoriè īmiſceat, & his ſimiles qui ꝑ loci,tēporis,& perſonę ratione ſcādaloſi dici poſſunt.

Ad idem.

INſuper ordinamus,vt nullius archipresbyterū ruralē noſtræ diœceſis electus aut eligendus nondum confirmatus officium archipresbyteri ante confirmationē ſuā à nobis vel vicario noſtro obtinendam,exercere,aut ſe archipresbyterū nominare,vel ſcribere, vel pro tali gerere quomodolibet præſumat.Formam autem iuramenti per archipresbyterum quemlibet in ſua confirmatione pręſtandi talē eſſe volumus,vt ſequitur:Primo videlicet,iurabit quòd mādata noſtra ac vicarij,& Officialis noſtrorum pro tempore exiſtentiū reuerēter exequatur, ac nobis & eiſdē fideliserit,quódque officium ad quod electus eſt,fideliter exercebit abſque dolo & fraude.Item,quòd penes ſe habeat ſtatuta ſynodalia & illa quater,vel euidenti occurrente impedimēto,bis in anno confratribus ſuis ad intellectū publicabit,ea quoque inuiolabiliter obſeruabit,&in aliis,quantum in ſe eſt,obſeruarifaciat,dolo & fraude ſemotis quòd inſuper exceſſus cōfratrum ſuorū prout ad ſe ſpectat corrigere, incorrigibiles verò pro eorum exceſsibus pro quibus deferēdi ſunt,nobis vel vicario aut Officiali noſtris deferre non tardabit.

De renuntiationibus beneficiorum. Cap. 3.

VNiuerſis noſtris epiſcopatus eccleſiaſticis ꝑſonis beneficiatis diſtrictius prohibemus,ne audeāt aliter quàm in manus noſtras ſeu vicarij noſtri in ſpiritualibus, & Officialis vel ſuperioris ad hoc poteſtatē habentis,beneficia ſua dimittere,& reſignare,aut illa aliàs(nulla ſuper hoc nobis,ſeu vicario noſtro,vel ab alio ſuperiore poteſtatē habēte obtenta licentia)relinquere: quòd ſi ſecus factum fuerit, ad huiuſmodi reſignata & dimiſſa beneficia, per nos vel vicarium noſtrum,niſi fortè ex cauſa rationabili tales reſignationes authoritate noſtra approbarentur ſeu ratificarentur, quiſquam nullatenus inſtituatur.

De temporibus ordinationum. Cap. 4.

SAepe contigit,quòd nonnulli clerici ciuitatis & diœceſis noſtrarū vinculo excommunicationis aſtricti, aut apoſtatæ ſeu Irregulares vel idiotæ vel aliàs ſuſceptione ſacrorū ordinū indigni, in remotis partibus ꝑ alienos epiſco-

163
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pos,quandoque furtiuè,& aliquãdo per ſaltum,& interdum extra ſtatuta tempora & aliàs indebitè ſe faciunt cõtra ſtatuta ſacrorum canonum promoueri.Et deinde ſe à Rom.pontifice,vel aliàs debitè promotos fore,mẽtientes,in ſacris ordinibus pręſumunt miniſtrare.Volentes igitur his pro exequutione iuris communis iuxta poſſe prouidere,ſtatuimus, vt nullus ciuitatis & diœceſis Hildeſemen clericus abſque licentia noſtra ſeu vicarij noſtri ad ſacros ordines promotus in ordinibus huiuſmodi in ciuitate & diœceſi noſtris miniſtrare præſumat,ſed ad exequutionẽ ordinũ taliter ſuſceptorum per aliquem admittatur,imo ipſum & quemlibet ipſorum ſic furtiuè promotũ,ab ingreſſu eccleſiæ ſuſpendimus, donec & quouſque de ordinibus ſuis coram nobis aut vicario noſtro in ſpiritualibus legitimè docuerit,& quod admitti debeat,noſtris ſeu vicarij noſtri patentibus literis oſtẽdat. Si quis autem hanc conſtitutionem tranſgredi & contra illam in ſuſceptis ordinibus non admiſſus(vt prædicitur)miniſtrare præſumpſerit,eo ipſo ſententiam excommunicationis incurrat,quam etiam extunc per archipresbyterum & alios cõfratres apud quos moram fecerint, & ipſos incurriſſe denuntiari volumus & publicari.

De filiis presbyterorum. Cap. 5.

SAcris diſponentibus ordinationibus,filiis ſacerdotum in eccleſiis patrum miniſtrare,aut ea ſeu alia in eiſdẽ beneficia eccleſiaſtica quomodolibet obtinere & ipſi & alij illegitimè nati,ſeu ex illegitimo coitu ꝓcreati ſine diſpenſatione ſedis apoſtolicæ vnũ beneficiũ curatũ obtinere prohibẽtur.Et ſi ex diſpẽſatione huiuſmodi vnum curatũ,deinde tacito defectu natalium quem patiuntur,à ſede pręfata,vt duo vel plura beneficia ſimilem curam habẽtia, recipere poſsint & retinere valeant,& ſi eis canonicè conferantur,obtineant, talis diſpenſatio tanquam per ſurreptionem obtẽta, nullius penitus ſit momenti.Quapropter cenſen.parũ fore iura cõdere,niſi executione demandẽtur:Volumus & ſtatuimus vt deinceps ſacerdotum filij in ſuorũ patrum eccleſiis ĩ noſtris ciuitate & diœceſi miniſtrare,aut eas ſeu alia beneficia in eiſdẽ quomodolibet obtinere non pręſumant,illáque extunc in antea per ipſos taliter cõtra iuris diſpoſitionẽ occupata vacare decernimus,& eorum collatoribus licẽtiã talia idoneis conferendi præſentibus aſsignamus, niſi cum ipſis per ſedẽ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

apoſtolicam deſuper ſit diſpẽſatum,eiſdem presbyterorum filiis & aliis illegitimè natis beneficiatis noſtrarũ ciuitatis& diœceſis præſentibus iniungentes,vt infra vnius menſis ſpatiũ à publicatione præſentiũ,de ſuis diſpẽſationibus tam ſuper eo quod in eccleſiis patrũ miniſtrare,ſuccedere,& in eis beneficia obtinere valeant,quàm ſuper defectibus ſuis,& ꝑ obtinendis vno vel pluribus beneficiis à ſede prædicta obtentis,coram nobis vel vicario noſtro doceãt, vt animarum periculis obuietur , & eccleſiaſticis beneficiis debitè prouideatur:quòd ſi ſecus fecerint,contra ipſos ſecundum ordinationes prædictas,prout de iure poterimus, procedemus.

De clericis peregrinis. Cap. 6.

DIcimus quòd in ciuitate & diœceſi noſtris Hildeſemẽ. plures clerici peregrini , de quorum promotione non conſtat,in ſacris ordinibus publicè miniſtrent,& curã regant animarũ, licet literas cõmendatitias & dimiſſoriales ſuorum Epiſcoporum,vel examen nunquã oſtenderunt. Volentes igitur in his prouidere , ſtatuimus vt deinceps nullus clericus peregrinus,ſiue ſecularis,aut religioſus exiſtat,ad executionem ſacrorum ordinum infra ciuitatem &diœceſim noſtras in publico admittatur,niſi per literas noſtras,aut vicarij noſtri ſe admittendum fore prius oſtendat. Si quis autem contra hoc ſtatutum per nos vel Vicarium noſtrum nõ admiſſus ſciẽter miniſtrare,& de cura animarũ ſe intromittere preſumpſerit,eo ipſo ſentẽtiam excommunicationis incurrat. Quam etiam ſententiã taliter delinquentes incurriſſe volumus denũtiari, certificando quoſlibet coram taliter excommunicatis poſt huiuſmodi denuntiationem celebrantes ſuſpenſionis ſententiam à iure in tales promulgatam incurrere,& exinde notam contrahere irregularitatis.

De maioritate & obedientia. Cap 7.

STatuimus vt vnuſquiſque archipresbyter , rector plebanus,viceplebanus,ſiue curatus nobis ſubiectus literas noſtras ac Vicarij & Officialis noſtrorũ noſtraſque & eorũ mãdata reuerẽter vbique infra limites ſuæ parochię recipiat,& ſine dolo& fraude proxima dominica die ſequẽti diligenter exequatur,nuntioſque literarum nullo modo prodat,ſed pro viribus defendat. Secus autem faciens & conſtito de eo puniatur. Volumus etiam & ſtatuimus vt in executione quorũcunque mandatorum,literarum, & proceſſuum à nobis vel

164

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vicario seu Officiali nostris emissorum, dies, menses, annus nomen exequentis, & locus executionis per rectores, plebanos & vice plebanos apponantur, vt sic, videlicet executor, scribat à tergo mandati eiusdem propria sua manu. Executum est hoc mandatum per me N. plebanum ecclesiæ in N. nomen & cognomen suum, ac ecclesiæ suæ nomẽ exprimẽdo. Anno infra scripto, die tali, mẽsis talis, &c. vt de huiusmodi executione legitima fides per hoc habeatur: alioquin si secus factum fuerit, per Officiales grauius puniatur.

Inhibemus quoque ne quispiam clericorũ nobis subiectorum cuicunque congregationi, capitulo aut cõuenticulo, in quo quicquã in prẹiudiciũ status & honoris nostri & successorum nostrorum episcoporũ Hildesemẽ. seu iurium episcopalium tractatur interesse, dando consilium, auxilium vel fauorem, scienter & dolosè præsumat, secus autem faciẽs, nostram incurrat vltra pœnam iuris, indignationem.

Et præterea considerantes, ꝙ tunc ecclesiasticus ordo cõfunditur, cum vnicuique honor debitus nõ obseruatur: Statuimus & ordinamus ꝙ in ecclesiis collegiatis conuentualibus seu capitularib⁹ antiquæ honestates & cõsuetudines approbatæ debitè obseruentur, & prælatis earũdem in assurgẽdo, & aliis prærogatiuis, debita reuerentia & obediẽtia, cum sint columnæ ecclesiarum earundem, exhibeantur, tam à canonicis, quàm aliis simplicibus prebyteris ecclesiarũ huiusmodi. Quòd si quis hui⁹ statuti transgressor repertus fuerit, in fructibus præbẽdæ suæ taliter puniatur, vt discat superioribus honorẽ & reuerẽtiã cõdignam impẽdere & exhibere.

De iudiciis. Cap. 8.

QVia causę matrimoniales cũ depẽdentibus & cõnexis per eos qui potestatẽ iudicãdi habent, & canonũ statuta non ignorant, tractari & diffiniri debent: Statuimus, & in virtute sanctæ obediẽtię mãdamus, vt deinceps vnusquisque presbyter habens curam animarum, ac subditos quorũ cohabitatio seu discohabitatio, seu matrimonia publica in veritate vel errore fuerint, ita ꝙ de his, an iure subsistere possint saltẽ probabile dubium extiterit, tales postquã hoc sciunt, specificè moneant, & super his infra duos menses proximos pro declaratione decisionis recipienda, ad nos vel Officialem nostrum remittant, vt & sententiam iudicũ super his petant, & ab inde causam huiusmodi vsque ad finem

quantum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quantum in eis eſt,proſequantur, alioquin taliter moniti, ſi hoc infra eoſdem duos menſes facere contempſerint, eccleſiaſtica ſacramenta eis in vita denegentur,& morientes peccata ſua non confeſsi careant eccleſiaſtica ſepultura.Presbyter autem curatus,qui taliter mouendo non proceſſerit,per nos,vel vicarium noſtrũ grauiter & condignè puniatur. Volentes vt quilibet plebanorum,huiuſmodi noſtram cõſtitutionem ſingulis annis ſemel aut bis in eccleſiis eorundem publicet & publicari faciat.

Inhibemus quoq; omnibus & ſingulis ſubditis noſtris clericis & laicis cuiuſcũque ſtatus aut conditionis exiſtãt,ne de examinatione,cognitione,vel deciſione iudiciali,quarũcunque cauſarũ matrimonialiũ aliter quàm per modũ ſalubris conſilij ſe intromittãt,aut aliarũ quarumlibet de iure vel cõſuetudine ad forũ eccleſiaſticũ ſpectãtium.Secus autẽ facientes,decernimus excõmunicationis ſentẽtiæ eo ipſo ſubiacere:per hoc autem non prohibemus,quo minus in cauſis vbi tráſactiones locũ habent,in arbitratores & viro cõmunes cõpromitti poſsit,per quæ diſcordiarũ materiæ & quæſtiones celerius valeant terminari:dũmodo talia in fraudẽ nõ fiant.

De foro competenti. Cap. 9.

ATtendẽdum quòd laici de eccleſiaſticis negotiis intromittere ſe non debeant.Omnibus & ſingulis eccleſiaſticis perſonis per ciuitatem & diœceſim noſtras vbilibet cõſtitutis interdicimus,ne quiſpiã laicorũ ad iudicia laicalia ſeu ſecularia doloſè trahat,aut clerici ſe trahiad talia cõſentiãt,vel huiuſmodi vetita iudicia ſubeant,ſeu ibidem aliquatenus reſpondeant, ſub cauſarum ſuarum ſic motarum, etiam ſi in huiuſmodi vetitis iudiciis pro ipſis iudicaretur, perditione ſeu amiſsione,feudalibus tamen cauſis exceptis, quas prout de iure volumus tractari.

Ad idem,de foro competenti,ſeruetur capitulum libri ſecundi Decretalium,cuius tenor de verbo ad verbum ſequitur.

SI diligẽti:& infrà,Aſſeruiſti te vſque ad hæc tempora tenuiſſe quòd ſi licitũ clerico renuntiare ſaltem in temporalib⁹ cauſis iuri ſuo,&ſibi laicũ iudicem cõſtituere,prę-ſertim vbi aduerſarij volũtas acceſſerit, ac tenere iuramẽtũ ſuper hoc interpoſitum reſpondiſti,immemor cõſtitutionis, qua cauetur,pacto priuatorum iuri publico minimè derogari.Quum igitur ius hoc in Mileuitanẽ.& Carthaginen.con-

165

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ciliis ſpecialiter promulgatum ſit, ne clerici clericos relicto ſuo pontifice,ad iudicia publica pertrahant. Alioqui cauſam perdãt,& à communione habeantur extranei,& tam Epiſcopi quàm diaconi ſeu quilibet clericus in criminali vel ciuili negotio ſi derelicto iudicio eccleſiaſtico, publicis iudiciis ſe purgare voluerint,etiã ſi pro eis lata ſit ſentẽtia,locum ſuum amittant, & hoc in criminali actione:in ciuili verò perdant quod euicerint,ſi locum ſuũ maluerint obtinere: manifeſtè patet,quòd non ſolum inuiti,ſed etiam voluntarij paciſci nõ poſſunt,vt ſecularia iudicia ſubeant, cum nõ ſit beneficium hoc perſonale cui renuntiari valeat.Sed potius toti collegio eccleſiaſtico publicè ſit indultum,cui priuatorũ pactio derogare non poteſt,nec iuramentum licitè ſeruari potuit,quod contra canonica ſtatuta illicitis pactionibus informatur.

Prætereà inhibemus,ne de cætero quæcunque eccleſiaſtica perſona ciuitatis & diœceſis Hildeſemen.nobis ſubiecta, ſeculare auxilium vel ſubſidium laicorum cõtra nos ſiue iuriſdictionem noſtram,ſibi qualitercunque aſſumat aut inuocet,vel ſibi procuret:cõtrarium autem facientes, eo ipſo excommunicationis ſententiæ ſubiaceant.

De alienatione iudicij mutandi cauſa facta & ceſſionibus.

Cap. 10.

CVm aliàs ſancta ſedes Moguntinen. inter alia ſtatuta prouincialia ediderit prouinciale ſtatutũ, cuius tenor ſequitur,& eſt talis:

Quia plurium ceſsiones actionum in fraudem aliquando nõ purè & ſimpliciter ex cauſa ſeu cauſis legitimis fiant.Statuimus vt ceſsiones actionũ ex iuſtis cauſis procedãt in preſentia epiſcoporum,iudicum,vel Officialium ſuorum, & de licentia eorundem,ſi ſubſunt cauſæ legitimæ,etiam iurẽt cedentes quòd non ſimulatè,ſed verè cedant:& ſi ceſsiones ſecus factæ fuerint,decernimus non tenere. Et tenore præſentium inter alia mandamus, ſtatuta prouincialia dictæ ſedis Moguntinæ(quorum etiam aliqua præſentibus noſtris ſtatutis ſynodalibus & epiſcopalibus ex certis nos ad hoc mouentibus cauſis inſeruimus) in ciuitate & diœceſi noſtris Hildeſemen.ſeruari,& præſertim ſtatutum ceſsionis preinſertum, attento quòd per ſimulatas ceſsiones priuilegia in fauorem cleri data & conceſſa,ſæpe per abuſum eorundem prout experientia docet ad noxam tẽdunt.Et propterea ſingulis ſub-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ditis noſtris ſtatuendo cõmittimus,& in virtute ſanctæ obedientiæ,& ſub excõmunicationis necnon quinquaginta aureorum Rhenen.pro vna Fiſco noſtro,pro altera medietatibus partibus pro tempore læſis,ſeu propterea lædẽdis applicandorum pœnis.Mandamus & præcipimus quatenus præinſertum ſtatutum irrefragabiliter & firmiter teneãt & obſeruent,inhibentes eiſdem ſub ſimilibus pœnis,ne deinceps ceſsionibus præter & contra præinſertum & per nos modo innouatum ſtatutum factis & celebratis in iudiciis ſeu extra vtantur:quòd ſi ſecus fuerit,cõtra negligentes contradictores & rebelles addictæ excommunicationis ſententię declarationem ac prædictæ pœnæ extorſionem ſeruatis ſeruãdis procedemus,ſeu curiæ noſtræ cauſarum Officialis generalis irremiſsibiliter procedet.

De probationibus. Cap. II.

QVia ſicut didicimus,ſæpe ꝓpter defectus probationũ cognationum ſpiritualium, pericula conſurgunt animarũ, eo quòd adinuicẽ matrimonij ſacramento cõſtrictis interdũ cognationũ ſpiritualiũ obſtant impedimenta, quæ difficulter vel aliquãdo vix vel non probari poſſunt. huiuſmodi periculis cupiẽtes quo ad nobis ſubiectos obuiare,decernimus & hoc ſtatuto perpetuo ſeruari præcipimus, vt eccleſiarum per ciuitatem & diœceſim noſtras , rectores plebani,,viceplebani, & ſinguli curati in baptizando pueros ſubditorum ſuorum leuantium & baptizati nomina in regiſtro communi quod in ſua eccleſia habeant, conſcribant,& teſtes quamplures aſſumantur:ſimiliter ſubditos ſuos inducant & informant, vt deinceps in confirmatione ſuorũ puerorum corã epiſcopo teſtes requirant diſcretos & intelligentes qui de confirmatione & tentatione corã epiſcopo ac nomine tenentis dum opus fuerit teſtimonium valeant dare,vt facilius impedimenta huiuſmodi,& minoribus laboribus& expenſis valeant opportuno tempore comprobari.

De fide inſtrumentorum ac Notariis. Cap. 12.

STatuimus pariter &ordinam⁹,vt nulli tabellionatus ſiue Notariatus officiũ iuxta ſacrorũ canonũ ac legũ,& præcipuè nouiſsimæ imperialis reformationis & ordinationis Coloniæ factæ,cõmitti debeãt,aut exercere liceat,niſi cõpetentis literaturæ honeſtæque conuerſationis & vitæ & laudabilis teſtimonij ſit, & vigeſimumtertium ætatis annũ

166
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

peregerit:vnde præter prę̃miſſam ordinationem,plerunque minus idonei ad officium huiuſmodi aſſumũtur,qui ſub vmbra ignorantiæ,& temeritatis audacia,grauiter in dicto officio delinquunt,ſibiipſis infamiã parant,aliiſq; graue præiudicium & inæſtimabile periculum inferũt.Ne igitur huiuſmodi deteſtabilis morb⁹ in hac noſtra diœceſi amodo vt in antea ſerpat atque progreſſum habeat, volumus & præcipimus,mãdamus, ꝙ nullus huiuſmodi officiũ Tabellionatus ſiue Notariatus amplius in noſtra diœceſi exercere p̃ſumat, niſi prius p̱ nos aut Officialem noſtrũ ad id repertus fuerit idoneus atque ſufficiens, vt ſit legitimè & tanquam legalis admiſſus.Contrarium verò facientes præter exçommunicationis pœnas tanquam mandatorum noſtrorũ tranſgreſſores vtique puniemus,eorúmque inſtrumenta tanquam inualida,nulliúſque roboris aut momenti decernimus reiiciẽda, neque in iudicio vel extra quoquo modo admittenda.

De ſententia & re iudicata. Cap. 13.

INtelleximus quòd interdũ eccleſiarum ciuitatis diœceſis noſtrarũ Hildeſemen.rectores ſeu plebani cũ ſuis ſubditis in cauſis matrimonialib⁹ tã ſimplicibus quàm impedimẽtorum in curiam noſtrã Hildeſemen.vbi expediri debeant, adueniant,& latis ſententiis diffinitiuis prætendẽ. ſufficere quòd lectioni ſententiæ intereãt,partes iubent ſine literis & ſententiis recedere:ſæpius etiam cõtingit, quod latis huiuſmodi ſententiis, partes coram ſuis plebanis & aliis aſſerunt eas aliter latas eſſe,quàm ſunt,& deinde ſecundario curiã noſtram viſitantes variant depoſitiones & contrarias reportãt ſentẽtias, & quia aliquãdo propter temporis diuturnitatem de ſententia conſtare non poterit, ex quo non modica pericula euenerunt animarum,vt experientia ſumus edocti.Volẽtes igitur periculis huiuſmodi obuiare,præſenti edicto diſtrictius inhibemus, ne de cætero aliquis eccleſiarum rector ſeu plebanus præmiſſa quomodolibet faciat, decernen. partibus aſſerentibus ſentẽtias pro matrimonio vel cõtra matrimonium latas,abſque ſententiarum literis debitè ſigillatis,credi nullo modo debere,& nihilominus eaſdem aſſerẽtes à ſacramẽtorum communione excludimus,ſaluo mortis articulo,donec & quouſque ſentẽtias huiuſmodi ſcriptas & debitè ſigillatas obtineant.Rectores autẽ & plebanos eccleſiarum ſi deinde præmiſſa perpetrauerint, aut etiam quam-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cunque ſententiam huiuſmodi antequam illam ſcriptam viderint,publicare præſumpſerint,per integrum mẽſem ab ingreſſu eccleſiæ ſuſpẽdimus fructus eccleſiarum ſuarum per idem tempus cedentes,officiantibus eaſdem, & ſubditis ꝓuidentibus, reſeruantes.

De vita & honeſtate clericorum. Cap. 14.

PRæſenti inuiolabiliter duraturo prohibemus edicto, ne de cætero aliquis clericus in ſacris ordinibus cõſtitutus aut beneficiatus infra ciuitatẽ & diœceſim noſtras cereuiſiam ſub menſura publicè vendere,miniſtrãdo fercula,lectiſternia & hoſpitiũ ad modũ publici hoſpitis aut mercatoris & laicorum exercere,puta res venales pro lucro captãdo remiſsius emere vt carius vẽdat,ſeu aliàs illicite mercari per ſe vel interpoſitam perſonam quomodolibet preſumat. Si quis autem talia facere præſumpſerit,& ab huiuſmodi negotiationibus non deſtiterit,lucrum exinde captatum Fiſco noſtro applicandum atque eundem aliàs etiam grauius puniendum iuxta exceſſus qualitatem decernimus.

Cæterum ſub pœnas excommunicationis canonica monitione præmiſſa,mandamus quatenus clerici noſtri,& preſertim illi qui curam animarum gerunt, ab actibus ſcurrilibus & illicitis crapulis in Calendis & exequialibus cõuiuiis per eos fieri ſolitis abſtineant atque deſiſtant, quódque ſcorta & mulieres ſuſpectas ad huiuſmodi cõuiuia minimè adducant,ſed honeſtè in Calendarum ſolennitatibus & exequiis huiuſmodi ſe habere ſtudeant,alioqui contra non obſeruantes & delinquentes rigidè procedemus.

Ad idem.

RVrſus cõſtitutione præſenti,prout etiam in prouinciali cõcilio quondam domini Conradi archiepiſcopi Moguntinen.ſancitũ dignoſcitur,volumus,præcipimus & ordinamus,vt clerici noſtrarũ ciuitatis& diœceſis,in ciuitatibus & oppidis,præſertim in eccleſiis,veſtes longas ſtatui clericali decentes,& non ſubductas de vario aut ſerico(niſi graduatus aut canonicus maioris eccleſiæ Hildeſemẽ.vel nobilis exiſtant)deferant,non ſericias,ab extra non variatas, aut diuiſiatas,nec deſuper ab extra cum plicaturis foderatis, ſed manicis ſtrictis & aliàs decentibus vtantur,nõ deferant calceos ſeu ſotulares inhoneſtos aut indecentes. Itinerantibus autem ex cauſa breuioribus veſtibus vti liceat: Coronã verò

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& tonſurã ſuo ſtatui,ordini aut dignitati conuenientẽ iuxta canonũ ſanctiones deferant,nec armati incedant,neque gladios ſeu cultellos longos portent.Et niſi fortè extra ciuitatẽ vel loca ſua eos pergere contingat,vel de licentia ſuperioris pro perſonarum eccleſiæ & rerum ſuarum defenſione id faciant.Diſtrictius inſuper inhibentes,ne mantellos ab ante apertos & ſciſſos, & circa collum cũ magna zona cõſtrictos, ſed veſtibus honeſtati clericali congruentibus vtantur,prout canonicam & noſtram grauem vltionem voluerint euitare. Huius autem ſtatuti tranſgreſſores ad vnius menſis ſpatiũ, à fructibus beneficiorum ſuorũ nouerint ſe ſuſpenſos. Quorum fructuum diſpẽſationẽ arbitrio noſtro reſeruamus per præmiſſa.Cæterum Clemẽtinæ de vita & honeſtate clericorum generalis Concilij ordinationi & aliis iuribus quæ de indecentia veſtiunt,tractant, non intendimus derogare.

Item vt clericorum maximè beneficiatorum vita ſit exẽplaris & accepta vniuerſis clericis beneficiatis in ſacris & noſtra diœceſi conſtitutis, cõſtitutione præſenti diſtrictius inhibemus,ne ludis taxillorum aut aliis leuitatibus ac choreis haſtiludiis,torneamentis,& aliis ſpectaculis publicis & prohibitis interſint,aut talia exerceant, prout pœnas condignas in contrafacientes facti exigente qualitate, authoritate noſtra infligendas voluerint euitare.

Inſuper diſtrictius inhibemus clericis pro ſacris ordinib' ſuſcipiendis itinerantibus , ne in hoſpitiis,ludis taxillorum, aut aliis enormibus,& turpibus actibus inſiſtãt,ſed honeſtè & clericaliter viuant:ſecus verò facientes,volumus eſſe à ſuſceptione ordinis pro qualibet vice ipſo facto ſuſpenſos, quódque comas nõ nutriant,ſed crines capitis antè & retrò non nimis longos deferant , prout canonum & ſtatutorum prædictorum pœnas & noſtram ac canonicam vltionẽ voluerint euitare.Simili modo præcipimus & mãdamus vt clerici beneficiati noſtrarum ciuitatis & diœceſis, tempore diuinorum , eccleſias in & ſub quibus beneficiati exiſtant, abſque ſuperpelliciis non accedant vel ſubintrent: contrariũ facientes , vice qualibet trium dierum ſpatio ſtipendiis ſuis præbendalibus careant, in vſus fabricæ conuertendis , quos etiã decanis rectoribus plebanis,& aliis in eccleſiis ſuperioribus reuerentiam debitam impendere volumus, ſed noſtra graui indignatione & pœna ſuperius expreſſa.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

De cohabitatione clericorum & mulierum. Cap. 15.

SAncta generalis ſynodus Baſilię.reformationi ſtatus clericalis intendens inter alia cõſtitutionem ſalubrẽ, cõtra clericos concubinarios edidit per locorũ ordinarios publicandam & exequendam,cuius quidem cõſtitutionis ignorãtiam,ne quis prætendere valeat de clero noſtro,illã preſentibus inſeri,& cum ſtatutis aliis noſtris publicari.& diſtricti us volumus obſeruari,cuius tenor ſequitur,& eſt talis.

Sacro ſancta generalis ſynodus Baſilien.in Spiritu ſancto legitimè congregata,vniuerſalẽ eccleſiã repræſentãs,ad perpetuã rei memoriam,Quicunq; clericus,cuiuſcunque ſtatus conditionis,religionis,dignitatis,etiã ſi pontificalis vel alterius præeminentiæ exiſtat,qui poſt huius conſtitutionis notitiam quam habere præſumatur,poſt duos menſes poſt publicationẽ eiuſdẽ in eccleſiis cathedralibus quam ipſi diœceſani omnino facere teneãtur,poſtquam eadem cõſtitutio ad eorum notitiam peruenerit,fuerit publicus concubinari⁹, à perceptione fructuũ omniũ ſuorũ beneficiorum,triũ menſium ſpatio ſit ipſo facto ſuſpenſus,quos ſuus ſuperior in fabricam vel aliã euidentem eccleſiarũ vtilitatem , ex quibus hi fructus percipiũtur,conuertat.Necnon huiuſmodi,publicum concubinariũ cum primum talem eſſe innotuerit,mox ſuus ſuperior monere teneatur,vt infra breuiſsimũ terminũ cõcubinam dimittat,quã ſi non dimiſerit, vel dimiſſam aut aliã publicè reaſſumpſerit,vult hæc ſancta ſynodus,vt ipſum omnibus beneficiis ſuis omnino priuet.Et nihilomin⁹ hi publici cõcubinarii vſquequo cũ eis per ſuos ſuperiores poſt ipſarum concubinarum dimiſsionem,manifeſtamque vitæ emendationem fuerit diſpenſatum, ad ſuſceptionem quorũcũque bonorum,dignitatum, beneficiorum vel officiorum ſint inhabiles. Qui ſi poſt diſpenſationẽ recidiuo vomitu ad huiuſmodi publicum concubinatum redierint ſine ſpe alterius diſpenſationis , ad prædicta prorſus inhabiles exiſtant. Quòd ſi hi ad quos talium correctio pertinet,eos(vt prædictum eſt)punire neglexerint,eorum ſuperiores tam in ipſos de neglectu quàm in illos de cõcubinatu modis omnibus digna punitione animaduertant.In conciliis etiam prouincialibus & ſynodalibus aduerſus tales punire negligentes , vel de hoc crimine diffamatos,etiam per ſuſpenſionem & priuationem collationum beneficiorum vel aliam condignã pœ-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nam ſeueriter procedatur. Et ſi hi quorum deſtitutio ad ſummum pontificem ſpectat, per concilia prouincialia, aut ſuos ſuperiores propter publicum concubinatum reperiãtur priuatione digni, ſtatim cũ proceſſu inquiſitionis, ipſi ſummo pontifici deferantur, eadem diligẽtia & inquiſitio in quibuſcunque capitulis generalibus & prouincialibus quo ad ſuos ſeruetur, pœnis aliis contra prædictos & alios non publicos concubinarios ſtatutis in ſuo robore permãſuris. Publici autem intelligendi ſunt, nõ ſolum hi quorum cõcubinatus per ſententiam aut cõfeſsionẽ in iure factam, ſeu per rei euidẽtiam quę nulla poteſt tergiuerſatione celari, notorius eſt: ſed qui mulierẽ de incõtinentia ſuſpectã & infamatam tenet, & per ſuum ſuperiorem admonitus ipſam cum effectu non dimittit. Quia vero in quibuſdam regionibus nõnulli iuriſdictionem eccleſiaſticã habentes pecuniarios quæſtus à cõcubinariis percipere nõ erubeſcunt, patientes eos in ſua fœditate ſordeſcere, ſub pœna maledictionis æternæ p̃cipit, ne deinceps ſub pacto, cõpoſitione, aut ſpe alicuius quæſtus, talia quouis modo tolerent aut diſsimulẽt, alioqui vltra præmiſſam negligentię pœnam, duplum eius quod propterea acceperint reſtituere ad pios vſus omnino teneantur, & compellãtur. Ipſas autem concubinas ſeu mulieres ſuſpectas, prælati modis omnibus curent à ſuis ſubditis, etiã per brachij ſecularis auxilium, ſi opus fuerit penitus arcere, quarũ cõcubinarũ res, quæ de bonis præſumatur habere eccleſiæ, in fabricam vel in aliam ipſius eccleſiæ vtilitatẽ per ipſos pręlatos conuertantur. Qui etiam ex tali cõcubinatu procuratos filios apud patres ſuos cohabitare non patiantur. Iubet inſuper hæc ſancta ſynodus, vt etiam in prædictis ſynodis & capitulis hæc conſtitutio publicetur, & quilibet ſuos ſubditos ad ipſarum cõcubinarum dimiſsionẽ moneat diligenter. Iniungit præterea omnibus ſecularibus viris, etiã ſi regali præfulgeant dignitate, ne vllum qualecũque inferant impedimentum, quocunque quęſito colore, prælatis, qui ratione ſui officij aduerſus ſuos ſubditos pro huiuſmodi cõcubinatu procedunt. Et cum omne fornicationis crimen lege diuina prohibitum ſit, & ſub pœna peccati mortalis euitandum, monet omnes laicos tam vxoratos quàm ſolutos, vt ſimiliter à cõcubinatu abſtineant: nimis enim reprehenſibilis eſt, qui vxorem habet & ad alienam mulierem accedit: qui verò ſolutus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

si continere noluerit,iuxta Apostoli consilium,vxorẽ ducat. Pro huiusmodi autem diuini obseruatione præcepti, hi ad quos pertinet, tã salutaribus monitis quàm aliis canonicis remediis omni studio laborent.

De clericis non residentibus. Cap. 16.

CVm autẽ ad hoc sint ecclesiastica beneficia deputata, vt in eis ad seruiendũ Altissimo tales assumantur, qui ꝑ seipsos volunt & possunt eorũ curã exercere, statuimus vt quilibet infra ciuitatẽ & diœcesim nostras beneficiatus cuiuscũq; status,ordinis vel cõditionis extiterit,cuius beneficiũ residẽtiam personalem, vel certum ordinem de iure statuto vel cõsuetudine requirit in illo infra proximum mẽsem personaliter residere incipiat,& ab inde quandiu beneficium huiusmodi obtinuerit,talem residẽtiam faciat, seque ad ordinem,quem onus beneficij sui requirit,iuxta tempora obtineat,promoueri. Transgressores vero huius statuti nostri per suos superiores seruato iuris ordine priuẽtur,nisi expressam super hoc à nobis vel vicario nostro licentiam obtinere meruerint.

De præbendis. Cap. 17.

ITẽ statuimus,vt quilibet religiosus infra diœcesim nostrã Hildesemen.curam gerens animarum, titulũ huiusmodi beneficij sui in proximo capitulo post illius assequutionẽ archipresbytero vel eius locũ tenenti in præsentia fratrũ ostendat,etsi alium quàm à nobis seu vicario nostro impetratum ostenderit,titulo huiusmodi nulla fides adhibeatur,nisi fortè Romanus põtifex illum sibi cõcessisset, & hoc nostris vel vicarij nostri literis appareret declaratũ.Si quis verò cõtra præmissa venire præsumpserit,vltra pœnam iuris cõmunis tã diu à diuinis suspensus remaneat,quousque huiusmodi statuto nostro studuerit cum effectu parere & obedire.

De portione congrua seu competenti.Cap. 18.

CVm non debeat ligari os bouis triturãtis,sacris iubẽtibus canonib⁹,vniuersos & singulos prẽlatos ciuitatis & diœcesisnostrarũ,in Domino exhortamur,vt ecclesiarũ ipsis &eorũ mẽsis vnitarũ & incorporatarũ,nostrę diœcesis vicariis, de præbendis cõgruis vnde decenter sustẽtari, iura episcopalia & archidiaconalia soluere, hospitalitatẽ tenere,& alia incũbentia onera supportare valeant, prout de iure tenẽtur,prouideant: alioquin prout de iure constringũ-

A69
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tur eis negligẽtibus,ad præbendarum huiuſmodi deputatio nem ſeruatis ſeruandis procedere non obmittemus.

De inſtitutionibus. Cap. 19.

CVm in cunctis ſacris miniſteriis ſint ætatis maturitas, grauitas morum,& literarum ſcientia requirẽda,præſenti perpetuo prohibemus edicto,ne deinceps aliquis ſacerdos ſecularis vel religioſus infra ciuitatem & diœceſim noſtras,quodcunq; eccleſiaſticũ beneficiũ cũ cura vel ſine cura abſque inſtitutione ſeu inueſtitura aut induciis,ſeu licen. à nobis vel vicario noſtro aut aliàs legitime,ac per literas ſigillatas obtentis & prius Archipresbytero vel eius locum tenẽti oſtenſis,regere, aut quomodolibet officiare ſuo vel aliquo nomine p̃ſumat, niſi ipſius beneficij rector ſeu Vicari' vel Capellanus p̃ſonaliter in eo reſideat,cuius nomine & cõſenſu aliquis vt ſocius in diuinis inibi inofficiet,ſecus autem facientem quum non ſuos fructus faciat,ipſo iure ad reſpõdendum Fiſco noſtro de fructibus ſic per eum leuatis, condemnamus,& Fiſco eidem decernimus applicandos,cõcedimus tum vt beneficio poſtquam primò vacare cœperit,poſſit loci Archipresbyter per ſe vel alium quem duxerit eligẽdus per primum proximum menſem & nõ vltrà in diuinis prouidere, ſeruato tamen moderamine ſuperius de officio Archipresbyteri expreſſo.

Cum ad extirpandũ quorundam deteſtandam cupiditatẽ in ſacro Lateranen.Cõcilio prohibitam,vt nulli' diuerſas eccleſiaſticas dignitates aut parochiales eccleſias recipiat,& cõſequenter ſtatutum , quòd recipiens beneficium habens curam animarum annexã,ſi prius tale habeat , is eo ſit ipſo iure priuatus,& ſi fortè illud retinere contenderit , etiam alio ſpolietur,imò ſi vltra menſem teneat,ambobuseſt priuatus, apoſtolicæ tamen ſedis diſpenſatione in his ſalua,& alibi can. non.vitium cupiditatis huiuſmodi redarguẽs , tales in curatis beneficiis plurales,eo quia ſic retẽta ad ipſos non ſpectãt, de iure,rem aſſerit attrectare alienã,& ſic furtum committerent quodammodo & rapinam,nõ ſine ſuorum &ſubditorũ animarum periculo:eapropter,vt huiuſmodi canones & ſacrorum Conciliorum generalium ſancita debitæ executioni demãdẽtur, locorum Ordinarij per fœlicis recordationẽ Gregorij decimi decretũ, in ſacro generali Cõcilio eſt præceptum,vt ſubditos ſuos plures dignitates vel eccleſias,qui-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bus animarũ cura imminet obtinẽ.ſeu perſonarũ aut dignitatem cum alio beneficio cui ſimilis cura eſt annexa,ad exhibendum diſpenſationem authoritate,cuius eccleſias perſonatus,aut dignitates canonicè ſe tenere aſſerunt, infra tẽpus arbitrio ordinariorũ ſtatuendum diſtrictè compellant. Nos itaq; animarum periculis obuiare, & vt eccleſiaſtica beneficia canonicè poſsideantur,per executionẽ præmiſſorum cupiẽtes prouidere:Hoc præſenti ſtatuto decernimus,vt deinceps à publicatione præſentiũ , ſic vt præfertur plura curata obtinentes beneficia ac plures dignitates & perſonatus ſeu perſonatum & dignitatem cũ alio beneficio curato , de ſuis diſpenſationibus, quarũ authoritate illa tenere prætendunt, necnon titulis ſuis ad eadem,infra duorum menſium ſpatiũ coram nobis vel Vicario noſtro in ſpũalib⁹ legitimè & ſub pœnis iuris doceant,ne deficientes in titulis & diſpenſationibus huiuſmodi canonicis, occupãdo iniuſtè ipſa beneficia contractent rem alienam & per conſequens furtum cõmittant,& animæ exinde periclitentur, ipſorumque ſanguis de noſtris manibus exigatur,alioquin ad executionẽ præmiſſarum ſacrarum conſtitutionũ contra ipſos dictis lapſis menſibus effectualiter procedemus.

De rebus eccleſiæ non alienandis. Cap. 20.

ITẽ mãdamus ſub excõmunicationis pœna canonica monitione prẹmiſſa vniuerſis & ſingulis Abbatib⁹ , Præpoſitis, Decanis,Prioribus,Prioriſsis monaſteriorum &eccleſiarum noſtrarũ ciuitatis,& diœceſis, ne de cætero aliqua bona immobilia ſeu reditus & prouentus monaſteriorũ ſeu eccleſiarum ſuarum vendãt aut obligent quouis modo abſq; licentia noſtra ſpeciali.Et ſi qui contra huiuſmodi inhibitionem & mãdatum noſtrum bona vel reditus ſuorum monaſterio rum ſeu eccleſiarũ alienauerint ſeu obligauerint, huiuſmodi contractus decernimus irritos ac inanes: Decernentes vt in mutuo contrahendo, necnon obligatione mobilium vel immobilium ſacri canones obſeruentur.

Statuimus etiã quòd ornatus & libri eccleſiæ, altariumq; ſeu vicariarũ fundationes,& literæ capitales cẽſuũ ac prouẽtuum eorundem,bis vel ad minus ſemel in anno inſpiciãtur à Decano & capitulo diligenter , & ſub ſigillis prælatorũ & capituli ponantur ſigillatim in ſcriniis,vt ſic cognoſcatur in poſterum,ſi de ipſis augmentatum ſit aliquid vel ſubtractũ.

170
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Et quoniam pauci ſunt in ſingulis eccleſiis, qui prædia & reditus eccleſiæ plenè cognoſcãt, & nonnulli reditus & bona propter negligẽtiam officiatorum, & infœlicẽ ſtatũ horũ turbatiſsimorum temporũ ſunt fortè perdita vel deſtructa ſtatuimus, quòd prædia & reditus eccleſiarum cõmunes, & ſpecialiter dignitatum & officiorum, & quæ, ac quales rationes cuiuſlibet officij fieri debeat, ſub ſigillis prælatorum, & capituli pleniſsimè conſcribantur.

De teſtamẽtis & vltimis voluntatibus ex prouinciali Concilio Fritzlarien. Cap. 21.

CLericus de prouẽtib⁹ anni gratiæ, vel aliàs de rebus eccleſię acquiſitis, cõcubinę ſuę, vel filiis ex fornicatione genitis quicquã penit⁹ nõ relíquat: ꝙ ſi fecerit, legatũ non teneat, & quod taliter eſt relictum, eccleſiæ applicetur.

Ex eodem Concilio.

AD abolendam prauam conſuetudinẽ vel potius corruptelam ſeu temeritatem clericorum qui ſignũ pudicitiæ deberent oſtendere laicis quibus ſunt, poſiti in exẽplũ in argumentũ ſuæ finalis impœnitentiæ fructus prębendarum ſuarũ concubinis vel ſpuriis ſuis legant in vltima volũtate, rigor eccleſiaſticus debet exerceri. Quare ſub anathematis vinculo prohibem⁹, ne de cætero clerici annis gratiæ abutẽtes, de rebus eccleſiæ fructus beneficiorum eccleſiaſticorũ ſpuriis & concubinis dimittendo aliquo modo diſponant. Qui verò contra inhibitionem huiuſmodi venire præſumpſerit, in ſignum ſuæ perditionis eccleſiaſtica ſepultura, & quibus taliter fructus legantur eis careant ipſo iure. Qui autem teſtamẽtum tale poſt mortem defuncti manu tenere voluerint, & per quorum manus talibus perſonis fruct⁹ prębendarum & beneficiorum eccleſiaſticorum fuerint miniſtrati, eccleſia ipſa ſit ſuppoſita interdicto.

Ex prouinciali Concilio Moguntino.

SVnt nõnulli qui anno gratię pro releuatione debitorũ ĩ fructibus beneficiorũ defunctis clericis conceſſo damnabiliter abutũtur, fruct⁹ anni ipſius gratię cõſanguineis ſuis vel aliis, quibus voluerint, relinquentes, ex quo prouenit duplex iniuria, eccleſiæ ſcilicet & perſonæ: fraudatur enim eccleſia per dictũ anni ſpatium ſeruitore, priuatur etiã ſucceſſor in percipiendis fructibus ſuo iure: quod de cætero fieri prohibentes, ſacra approbatione Concilij ſtatuimus, ꝙ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

niſi pro releuatione debitorum quæ cum aliunde ſolui non poſſunt,anno gratiæ clerici non vtantur,niſi ipſius anni fructus pro aliqua pia cauſa,ipſi relinquant eccleſię,à qua idem beneficium habuiſſe noſcuntur.

Ad idem.

QVorum in quibuſdam locis noſtrarũ ciuitatis & diœceſis,vti accepimus,conſuetudo ſiue corruptela deteſtabilis obſeruatur,videlicet quòd tam clericus quàm laicus in lecto ægritudinis conſtitutus vltra certã limitatã& expreſſam ſummam,nec piis locis,nec perſonis eccleſiaſticis ꝓ animæ ſuæ remedio & ſalute aliqua poſsit ordinare legata cõſiderãtes prædictã conſuetudinẽ,ſacris canonibus & ſecularibus legibus obuiare,quum omnia iura clament, quod vltima voluntas hominis & vltimum teſtamentũ immobile perſeueret, & nihil ſit quod hominibus magis debeatur, quàm vt ſupremæ voluntatis liber ſtylus exiſtat,eandem cõſuetudinem Deo odibilem,animabus & bonis moribus inimicam authoritate huius ſalutaris ſanctionis penitus reprobamus,firmiter ſtatuen.vt illis quos iura à teſtamentorũ nõ prohibent factionẽ,etiam in ſanitate vel in lecto ęgritudinis conſtitutis legandi, diſponendi & ordinandi de bonis ſibi à Deo collatis ad pia loca & perſonas eccleſiaſticas,dummodo contra legitimas conſtitutiones non venerint, libera ſit facultas:Volentes & præcipientes diſtrictè, vt vniuerſi clerici & laici impedientes defunctorum legata ſeu voluntates,per excommunicationis in perſonas,& interdicti in loca,ſententias(monitione canonica præmiſſa)ferendas,ab huiuſmodi impedimentis deſiſtere compellantur.

Ad idem.

DOlẽter audiuimus,quòd fidelium tam clericorũ quàm laicorum teſtamenta & vltimę voluntates maximè ꝓ animarũ ſalute, & ad pios vſus legata & teſtata in ſuis debitis executionibus ac ordinationibus,interdũ ꝓuerſis machinationibus hominũ,&quandoque negligẽtiis interueniẽtibus & obſtantibus, in noſtris ciuitate & diœceſi in locis pluribus multipliciter impediantur & retardentur.Cum itaque vltima voluntas,ſeu vltimum hominis teſtamentum ꝓ lege ſeruari debeat,& ſupremæ hominis rationabilis volũtatis liber ſtylus exiſtat, & noſtro incumbat paſtorali officio talibus prouidere, & teſtamenta vtroque iure ſuaden.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

defendere ,'vniuerſis noſtræ iuriſdictioni ſubiectis eccleſiaſticis & ſecularibus ſubinterminatione diuini iudicij & excõmunicationis ſententia,quam in cõtra facientes ſex dierũ monitione præuia in his ſcriptis ferimus,ne teſtamẽta,& vltimas fidelium eccleſiaſticarum vel ſeculariũ ꝑſonarũ, quas iura à teſtamentorum factione non prohibent , voluntates, maximè ad vſus pios & animarũ ſalutẽ,ſe extendẽ.earúmq; executionẽ debitas impediãt, negligãt vel retardent,nec de teſtamẽtorum & cauſarum earundẽ ac ipſorũ occaſione pro tẽpore motarũ cognitioni ſe intromittãt,ſed ad nos & Officiales noſtros ordinariã iuriſdictionẽ cauſarum huiuſmodi habentes,remittant,diſtrictius inhibemus atque mandam⁹.

Mandamus præterea teſtamenta ac vltimas voluntates ꝑ teſtamẽtarios & executores ad hoc per defunctos teſtatores deputatos, nominatos ac deſignatos , iuxta iuris communis ordinationem ac diſpoſitionẽ infra anni ſpatiũ à morte eorundem teſtatorum computandum,etiã abſque aliqua præuia monitione (cuius vicem hoc præſens ſtatutum noſtrum habere volumus)debitæ executioni demandentur, & ritè exequantur : alioquin elapſo anno eorundem executionem, ipſo iure ad nos vti epiſcopum diœceſanum & loci ordinarium deuolutam eſſe decernimus.

De parochis & parochianis. Cap. 22.

GRauis ad nos querela perduxit,ꝙ nonnulli ſuis iuribus & finibus nõ contenti,parochianos alterius preſumant recipere temerè ad diuina, cõtra canonicas ſanctiones, & cũ dictorũ parochianorũ iudices non exiſtant,nec ligandi vel ſoluendi in eos receperint poteſtatẽ,ſe tamen iudices faciendo in foro pœnitentiali periculoſè abſoluunt & ligant, pro libito ſuæ volũtatis, ſicq; ipſis qui proprios ſpernunt ſacerdotes minimè abſolutis,illud ſalutiferum noſtræ peregri nationis:viaticum quod nõ proficit, niſi prius à criminũ labe mundatis,& in animarũ ſuarũ & eorum qui id non diiudicantes indiſcretè recipiũt, periculum conferre non verentur,ſicque dicti eorum ſacerdotes,qui curã recipiendo ſuam pro ipſis animam obligarunt , dum ſibi taliter ſubtrahũtur, ſtatum ignorantes ipſorum ægrotantium,non poſſunt quod in eis eſt ſanare,nec cõſolidare infirmum,nec alligare cõfractum:& ſic dum curationis neceſſaria non adhibẽtur remedia , inualeſcentibus morbis vſque ad interemptionem læ-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fio dilatatur, vnde ſacerdotes nullam poſſunt de ſic pereunti bus animabus ſummo iudici dare rationem. Noſtrorum patrum, qui eccleſiæ ſanctæ Dei & perſonis eccleſiaſticis termi nos, quos non licet tranſgredi, poſuerunt, ſtatuta conſiderantes, vniuerſis ſacerdotibus, tam religioſis quam ſeculariba, cuiuſcunque ordinis, conditionis, ſiue ſtatus exiſtant, in ciuitate & diœceſi noſtris degẽtibus, ſub debito iuramẽto quid in receptione ſuorum ordinũ præſtiterunt, & ſub intermina tione diuini iudicij firmiter inhibemus, ne quis alienum parochianum, cuius cura per epiſcopum vel loci Archidiaconũ vel eius vicariũ, alij eſt commiſſa, præſumat (excepta neceſſitatis cauſa, quæ legem non habet) ad confeſsionem recipere, vel ad porrigendum eccleſiaſticum ſacramentum, niſi petita deſuper & obtenta licentia proprij ſacerdotis accedere, cùm certi & indubitati iuris exiſtat, talem à tali presbytero abſolui non poſſe aliquatenus vel ligari, & ex hoc ordinem eccleſiæ per maiores & ſanctos patres diuina prouidentia inſtitutũ cõfundi, quod per vniuerſos plebanos ſingulis diebus dominicis & feſtiuis corã ſuis plebibus prẽcipim⁹ publicari.

Ad idem.

INſuper veridica relatione intelleximus, populũ vulgarem in pleriſque locis nobis ſubiectis dieb⁹ dominicis & feſtiuis rarò intereſſe diuino officio, Miſſæ & p̃dicationi verbi Dei, licet iuxta ordinationem & ſtatutum ſanctæ matris Eccleſiæ, eiſdem diebus intereſſe debeant, vt ibidem de diuinis præceptis & euangelicis doctrinis informentur. Nos volentes huic morbo obuiare, ac animarum ſaluti conſulere, prẽſenti volumus & ordinamus ſtatuto, diſtrictè vniuerſis preſbyteris curatis noſtræ diœceſis, mandantes & exhortantes, quàtenus plebes & parochianos ſuos, qui ad annos peruenerint diſcretionis, hortentur & admoneant ſub pœna excommunicationis, quatenus deinceps ſingulis dominicis & feſtiuis diebus officio Miſſę in eccleſiis ſuis intereſſe ſtudeant, & prædicationem verbi Dei diligenter audiant, niſi legitimo impedimẽto ex cauſa rationabili quis excuſetur, nec ab officio huiuſmodi ante benedictionẽ ſacerdotis, donec complea tur, recedãt, vel aliàs inhoneſtè diſcurrãt, faciẽdo ob reuerẽtiã diuiniſsimi ſacramẽti genuflexiones. Interĩ dũ hoſtia ſalutarisper presbyterũ eleuatur, cũ deuotione cordis Deũ exorent pro peccatis. Si quis verò rebellis & negligens in his

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fuerit,hũc in confeſsione ſeuerè volum⁹ emẽdari,& nihilominus talis qui tempore prædicationis verbi Dei extra eccleſiam,& in cœmeterio ſtare cõtra prohibitionẽ huiuſmodi præſumpſerit,ad authoritatem noſtram epiſcopalẽ remittatur.Contemptores etiã huius ſaluberrimi prẽcepti per excommunicationis inflictionem coërceantur.Inſuper presbyteri curati in ſermonibus populũ eis commiſſum ad hoc inducere curent,vt proceſsionibus & aliis actibus & cẽremoniis eccleſiaſticis interſint& deuote,laudéſque omnipotenti Deo cum attentione cordis & morum grauitate perſoluãt.

De fructibus defunctorum plebanorum ſeu rectorum eccleſiarum parochialium,vicariorum,altariſtarum,& aliarum perſonarum eccleſiaſticarum ciuitatis & diœceſis Hildeſemen. Et qualiter inter defunctum & ſucceſſorem diuidi debeant.

Cap. 23.

VOlumus,vt in morientium plebanorum,vicariorũ,altariſtarum,& aliarum perſonarum eccleſiaſticarũ fructibus, ſubſequẽs diffinitio ſeu deciſio, iuri communi & æquitati conformis in omnibus obſeruetur.

De bladis ſeu frumentis. *Cap.* 24.

ANnus ad ſeruiendũ blada,ĩcipit ĩ feſto beatæ Margaretæ,vnde declaramus,q̃ ſi aliquis deceſſerit quacunque parte anni, fructus bladorum liberè cedentiũ debẽtur defuncto à feſto beatæ Margaretæ vſque in finem triceſimi diei obitus ſui proportionabiliter ſecundum ratam tẽporis, reliqua portio huiuſmodi bladorũ debetur ſucceſſori defuncti.Si aut defunctus haberet vel habuiſſet blada p̃ ipſum elaborata,& feciſſet omnẽ laborẽ agrorũ vſque ad meſſem excluſiuè,tunc duæ tertiæ crementorum debẽtur defuncto:de reliqua tertia, defunctus recipiat partem à feſto Margaretæ vſque ad finem triceſimi diei obitus ſui,ſecundum ratã temporis,reſiduũ verò habebit ſucceſſor ſuus.Itidẽ ſi defunctus dictos agros coluiſſet vſque ad ſparſionẽ ſeminis excluſiuè, extunc ſucceſſor ſatisfaciat defuncto per ipſum ad culturam agrorũ expoſitis vſque in diẽ obit⁹ ſui,& colat vlterius bona ipſa,recipiatq̃; omnes fructus ipſorum bonorũ.Etſi fortaſsis ſucceſſor recuſaret labores huiuſmodi facere,ex tũc teſtamẽtarij ac manu fideles defuncti,vel pro ipſis ſi defunct⁹ deceſſit inteſtatus, vicarius noſter ĩ ſpiritualibus ſeu officialis vel alius quicũque per vicarium ſeu officialem noſtrum ad hoc deputatus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

deputatus seu deputandus, colat vel colant bona ipsa vsque ad cõsummationem, colligántque fructus omnes dictorum bonorum pro defuncto, tertia tamẽ parte dictarum frugum reseruata pro defuncti successore.

De fœno. Cap 25.

ANnus ad deseruiendum fœnum incipit in die beati Vrbani papæ, de quo fœno iudicabitur sicut de blado liberè cedente proportionabiliter secundum ratam tẽporis vsque ad diem tricesimum obitus defuncti.

De fructibus arborum. Cap. 26.

ANnus ad seruiendum fructus arborum incipit in die Assumptionis glorioſæ virginis Mariæ, de quibus idẽ iudicium erit sicut de blado liberè cedente, proportionabiliter vsque in diem tricesimum obitus defuncti.

De censibus & aliis prouentibus. Cap. 27.

ANnus ad deseruiendum cẽsus, reditus ac prouẽtus pecuniales, anseres, pullos, capones, & alia quæ intra census cõputãtur, incipit à festo beati Martini episcopi. Hæc omnia veniũt defuncto ꝑ rata tẽporis vsq; in diẽ tricesimũ obit⁹ sui ꝑportionabiliter diuidẽda. Reliqua autẽ portio debetur successori pro sua rata. Idem etiã iudiciũ erit in omnibus altaristarũ fructibus, sicut de prouẽtibus ecclesiarũ, quo ad assignationẽ ratæ tẽporis pro defuncto & ei⁹ successore.

De rata solutionis impositionum. Cap. 28.

VOlumus etiã, quòd si aliqua subsidia siue procurationes imponerentur clero, anno illo in quo aliquis beneficiatus naturæ debitũ persoluisset, quòd in persolutione talium impositionũ, quilibet partim tã defunctus quàm successor soluat ipsas impositiones proportionabiliter, secũdum quod recepit de fructibus ipsius anni vnde soluuntur huiusmodi subsidia seu impositiones.

De regularibus. Cap. 29.

QVoniam nonnulli religiosi contra Deum & suam conscientiam multipliciter excedunt, eorúmque prælati desides & negligentes in obseruatione regularis disciplinæ & correctione excessuũ existunt, eos ꝑ viscera misericordiæ Domini nostri Iesu Christi requirimus & hortamur, vt personas regulares sibi subiectas ad obseruantiã regularũ suarum & statutorum regularium diligentius inducant, moneant & alliciant, & si opus est, strictius compellãt, vt de Of-

173
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ficio ſibi commiſſo dignam Deo poſsint reddere rationem: quòd ſi vltra præuaricatores ordinis ſui fuerint aut contemptores ſeu negligentes vel remiſsi, pro certo ſe nouerint nõ ſolum ab officio deponẽdos, ſed aliàs ſecũdum regulã ſuam caſtigandos, cum offenſa non ſolum propria, verumetiã aliena, ac ſanguis ſubditorũ ſuorum de ſuis manib⁹ requiratur. Nos etiam eorundem prælatorum negligentiam, fauẽte Domino, ſupplebimus, iuxta canonicas ſanctiones.

Ad idem

PEriculoſum nimium fore conſiderãtes & ſcandaloſum, quòd perſonæ regulares vtriuſque ſexus extra monaſteria ſua vagãtes, in ſeculo morã trahãt, nõnullę etiã ex ipſis religionis habitu dimiſſo apoſtatare non formidãt excõmunicationis ſententiam, vt ſic incurrendo, & ſuis ſuperioribus rebellando. Cum itaque periculoſum ſit talibus ſic vagantibus excõmunicatis & apoſtatis in diuinis participare, volumus & vniuerſis nobis ſubiectis eccleſiaſticis perſonis mandamus, vt omnes & ſingulos ſic in ſeculo ſuis ſub diſtrictibus vagantes & cõmorantes cuiuſcunque ordinis vel cõditionis fuerint, moneant & requirant, vt infra menſis ſpatiũ à die publicationis & requiſitionis huiuſmodi ad ſua monaſteria redeant, & vt vota ſua Deo reddãt, ſuis ſuperioribus iuxta ordinẽ & regulę inſtitutionẽ obediẽdo, vel ſaltẽ infra eundẽ terminũ coram nobis vel noſtro vicario de indultis ſi quæ de cõtrario habeant, legitimè doceãt, alioquin cõtra ipſos per eccleſiaſticæ cẽſuræ pœnas, & prout iuſtũ fuerit, ꝓcedemus.

Ad idem de regularibus.

QVanuis contra monachos & moniales de ſuis clauſtris propter aliquos enormes exceſſus, aut animi leuitate temerè fugientes, & in ſeculo per tempora vagantes & conuerſantes, & tandem pœnitentia ducti ad clauſtra, ſua humiliter redire volẽtes, certæ & varię pœnæ iuxta qualitatem & quantitatem excedẽtium à ſanctis patribus ſint ſtatutæ: quidam tamẽ abbates & magiſtratus pœnis in ſacris canonibus & regula ſui ordinis contra tales profugos expreſsis non cõtẽti grauiores & quaſi importabiles pœnas ipſis in ſui reuerſione imponere non verentur, vel quod deterius eſt, eaſdem perſonas, quantumcunque humiliter poſtulantes, ad ſua clauſtra de quibus exiuerunt admittere, inhumaniter contradicunt. Cum itaque de iure pœnæ ampliandæ non ſint, ſed le-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

niendæ,& longè ſit ſecurius de miſericordia quàm de crude litate reddere rationem:cum etiam dominus per os prophetæ ſit pollicitus,ſic dicentis : Peccator quacunque hora conuerſus fuerit,& ingemuerit , iniquitatum ſuarum amplius non recordabor.Nos aduertẽtes,quòd vbi pater familias largus diſpenſator exiſtit , non decet familiam eſſe tenacem,vt peccandi materia & occaſio talibus pręcludatur,prouida deliberatione ſtatuimus & præſenti ſtatuto decernimus & ordinamus,vt monaſteriorũ abbates & prælati,abbatiſſę, prępoſiti,priores,& magiſtratus cuiuſcunq; ordinis nobis ſubiectifratribus & ſororibus modo pręmiſſo à ſuis monaſteriis profugientibus aut in apoſtaſiam ex quacũque cauſa lapſis, deſiderantibus & quærẽtibus cum humilitate ac deuotione regreſſum,gremium miſericordiæ(quẽ mater eccleſia claudere nulli petenti cõſueuit more pij patris familias qui filiũ primum prodigum,& poſtea pœnitentem paternè ſuſcepit) ſtudeant liberaliter aperire,& tales redire volentes,quãtumcunque eorum exceſſus graues fuerint vel enormes , iuxta cuiuſlibet ordinis diſciplinam ſiue regulam & conſuetudinẽ obſeruatam,ſine cõtradictione recipiant & admittant,ita tamẽ quòd propter eorum exceſſus,nec victus nec veſtitus eis ſubtrahatur,ſed aliàs regulariter puniantur,vt præfertur,ſi per ipſi prælati,abbates,abbatiſſæ,præpoſiti,priores,& magiſtratus ſententiam ſuſpenſionis à diuinis,quam in contrafacientes,ſex dierum canonica monitione præmiſſa in his ſcriptis ferimus,voluerint euitare.

Item de monialibus. Cap. 30.

SAcras apoſtolicas cõſtitutiones debitæ executioni demãdantes,hoc noſtro ſtatuto inhibemus,vt ſanctimoniales cuiuſcũque ſint religionis vel ordinis noſtrarũ ciuitatis& diœceſis, quæ in ſuis monaſteriis ſub perpetua clauſura manere iubentur in cõſtitutionibus apoſtolicis antedictis,ita quòd nulla earũ religionem tacitè vel expreſſe profeſſa quacũque ratione vel cauſa,niſi fortè tali morbo euidenti aliquam earum laborare cõſtaret, quòd nõ poſſet cum aliis abſq; graui periculo vel ſcandalo cõmorari monaſteria ipſa egrediendi ſit facultas,deinceps abſque licẽtia ſuperiorũ ſuorum quam nõ niſi ex cauſa expreſſa vel ineuitabili exigente neceſsitate concedi volumus,monaſteria ſua nõ exeant,prout dictarum cõſtitutionũ pœnas & vltionem canonicam voluerint eui-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tare: Quódq; vt ipſæ ſanctimoniales à publicis & mundanis aſpectibus ſeparatæ, Deo liberius ſeruire, & laſciuiendi opportunitate ſublata, corda ſua & corpora in animi ſanctimonia diligẽtius cuſtodire valeant, vniuerſis & ſingulis eccleſiaſticis & regularibus perſonis noſtræ iuriſdictioni ſubiectis interdicimus & prohibemus, ne abſque rationabili & manifeſta cauſa, & ſine ſuperioris, ad quem pertinet, licentia ſpeciali, ipſa monaſteria ſanctimonialium ſubintrent, ſub pœnis ſuſpẽſionis in eccleſiaſticas, & excõmunicationis in ſeculares perſonas, prout de iure poterimus, contra ipſos procedemus.

Ad idem.

ITem præcipimus, & ſub pœna excõmunicationis mandamus, ne etiã ipſi prælati, prouiſores, aut prępoſiti monaſteriorũ monialiũ, noſtrarũ ciuitatũ & diœceſis, ipſa monaſteria ſeu clauſtra quouis modo introeant, niſi magna & euidẽs neceſsitas id expoſcat. Quæ ſi talis fuerit, nequaquã tamẽ huiuſmodi ingreſſum ſine religione & ſocio ſibi comite facere pręſumãt, pœna ſub pręmiſſa: & ſi ex iuſta & honeſta cauſa cuiquã ꝑſonarũ ſui monaſterij loqui voluerint, hoc in eccleſia ſub bono teſtimonio faciãt manifeſtè, ne ſiniſtra cõtra ipſos ſuſpicio oriatur, alioquin graui ſubiaceant vltioni.

Ad idem.

ITẽ mandamus ſub pœna excõmunicationis ſimiliter, ne capellani aut ſcholares monaſteriorum monialiũ ſeu illi qui cõuerſi dicũtur, abſque licẽtia præpoſitorũ prouiſorũ eorũdem monaſteriorũ clauſtra vel clauſuras monialiũ, perſonis mũdanis prohibitas, aut cum monialibus per feneſtras colloquium habeant. Contrarium facientes & prępoſitis ſeu prouiſoribus monaſteriorum inobediẽtes & rebelles, in hac parte prout eorũ rebellio vel pertinacia exegerit, nobis aut cõmiſſario noſtro in hac parte fideliter ſtudeant intimare.

De magiſtris ſcholaſticis. *Cap.* 31.

QVia nonnullis propter inopiam & legendi ſtudium opportunitas proficiendi ſubtrahitur, in Lateranen. cõcilio pia fuit inſtitutione prouiſum, vt per vnamquamq; cathedralem eccleſiã magiſtro qui clericos eiuſdẽ eccleſiæ, alióſq; ſcholares pauperes gratis inſtrueret, aliquod competẽs beneficium præberetur, quo & docentis releuaretur neceſsitas & via pateret diſcentibus ad doctrinam. Verùm quoniã in multis eccleſiis id minimè obſeruatur, nos prædictũ roborantes

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſtatutum,adiicimus,vt non ſolum in qualibet cathedrali ecclesia,ſed etiam in aliis,quarum ſufficere poterũt facultates, conſtituatur magiſter idoneus,à prælato cum Capitulo, ſeu maiori ac ſaniori parte Capituli eligẽdus,qui clericos eccle ſiarum ipſarum & aliarũ gratis in grammatices facultate & aliis inſtruat iuxta poſſe. Volumus etiam,vt prælati & Capitula tam Cathedralium quàm collegiatarum eccleſiarũ,qui magiſtros huiuſmodi aſſumendi,recipiendi,ac conſtituendi habẽt facultatem modernis peruerſarum dogmatũ & pernicioſarum nouitatum temporibus, neminem in magiſtrũ recipiant ſeu aſſumãt,niſi de cuius vita,integritate,ſcientia, moribus,ac conuerſatione,plenã & perfectam habeant notitiam,& qui peruerſarum dogmatum fermento conſperſus infectúſque non ſit, ne tenera iuuentus cum lacte venenum imbibat,& ea diſcat quę poſtea nõ ſine magno ſalutis diſcrimine ac ingenti labore dediſcere vix aut nullatenus poſsit. Cæterum magiſtros qui tales reperti fuerint,mox deſtituendos, amouendóſque diſtrictiſsimè mandamus.

De cuſtodia Euchariſtiæ & reuerentia ſacramentorum.

Cap. 32.

NE propter irreuerẽtiam ſacramẽtorum ira Dei ſęuiat in miniſtros,ſtatuimus vt Euchariſtia,chriſma,& oleũ ſanctũ ſub diligenti cuſtodia ſeruentur. Cùm autẽ ſacerdos Euchariſtiam vel oleum infirmorũ ad decũbentẽ deportauerit,videat,quòd ſuperpelliceo,ſtola ſeu orario ſit indutus,ſuppoſito mũdo velamine,manifeſtè & honeſtè,lumine ac etiam cãpanella, Euchariſtiæ præcedentibus ſacramẽtum. Hæc facienti ac omnibus etiam verè pœnitentibus & confeſsis,qui ſacerdotem Euchariſtiam vel oleum infirmorum,vt ſic deferẽtem eundo vel redeundo aſſociauerint, vel ſequuti fuerint,& hoc de die faciunt,decem:ſi vero de nocte cum lumine proprio vel alieno, viginti dierum de iniunctis ſibi pœnitentiis, præter indulgentias ab aliis & authoritate apoſtolica conceſſas,authoritate noſtra ordinaria miſericorditer in domino relaxamus. Similiter in miniſtratione ſacramenti baptiſmatis,vt ſacerdos ſuperpellicio ac ſtola vtatur, volumus atque mandamus.

Ad idem de cuſtodia Euchariſtiæ.

CONſiderantes quàm grauiter glorioſus Deus ꝓpter ſacramentorũ irreuerẽtiam offendatur:ideo quanquam

A75
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

circa ſacramentorum cuſtodiam & reuerentiam ſufficienter ſancitũ dignoſcatur,quia tamen vt quotidiana edocemus experientia, ſacerdotes cùm diuiniſsima Euchariſtiæ & extremæ vnctionis ſacramẽta ad infirmos deportãt,incautè cum calopedibus & ſcãdaloſè ac turpiter capite nudo aut vix birreto ſuperpoſito,nõ ornatis capillis in mũdi conſpectũ procedant,diſtrictè præſenti ſtatuto inuiolabiliter duraturo,ſancimus,vt cõſtitutio proximè pręinſerta firmiter obſeruetur, ac quilibet presbyter ſic ĩfirmos Euchariſtiæ & extremæ vnctionis ſacramentis accedens,abſq; calopedibus,& capite almutio(ſi ſaltem tali in loco almutia ſolita ſint)portari tecto alioquin caputio clericali per collũ tracto, vt ſola facies nuda appareat, deuotè ac religioſè præcedẽtibus lumine & cãpanella,iuxta eiuſdem cõſtitutionis tenorem incedat,indulgentias inibi expreſſas Chriſti fidelibus in domino elargientes.Si qui vero conſtitutionem noſtram ſeruare contempſerint, ſe vltionem noſtram grauem non euaſuros agnoſcant.

De baptiſmo,ex Concilio prouinciali Fritzlarien.

Cap. 33.

BAptiſmus cum ſumma reuerẽtia celebretur,maximè in diſtinctione & prolatione verborũ,in quibus ſacramẽti virtus cõſiſtit, his ſcilicet verbis: Ego baptizo te in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti,amen.Doceant etiam ſacerdotes,tam mares quàm fœminas in neceſsitate paruulos baptizare,eadẽ forma in ſuo idiomate,& quòd patres & matres proprios infantes,ſi ſumma neceſsitas exigat, poterunt baptizare:& ſi ſacerdotes ſuper hoc diligentius requirentes, debitã formam ſeruatam in baptiſmate inuenerint,quod factum eſt approbent, ſupplentes circa baptizatum quo ad vnctionem olei in pectore & in ſcapulis,& chriſmatis in vertice,quod à laicis eſt omiſſum: ſi autem in baptiſmate debitã formam non inuenerint obſeruatam , non differant pueros iterum baptizare.

De eccleſiarum procuratoribus. *Cap.* 34.

QVorũdam fide dignorum didicimus relatione, quod plurimarum eccleſiarum noſtræ diœceſis procuratores laici duntaxat cõſtituantur, qui ad eorũ nutum cũ pecuniis & rebus earundem eccleſiarum abſque plebanorũ ſcitu & conſenſu propria commoda quærant, ac mercationes & contractus interdum vitioſos cum illis exerceant, &

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eas ad alios priuatos vſus conuertere non formident, nec de per eos perceptis,collectis, imburſatis & geſtis in præſentia plebanorum, quorum tãquam procuratorum principalium intereſt rationem reddere ſtudeant,fabricas eccleſiarum huiuſmodi & eorum animas miſerabiliter defraudando,quod profecto periculoſum fore arbitramur. Quamobrẽ eccleſiarum indemnitati & ſubiectorum ſaluti prouidere cupiẽtes, præſenti conſtitutione ordinamus,vt deinceps cuiuſlibet eccleſiæ noſtræ diœceſis rector ſiue plebanus tanquam principalis & cum eo ad minusduo laici huiuſmodi procurationis officia,citra eorum priuata cõmoda fideliter cum ſcitu & cõſenſu plebani exerceant,ac vtilitatẽ eccleſiæ promoueãt, rationem de ſingulis per eos leuatis,collectis,diſtributis, actis & factis,in præſentia ipſius rectoris ſiue plebani,tãquã principalis procuratoris,coram his qui ad hoc ſunt deputati,temporibus conſuetis faciẽdo, prout de hoc in extremo iudicio reſpõdere velint. Qui autem huiuſmodi noſtri ſtatuti rebelles fuerint reperti,per eorum plebanos & paſtores monitione prꝙuia excommunicari poſsint & debeãt,ad quod eiſdem plebanis præſentis ſtatuti vigore liberam damus facultatẽ.

De celebratione Miſſarum & horarum Canonicarum perſolutione, & de concionatoribus,ex Concilio prouinciali Moguntino.

Cap. 35.

PRædeceſſorũ noſtrorum veſtigiis inhærẽdo ſtatuimus, inhibentesſub excommunicationis pœna,quam in omnes trãgreſſores huius ſacri approbatione Cõcilij decernimus ferendam,vt nullus ſacerdotum nouitiorum , illa die qua celebrare intendit primam Miſſam,in exordium publicationis ſui ſacratiſsimi officij,oblaturus Deo primitias gratiæ ac ſalutis ſibi collatæ,aliquos ad conuiuium inuitare aut inuitatos habere aut procurare per ſe vel aliũ quoquo modo præſumat,ſed ad ſolum Deum cui⁹ militiæ eſt aſſcriptus, dirigat aciem ſui cordis,maximè die illa deuotus,& curis ac ſolicitudinibus temporalium,quibus mentes hominum diſtrahuntur exutus,remotus à vanitatibus,hiſtrionum curſibus,tumultibus & inſolentiis reproborum , qui etiam ſæpe venire ſolent non vocati. Si qui autẽ pòſt vel antè (octo dierum ſpatio ſeu plurium intermedio)amicorum , honeſtam conuocationem habere velint , abſque hiſtrionum curſibus fieri non vetamus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Quomodo diuinũ officium ſit celebrandũ. Cap. 36.

SAncta generalis ſynodus Baſilien.reformationi ſtatus cle ricalis intẽdens,etiã inter alia de celebrando diuino offi-cio, & horis canonicis ritè perſoluendis,ac nõnullis aliis circa cultũ diuinum neceſſariis certas ordinationes fecit tenoris infraſcripti:Si quis principẽ ſeculi rogatur⁹ habitu honeſto,geſtu decenti,prolatione nõ præcipiti,ſed diſtincta,attẽta quoque mente ſeipſum ac verba ſtudet cõponere,quanto diligẽtius in ſacro loco omnipotentẽ oraturus Deũ, hæc omnino facere,curare debet? Statuit igitur ſancta ſynod⁹ vt in cũctis cathedralibus ac collegiatis eccleſiis horis debitis, ſignis cõgrua pulſatione p̃miſsis, laudes diuinæ per ſingulas horas nõ curſim ac feſtinanter, ſed tractim & cum pauſa decẽti,preſertim in medio cuiuſlibet verſiculi pſalmorũ debitam faciendo inter ſolẽne ac feriale officium differẽtiam, reuerenter ab omnibus perſoluãtur.Horas canonicas dicturi, cum tunica talari ac ſuperpelliciis mũdis,vltra medias tibias longis,vel cappis,iuxta temporũ ac regionum diuerſitatẽ,eccleſias ingrediãtur,nõ caputia, ſed almutias vel birreta tenẽtes in capite.Qui cum in choro fuerint,grauitatem ſeruent,quã & locus & officiũ exigũt, nõ inſimul aut cum aliis confabulãtes ſeu colloquẽtes, aut literas ſeu ſcripturas alias legentes.Et cum pſallendi gratia ibidem cõueniant,muta ac clauſa labia tenere nõ debẽt,ſed omnes præſertim qui maiori funguntur honore,in pſalmis,hymnis & canticis Deo alacriter modulentur.Cum dicitur:Gloria patri & filio, & Spiritui ſancto,Sicut erat in principio, &c. omnes conſurgant. Cum nominatur glorioſum illud nomẽ Ieſus, in quo omne genu flectitur,cœleſtiũ,terreſtrium & infernorũ, omnes caput inclinent. Nemo ibidem dum horæ in cõmuni publicè cantãtur,legat vel dicat priuatim officium.Nam non ſolum obſequium quo obnoxius eſt choro,ſubtrahit,ſed alios pſallentes perturbat.Super his debitè obſeruandis aliisque ad diuini officij proſecutionem ac chori diſciplinã ſpectantibus, Decanus vel cui onus incumbit,diligẽter inuigilet, hinc inde ne quid inordinatè fiat,circunſpiciens.Horum autẽ trãſgreſſores,illius horæ in qua circa prædicta exceſſerint,vel alia maiori,prout trãſgreſsionis grauitas exigit,plectẽtur pœna,laudabilibus tamen cõſuetudinibus,ſtatutis ac obſeruantiis ſpecialibus eccleſiarum ſingularum ſaluis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Quo tempore quisque debeat esse in choro. Cap. 37.

QVi in Matutinis ante finẽ psalmi, Venite exultemus: in aliis horis ante finem primi psalmi: in Missa ante vltimum Kyrie eleison, vsque in finem, diuino officio nõ interfuerit nisi fortè necessitate cogẽte, ac petita & obtẽta à prę-sidente chori licẽtia discedere oporteat, pro illa hora absens censeatur, saluis ecclesiarum cõsuetudinibns, si quę fortè circa hoc arctiores existãt. Idem in his obseruetur, qui à principio vsque in finẽ in processionibus non permanserint, pro cuius executione deputetur aliquis onus habens notãdi personas singulas statuto tempore non conuenientes, iuramẽto astrictus agere fideliter & nulli parcere. Iubet etiam hęc sancta synodus, quòd in illis ecclesiis, in quib⁹ singulis horis certæ distributiones statutæ non sunt, omnino etiam de grossis fructibus (si opus sit) deputentur, vt iuxta mensuram laboris plus minúsve quisque capiat emoluměti, tollẽs prorsus abusum illum, quo in vna duntaxat hora præsens, totius diei distributiones vsurpat, & illum quo Præpositi vel Decani, aut alij officiales ex hoc solum quòd officiales sunt, licet actualiter pro vtilitate ecclesiæ non absint, quotidianas distributiones percipiunt.

Qualiter horæ canonicæ extra chorũ dicendæ sint. Cap. 38.

QVoscunque etiã alibi beneficiatos seu in sacris constitutos, cum ad horas canonicas teneantur, admonet hæc sancta synodus, si orationes suas Deo acceptas fore cupiunt, vt non in gutture, vel inter dentes seu deglutiendo, aut syncopando dictiones, nec colloquia vel risus intermiscẽdo, sed siue soli, siue associati, diurnum nocturnumque officium reuerenter, verbisque distinctis peragant, ac tali in loco, vnde à deuotione non retrahantur, ad quã se disponere & præparare debent, iuxta id quod scriptum est. Ante orationem prę para animam tuam, ne sis quasi qui tentat Deum.

De his qui tempore diuinorum vagantur per ecclesiam. Cap. 39.

QVicũq; in ecclesia beneficiatus, præsertim de maioribus diuinorũ tẽpore per ecclesiã, vel foris circa ipsam deãbulando aut cũ aliis colloquendo, vagari visus fuerit non solum illius horæ, sed totius diei præsentiã ipso facto amittat. Qui si semel correctus, nõ destiterit, per mẽsem distributionibus careat vel grauiori (si pertinacia exegerit) pœnę subiaceat, ita vt tãdẽ desistere cogatur. Prohibeatur etiã ne diuina

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

officiat tumultuosi quorũcunq; per ecclesiam discursus impediãt aut perturbẽt. Regulares, qui in cõuẽtualib⁹ ecclesiis circa p̃dicta excesserint grauiter superioris arbitrio castigẽtur.

De tabula pendente in choro. Cap. 11.

VT cuncta in domo Dei ordinatè procedant, & quilibet sciat, quid sibi agẽdũ imminet, statuatur tabella aliqua continuè pendẽs in choro, in qua quid per vnũquẽque ex canonicis vel aliis beneficiatis in singulis horis p̃ hebdomadam, aut maius tempus legendum, cãtandúmve sit, scribatur. Qui autem secundum quod ibi descriptus fuerit, facere per se vel alium neglexerit, pro qualibet hora distributiones vnius diei amittat.

De tenentibus capitula tempore missæ. Cap. 12.

PRohibet hæc sancta synodus vt tẽpore Missæ maioris, præsertim solẽnibus diebus, capitula seu actus capitulares, aut alij tractatus per Canonicos nõ celebrentur nisi fortè vrgens & euidẽs ingrueret necessitas. Qui vero ad talẽ horam capitulũ indixerit, à distributionibus quotidianis per hebdomadam sit suspensus, neque ipsi Canonici pro illa hora distributiones ipsas lucrentur.

Experientia docti nouimus, quòd quidam verbum Dei in ecclesiis nostrarũ ciuitatis & diœcesis seminãtes, religiosi, & seculares presbyteri, interdum rancore moti cõtra se inuicẽ prædicare non verentur, in populi scandalum & exemplum pernicioſum. Nos considerantes, quòd sicut ex indiscreto silẽtio sæpius error post se relinquitur, ita & incauta loquutio sæpius errorem inducit. Idcirco præsenti statuto inhibemus, ne quis prædicantium in monasteriis & ecclesiis nostrarum ciuitatis & diœcesis, siue religiosus, siue secularis existat, de cætero contra alium quicquam in cãcellis prædicet, sed si errorem, hæresim, vel quid aliud aliquis ex ipsis prædicauerit: id nobis vel nostro vicario in spiritualibus referatur, ne ex huiusmodi contentione publica scandala in populo & pericula consurgant animarum, secus facientes pœnam grauem & condignam non euadent.

De sponsalibus & matrimoniis. 13.

QVanuis in generali Conciliio Innocẽtius papa tertius sufficiẽter statuerit, ne quis sacerdos clãdestinis matrimoniis interfit, inhibẽs nihilominus ne talia clãdestina matrimonia cõtrahãtur, cũ tamẽ, quod dolẽter referim⁹,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

prædicta clandeſtina matrimonia ſæpius contrahantur, per quæ grandia ſcandala,& animarum pericula nõ modica inſurgunt,prohibemus de cætero clandeſtina matrimonia cõtrahi iuxta cõſtitutionem in Concilio generali editam, quæ habetur in c.fin. De clãdeſtina deſpõſatione,infra ſcriptam, quam in omnibus parochialibus eccleſiis præcipimus ſingulis annis per plebanum & curam animarum habentem quater publicari. Ne autem conſtitutio prædicta cuiqam ſit incognita,eam etiam de verbo ad verbum hic inſeri volumus cuius tenor ſequitur & eſt talis.

Cum inhibitio copulæ cõiugalis ſit in vltimis tribus gradibus reuocata,eã in aliis volumus diſtrictè obſeruari: vnde prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærendo, clandeſtina matrimonia penitus inhibemus. Prohibentes etiam ne quis ſacerdos talibus intereſſe pręſumat. Quare ſpecialẽ quorundam locorum conſuetudinem ad alia generaliter prorogando ſtatuimus, vt cũ matrimonia fuerint contrahenda in eccleſiis per presbyteros publicè proponantur, competẽti termino præfinito,vt infra illũ qui voluerit aut valuerit legitimum impedimentum opponat,ipſi presbyteri nihilominus inueſtigent,vtrum aliquod impedimentum obſiſtat. Cũ autem apparuerit probabilis cõiectura contra copulam cõtrahẽdam,cõtractus interdicatur expreſſe, donec quid fieri debeat ſuper eo manifeſtis cõſtiterit documentis. Si quis vero huiuſmodi clandeſtina vel interdicta cõiugia inire pręſumpſerit in gradu prohibito etiam ignorantes, ſoboles de tali coniunctione ſuſcepta prorſus illegitima cenſeatur, de parẽtum ignorantia nullum habitura ſubſidium, cùm illi taliter contrahendo non expertos ſcientiæ, vel ſaltem affectatores ignorãtiæ videãtur. Pari modo proles illegitima cenſeatur: ſi ambo parentes impedimentum ſcientes legitimum,præter omne interdictum, etiam in conſpectu eccleſiæ contrahere præſumpſerunt. Sane, ſi parochialis ſacerdos tales coniunctiones prohibere contempſerit,aut quilibet etiam regularis qui eis præſumpſerit intereſſe per triennium ab officio ſuſpendatur,grauius puniẽdus,ſi culpę qualitas poſtulauerit. Sed & his qui taliter copulari præſumpſerint etiã in gradu conceſſo,pœnitentia condigna iniungatur. Si quis autem ad impediendam legitimam copulam malitioſè impedimentũ obiecerit, canonicam non effugiet vltionem.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Hac conſtitutione prohibemus, ne quis plebanorum ſeu curatorum ciuitatis & diœceſis Hildeſemen. de cętero clãde ſtinis matrimoniis interſit: quòd ſi ſecus fecerit, vltra pœnas canonis prædictas condignè mulctetur. Si autem aliqui ex ſubditis matrimonium clandeſtinè contraxerint, mox poſtquam hoc ſciuerint, eos moneat, vt matrimonium per eos contractum in facie eccleſiæ infra proximum menſem ſolẽnizent, qui etiam infra tempus & ſpatium mẽſis eis pręfigẽdum matrimonium huiuſmodi in facie eccleſię ſolennizare legitimo ceſſante impedimento teneantur. Et ſi id facere cõtempſerint, ſeu eorum Curatus, vt præfertur, ipſos monere non curauerit, tam curatus quàm cõtrahentes, iuxta dictam conſtitutionẽ & alias, canonicè puniantur.

De iudæis. Cap. 43.

NE Iudæi de cætero in ciuitate & diœceſi noſtris nutrices ſeu ſeruiẽtes habeãt Chriſtianas, diſtrictiusinhibemus, quia indignũ eſt quòd filij liberi filiis famulẽtur ancillæ, omnibus ipſorum ſeruientibus ac nutricibus pręcipientes, vt à ſeruitiis earum infra proximum menſem, à publicatione præſentium recedant, quos etiam Iudęi liberè dimittere teneantur, & tranſgreſſores huius ſtatuti condigna animaduerſione puniantur.

Ad idem.

QVoniã dudũ in generalibus Conciliis, & in ſacra prouinciali ſynodo Mogũtinen. nouiſsimè celebrata inter cætera de Iudęis & crucis Chriſti inimicis, ſub ceſſatione diuinorũ & pœna ſubtractionis, communionis, ſtatutũ & mandatũ reperitur, quòd etiam nuper in conuentu Imperiali Auguſten. per piiſsimum & inuictiſsimum dominũ dominum Carolum quintum Romanorum Imperatorẽ in reformatione ſua Imperiali ibidem facta ſimiliter repetitũ, ac de nouo eſt ordinatũ & diſpoſitum, quòd Iudęi ſigna deferre debeant, per quæ à Chriſtianis diſtingui & diſcerni videantur, declarando & adiiciendo tale ſignum eſſe debere, circulũ videlicet de filis croceis in veſte extrinſeca ante pectus, quo ad mares ac maſculos: & duas rigas blauei coloris in peplis mulierũ quo ad fœminas. Cum autem parũ profit ſtatuta condere: & eorum exequutionem negligere, idcirco cõſtitutione præſenti præcipimus diſtrictè vniuerſis Iudæis per ciuitatẽ & diœceſim noſtras habitãtibus, ſub pœna quin

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quaginta florenorum Rhenen.mandantes, quatenus huiuſmodi ſigna extrinſeca iuxta declarationem Cæſareæ & catholicæ maieſtatis prædictam deferant cõformiter,&ad hoc per poteſtatem ſecularem & officiales & regentes compellantur:alioquin contra ſecus facientes officiales & regentes, ad ſubtractionem ſacramenti Euchariſtiæ,& nihilominus etiam contra Iudęos ad excluſionem communionis fidelium & alias pœnas,prout de iure procedatur.

De adulteriis. Cap. 44.

QVædam perſonę relicto legitimo thoro,non verentur vna domo in adulterinis amplexibus manifeſtè cohabitare,in ſcandalum plurimorũ,quorum ſaluti prouidere volẽtes omnibus rectoribus,plebanis & curatis,noſtrarũ ciuitatis & diœceſis in virtute ſanctę obediẽtiæ diſtrictè præcipiendo mãdamus,quatenus omnes & ſingulos, qui in adulterinis amplexib⁹ inſimul reſidere nõ verẽtur, admoneant,requirant,& exhortẽtur,vt infra quindecim dies ab inui cẽ diſcedẽt,& ſi mãdato huiuſmodi obedire contẽpſerint,& poſt dictos quindecim dies(quod abſit)inſimul cohabitauerint, tales in eorum vita ab eccleſiaſticis excludantur ſacramentis,& poſt mortem niſi pœnitentiã egerint de cõmiſsis eccleſiaſtica careãt ſepultura,& nihilominus ad nos vel vicarium noſtrũ pro abſolutionis beneficio conſequendo remittantur.Ipſi verò rectores,plebani, & curati qui eos monere obmiſerint à nobis,vel vicario noſtro,canonicam expectare ſe non dubitent vltionem:quibus etiã ſub ſimili commina-tione diſtrictius iniungimus,vt eorundem rebellium nomina,infra alios quindecim dies nobis vel vicario noſtro denũtient,vt contra eoſdem ad vlteriora procedere valeamus.

De raptoribus. 45.

SPoliatores ſtratarum ac raptores alios, qui tranſeũtes p vias & ſtratas publicas,viduas,pupillos & perſonas alias, præſertim eccleſiaſticas,eorũ bonis ſpoliant,propter eorum violentias, quæ perturbationem deſiderandæ pacis inducunt,tali volumus noſtro ferienti correctionisgladio pœna mulctari,vt tam ipſi quàm receptãtes eos & ſcientes dantes eis auxilium vel fauorem, ipſo facto ſint anathematis vinculo innodati.Hoc quidem ſtatutum, volumus anno quolibet in ſingulis quatuor feſtiuitatibus principalibus ſi ſermo eodẽ die fiet: alioquin die ſequẽti proximo dum ſermo fue-

249

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rit in quibuſlibet eccleſiis ciuitatis & diœceſis noſtrarum,in cancellis publicari.

De vſuris. Cap. 46.

VSurarios actus diuina & humana lege ſatis nouim⁹ ex probratos:& cõtra exercẽtes vſuras,nouiſsima cõſtitutio Cõcilij Lugdunẽ.pœnas ſtatuit exquiſitas,ſed quia quæſito fœnerãdi colore,nõnulli ſub titulo vẽditionis exercẽt vſuras, qui pecunias mutuãt datis induciis vt ſtatuto die recipiãt fruges fortè in duplo valore,quas deĩde ampliori pecunia vẽdant. Quidã etiam emẽdo rem pro certa quantitate venditori dimiſſam,ſtatuto termino pro adaucto numero vſurarũ quantitate reuendunt:His fraudibus obuiando prohibemus,ne quis vſurarium abſoluat publicum,vel ad eccleſiaſticam recipiat ſepulturã, niſi cautione præſtita de vniuerſis reſtituẽdis iuxta cõſtitutionẽ apoſtolicã in Cõcilio Lugdunen.factam,quæ habetur de vſuris libro ſexto, quæ incipit: Quanquã,&c.quam in omnibus parochialibus eccleſiis prę-cipimus ſingulis annis per regentẽ curam animarũ ſemel videlicet in dominica Quadrageſimæ,qua canitur Iudica, &c. ſolenniter publicari.Ne autem cõſtitutio prædicta cuiquam ſit incognita,illam voluimus hic de verbo ad verbum inſeri:

Quanquã vſurarij manifeſti de vſuris quas receperant ſatisfieri expreſſa quantitate vel indiſtinctè in vltima volũtate mandauerint:nihilominus tamen eis eccleſiaſtica denegetur ſepultura,niſi de vſuris ipſis fuerit, prout patiũtur facultates eorum,plenariè ſatisfactum:vel illis quibus eſt faciẽda reſtitutio,ſi prę-ſto ſint ipſi,aut aliis qui poſsint eis acquirere, vel eis abſentibus loci ordinario, aut eius vices gerenti, ſiue rectori parochiæ,in qua teſtator habitat,corã aliquibus fide dignis de ipſa parochia,quibus quidẽ ordinario vicario aut rectori prędicto modo,cautionẽ huiuſmodi eorum nomine liceat præſentis conſtitutionis autoritate recipere:ita, quòd illis perinde actio acquiratur, ac ſi ſeruo publico de ipſius ordinarij mandato idoneè de reſtitutione faciẽda ſit cautum. Cæterùm ſi receptarum vſurarũ ſit quantitas manifeſta, illã ſemper in cautione prędicta exprimi volumus:alioquin aliã recipiens cautionem huiuſmodi arbitrio moderandã,ipſe tamẽ ſcienter non minorẽ,quàm veriſimiliter creditur,moderetur:& ſi ſecus fecerit,ad ſatisfactionẽ reſidui teneatur.Omnes autem religioſos & alios qui manifeſtos vſurarios cõtra

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

præsentis sanctionis formam ad ecclesiasticã ausi fuerint admittere sepulturam,pœnæ Laterane. Cõcilij cõtra vsurarios promulgatę statuimus subiacere.Nullus manifestorũ vsuratiorũ testamẽtis interfit,aut eos ad confessionẽ admittat,sine ipsos absoluat:nisi de vsuris satisfecerint,vel de satisfaciẽdo pro suarum viribus facultatũ præstẽt(vt præmittitur)idoneam cautionem . Testamẽta quoque manifestorum vsuratiorum aliter facta non valeant, sed sint irrita ipso iure.

De pœnis occasione interdicti. Cap. 47.

SAcri prouincialis Cõcilij ordinationi inhærendo hac constitutione perpetuo valitura,ordinatione reuerẽdissimi domini cardinalis Cãpegij legati in sua reformatione prçinserta,posita pro præsenti rerũ statu salua sancimus,vt si in antea aliqua ecclesiastica vel secularis persona cuiuscunque dignitatis status vel cõditionis existat,instigante diabolo infra ciuitatem & diœcesim nostras,clericũ,aut pro clerico se gerẽtem interfecerit,aut mutilauerit,aut sine licentia superioris ipsius clerici captiuauerit,aut detinuerit,eo ipso in terris,ecclesiis,parochiis totius archipresbyterat⁹ in quo huiusmodi delictum commissum,aut clericus huiusmodi captus fuerit, non solum in illo archipresbyteratu,sed etiã in quibuscũque aliis archipresbyteratibus in quib⁹ quempiam talium detineri cõstiterit,& in omnibus locis,in quibus interfector seu mutilator,aut captor,seu eius complices,& ipsi consiliũ,auxilium,& iuuamen præstantes,domicilium, aut dominium obtinentes,& siue de facto,siue de iure iurisdictionem,exercuerint,aut obtinuerint,vel moram traxerint,& ad quæ deuenerint,& quandiu in eisdem fuerint,& póst cuiuslibet ipsorũ abinde recessum ad tres dies cõtinuos ipso facto cessetur à diuinis, & seruetur strictissimè ecclesiasticũ interdictũ tam diu,& quousq; læso nobis & ecclesiæ fuerit de tãto flagitio satisfactum,aut interdictũ huiusmodi aliàs fuerit legitimè relaxatũ:tales etiam iniuriatores tanquã excõmunicati eo ipso,à singulis arctiùs euitentur,donec absolutionis beneficium meruerint legitimè obtinere . Ne autem hi iuxta præmissa interdictum seruare debentes,se valeant per ignorantiam quomodolibet excusare,prçcipimus,vt rectores seu plebani ecclesiarum parochialium,in quorum parochiis facinora prædicta cõmissa fuerint,statim, & infra vni⁹ diei spatium archipresbytero si prçsens in archipresbyteratu fuerit,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

alioquin Camerario,& ſi Camerarius etiam abeſſet,vicinio ri presbytero curato illius archipresbyteratus præſenti rem geſtam referant. Qui archipresbyter,ſeu Camerarius,aut vicinior confrater Curatus omnibus cæteris confratribus archipresbyteratus huiuſmodi,& etiam religioſis in eo cõmorantibus, infra biduum proximum hoc idem facinus manifeſtet ac interdictum per eos, & in toto archipresbyteratu ſeruandum fore notificet,quibus ſuper his fidem plenam,ſicut noſtris literis volumus adhiberi.Si quis verò rectorũ ſeu plebanorum eccleſiarum parochialium,aut archipresbyterorum , vel Cameratiorum hoc noſtrum præceptũ adimplere contempſerit excommunicationis ſententiam eo ipſo incurrat,à qua non poſsit,niſi congrua ſatisfactione præuia liberari per præmiſſa conſtitutionibus legalibus & prouincialibus contra ſacrilegos prædictos editis , & aliis quæ de ipſorum pœnis tractant non intendimus derogare,ſed potius eas in ſuo robore volumus permanere.

Ex eadem generali ſynodo Baſilienſi.

Inſuper eadem ſacroſancta ſynodus Baſilienſis ad vitandũ ſcandala & multa pericula, ſubueniendũque conſcientiis timoratis,ſtatuit ꝙ nemo deincepsà communione alicuius in ſacramẽtorum adminiſtratione vel receptione,aut aliis quibuſcunque i iudiciis,vel extra cuiuſcũque ſentẽtiæ,aut cẽſuræ eccleſiaſticæ,aut ſuſpenſionis,vel prohibitionis ab homine,vel ab iure generaliter ꝓmulgatæ occaſione,teneatur abſtinere,vel aliquem vitare,aut eccleſiaſticũ ĩterdictum obſeruare,niſi ſentẽtia,prohibitio,ſuſpẽſio,vel cenſura eccleſiaſtica huiuſmodi fuerit,vel contra perſonam,collegiũ, vniuerſitatem,eccleſiã,aut locũ certũ , aut certam,à iudice publicata vel denuntiata ſpecialiter & expreſſe,aut ſi aliquem ita notoriæ excõmunicationis ſentẽtiã cõſtiterit incidiſſe,quod nulla poſsit tergiuerſatione celari, aut aliquo iuris ſuffragio excuſari.Nam à communione illius abſtineri vult iuxta canonicas ſanctiones , per hoc tamẽ huiuſmodi excõmunicatos, ſuſpenſos & interdictos ſeu prohibitos , non intendit in aliquo releuare,nec eis quomodolibet ſuffragari.

Ad idem ex eadem generali ſynodo.

Quoniam ex indiſcreta interdictorũ promulgatione multa cõſueuerunt ſcandala euenire, Statuit hæc ſancta ſynodus quòd nulla ciuitas,oppidum,caſtrũ,villa, aut locus,eccleſiaſtico

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

stico posſit ſupponi interdicto, niſi ex cauſa ſeu culpa ipſorum, locorum ipſorum, aut domini ſeu rectoris, vel Officialium. Propter culpam verò ſeu cauſam alterius cuiuſcunque priuatæ perſonæ huiuſmodi loca interdici nequaquam poſſint authoritate quacunque ordinaria vel delegata, niſi talis perſona fuerit prius excommunicata, aut denunciata, ſiue in eccleſia publicata, ac domini ſeu rectores, vel Officiales authoritate iudicis requiſiti huiuſmodi perſonam excõmunicatam infra biduum inde cum effectu non eiecerint, aut ad ſatisfaciendum cõpulerint, qua etiam poſt biduum eiecta re cedente vel ſatisfaciente, mox diuina reſumi poſsint, quod etiam in pendentibus locum ipſa ſynodus vult habere: per hanc tamen cõſtitutionem, non volumus eſſe ſublatã conſtitutionem noſtrã præmiſſam, quæ incipit, Sacri prouincialis.

De pœnitentiis & remiſſionibus. Cap. 48.

TAmetſi iuxta ordinationem & cõſtitutionẽ ſanctę matris Eccleſiæ in concilio Lateranen. ſub Innocẽtio tertio celebrato editã & factã, quæ habetur ſub titulo De pœnitẽtiis & remiſsionib⁹ in antiquis, quilibet doli capax teneatur ſaltẽ ſemel in anno confiteri proprio ſacerdoti, vel de eius licentia alteri, & Euchariſtiæ ſacramentum ad minus in paſcha recipere. Certificati tamẽ ſumus (quòd certè doleter referimus) quòd nõnulli ciuitatis & diœceſis noſtrarũ incolę & inhabitatores his turpiſsimis pernicioſarum dogmatũ & nouitatũ temporibus, etiam pluribus annis non ſint cõfeſsi, nec ſacrũ Euchariſtiæ receperint ſacramentũ. Itaque pro paſtoralis officij noſtri debito, vt tales circa propriam ſalutem deſides, ad meliorem vitã omni ſtudio & ſolertia reducãtur, diſtrictè præcipimus & mandamus, dictã Lateranen. Cõcilij conſtitutionẽ in omnibus parochialibus eccleſiis annis ſingulis per eccleſiarũ parochialium rectores & curam animarũ habẽtes, bisin Quadrageſima, ſemel in dominica Inuocauit, & iterũ in dominica qua cãtatur Lætare, publicè & ſolẽniter publicari. Et ne cõſtitutio huiuſmodi cuipiam ſit incognita, illam præſentibus verbo ad verbum, inſerẽdum curauimus:

Omnis vtriuſque ſexus fidelis, poſtquã ad annos diſcretionis peruenerit, omnia ſua ſolus peccata ſaltem ſemel in anno fideliter cõfiteatur proprio ſacerdoti, & iniunctã ſibi pœnitẽtiã propriis viribus ſtudeat adimplere, ſuſcipiens reuerenter ad minus in paſcha Euchariſtiæ ſacramẽtũ, niſi fortè de pro-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

prij ſacerdotis conſilio ob aliquam rationabilem cauſam ad tẽpus ab huiuſmodi ꝓceptione duxerit abſtinẽdũ, alioquin & viuens ab ingreſſu eccleſiæ arceatur,& moriẽs Chriſtiana careat ſepultura. Vnde hoc ſalutare ſtatutũ frequẽter in eccleſiis publicetur,ne quiſque ignorãtiæ cæcitate velamen excuſationis aſſumat. Si quis autẽ alieno ſacerdoti voluerit iuſta de cauſa ſua confiteri peccata,licentiã prius poſtulet & obtineat à proprio ſacerdote,cũ aliter ipſe illũ poſsit abſoluere& ligare. Sacerdos autem ſit diſcretus & cautus, vt more periti medici ſuperinfundat vinũ & oleum vulneribus ſauciati,diligenter inquirẽs & peccatoris circunſtantias & peccati,quib⁹ prudẽter intelligat,quale debeat ei præbere cõſilium, & cuiuſmodi remediũ adhibere diuerſis experimẽtis vtẽdo ad ſaluandũ ægrotũ . Caueat autem omnino verbo aut ſigno aut alio quouis modo aliquatenus prodat peccatorem,ſed ſi prudẽtiori cõſilio indiguerit,illud abſq; vlla expreſsione perſonæ cautè requirat. Quoniã qui peccatũ in pœnitentiali iudicio ſibi detectũ præſumpſerit reuelare, nõ ſolũ à ſacerdotali officio deponendũ decernimus,verumetiam ad agendũ perpetuam pœnitẽtiam in arctum monaſterium detrudendum.

Quia nõnulli religioſi terminis ſuis nõ contenti in perditionẽ animarũ in caſibus ſedi apoſtolicę & nobis reſeruatis, in ciuitate & diœceſi noſtris ſubditos noſtros abſoluere preſumũt, licet de hoc nullã receperint poteſtatẽ,preſenti decreto inhibemus,ne deinceps nudo verbo ipſorũ religioſorum aſſerentiũ ſe talẽ habere poteſtatẽ,niſi aliàs de poteſtate huiuſmodi fecerint fidẽ legitimis documẽtis,credatur,declarãtes abſolutiones eorũ in caſib⁹ p̃dictis factas,nullas eſſe,niſi hoc ſpecificè à ſede apoſtolica,ſeu à nobis eis ſit conceſſum.

Ad idem.

Inſuper omnibus presbyteris curatis & nõ curatis noſtrarum ciuitatis & diœceſis inhibemus,ne de caſibus epiſcopalibus nobis reſeruatis, quos duximus inferius annectendos, niſi quatenus iuxta tenorem præinſertæ reformationis reuer. domini Cardinalis Campegij de latere legati hoc ipſis conceditur ſeu permittitur,ſe intromittere audeant : ſed ad nos ſeu Vicarium noſtrum, omnes infra ſcripti remittãtur, decernentes abſolutionem per eos abſque ſpeciali cõceſsione noſtra ſeu Vicarij noſtri in caſibus huiuſmodi,præterquá in mortis articulo factam viribus penitus carere.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

De ſententia excommunicationis. Cap. 49.

QVoniam excõmunicati abſolutos ſe eſſe nonnunquã mẽtiuntur, ex quorum cõmunione pericula eueniunt animarũ, præſenti conſtitutione inhibemus, ne de cætero quiſque ſacerdos curat⁹ nobis ſubiectus quãcunq; perſonam eius parochiæ, quam ſemel per noſtras, ſeu vicarij vel Officialis noſtri literas excõmunicatorias ſigillatas excõmunicatam denuntiauit, aut cõtra quam tales literas vidit & recepit, vltra ad diuina ſua ſcienter admittat, vel coram eo celebret, aut abſolutum credat vel teneat, niſi abſolutionẽ ſuã literatoriè & ſigillatam illius ſigillo qui eum excommunicauit ſibi prius oſtendat. Trãſgreſſores autem vltra pœnam iuris quam incurrant, pœnam condignam non euadent.

Quanuis cõtra abſentes ad ſynodũ vocatos ad pœnas iuris procedere id eorũ cõtumacia exigẽte poſſemus, ex cauſis tamen certis nos monẽtibus mitius agẽtes, ſub ſpe quòd in futurũ noſtra benignitate attẽta reddãtur obedientes, pœnarũ huiuſmodi effectũ duximus ſuſpendendũ, & ſuſpendim⁹ per præſentes. Præterea, ne clerus noſter cẽſuris, & ſententiis eccleſiaſticis authoritate ordinaria propter ſtatutorũ trangreſſionẽ, & nõ obſeruationẽ à nobis & prędeceſſoribus noſtris latas, dummodo à iure latę nõ ſint, inuoluatur, illas tollimus in his ſcriptis, eaſdẽ in arbitrarias pœnas p noſtrũ Vicarium in tranſgreſſores infligendas committẽtes, citra tamen pœnarum iuris ſublationẽ, quibus per hoc nolumus derogare.

Caſus epiſcopis ſpecialiter reſeruati ſunt infra ſcripti. Cap. 1.

REbaptizatus, Reconfirmatus, vel reordinatus.

Item: Qui matrimonium poſt ſponſalia iurata cum alia quàm ſponſa contraxerint.

Item: Mulier quæ antequam certificaretur de morte mariti, ſecundo contraxerit.

Item: Ille qui virginem defloraverit, oppreſſerit, & rapuerit.

Item: Opprimens propriam prolem.

Item: In ſe ſterilitatẽ vel aborſum quomolibet procurans.

Item: Homicidium, facto, prẽcepto, conſilio, conſenſu, authoritate propria, aut authoritatiua exhortatione, vel quouis alio modo committens.

Item: Inceſtum in tertio, aut proximiori gradu cõſanguinitatis, aut affinitatis committens.

Item: Voti tranſgreſſores.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Item:Simoniacus. Item:Vſurarius.
Item:Raptor. Item:Sacrilegus.
Item:Incendiarius. Item:Latro.
Itẽ:Eccleſiã cõſecratã ſãguinis vel ſeminis effuſione polluẽs.
Item: Quilibet eccleſiæ,vel cœmeterij,aut emunitatis,vel libertatis eccleſiaſticæ violator.
Item:Quilibet excommunicatus à canone vel cõſtitutione.
Item:Sacerdos proditor confeſsionis.
Itẽ:Celebrans in eccleſia interdicta,vel altari non cõſecrato, aut mobili,ſine licẽtia,vel ſine indumẽtis, aut nõ ieiunus.
Item: Non ordinatus celebrãs vel miniſtrans in ordine quẽ non habet.
Item:Sacerdos,cuius negligentia, vel culpa aliquid inhoneſtum,vel aliquod ſcandalum circa ſacramenta euenit.
Item:Quilibet deierans,ſeu veniẽs cõtra ſuum iuramẽtum.
Item:Falſarius literarum & monetæ.
Itẽ:Quilibet manus violẽtas iniiciens in patrẽ & matrẽ ſuã.
Item:Quilibet coniugatus cõtrahens matrimonium,viuente vxore,cum ſecunda,vel intrans religionem,vel recipiẽs ſacrum ordinem coniuge inuita,& econtra.
Item: Coniunx qui & quæ in mortem cõiugis effectualiter machinatus vel machinata fuerit.
Item:Scienter coiens cum infideli.
Item:Promotus per alium, quàm per proprium epiſcopum ſine licentia.
Item:Furtiuè ſeu per ſaltũ vel extra ſtatuta tẽpora promot⁹.
Itẽ:Excõmunicatus,vel ſuſpẽſus,aut interdict⁹ in ordine ſuo miniſtrans,vel qui taliter ligatus aliquem ordinẽ ſuſcepit.
Item:Scienter ſepeliens corpus excommunicati in cœmeterio,vel etiam non excommunicati tempore interdicti.
Item:Abutens quomodolibet ſacramentis Eccleſiæ,vt puta Hoſtia,Chriſmate,vel alia re ſacra.
Item:Omnis adulter & adultera ſaltem publicus & publica.
Itẽ:Quilibet ſcienter extra caſum neceſsitatis baptizãs propriã prolem,vel illã tenens in baptiſmo aut cõfirmatione.
Item:Omnis hæreticus,aut fautor, participatórve hæreticæ prauitatis.
Itẽ:Cõmittens Sodomiticũ crimen,aut cũ brutis cõmiſſum.
Item:Quilibet cum ſanctimonialibus coiens.
Item: Omnes clandeſtinè contrahentes ſponſalia, niſi infra

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tempus ſtatuti ſuprapoſiti illa ſolennizauerint.

Poſtremo,ad ſiniſtræ ſuſpicionis tollendũ ambiguũ, inhibemus,ne quis ſacerdos,vel religioſus,de cętero cõfeſsiones mulierũ audiat alibi quàm in loco publico vbi videri poſsit.

Lecta & publicata fuerunt hæc ſtatuta ſynodalia Reueren diſsimi patris & domini,D.Valẽtini epiſcopi Hildeſemẽ. in ſynodo epiſcopali per ipſum perſonaliter in ciuitate & eccle ſia Hildeſemẽ.celebrata,die lunæ poſt dominicã Lętare,quę fuit 17.menſis Martij.Anno à natiuitate domini. 1539.

FORMVLA VIVENDI CANONICO-rum,Vicariorũ & aliorum Presbyterorũ ſecularium.

SIc Pſalmum dicam nomini tuo in ſeculum ſeculi, vt reddam vota mea de die in diem. Scribitur Pſal.60. Super hoc verbo dicit gloſ.Auguſt.Si vis in æternum pſallere, redde vota in iſto die, id eſt quod promiſiſti nunc ſolue, donec venias ad illum diem in quo perenniter cum omnibus ſanctis Deum laudes.De omnibus enim bonis quæ in præſenti facimus,Deum in futuro perenniter laudabimus.Quod igitur illic acturi ſumus,hic inchoare debemus.Ecce venerabilis domine,quàm breue verbum, ſed fœcundum & omni ſuauitate plenum,veſtróque deſiderio apriſsimum.Scribitis nanque & reſcribitis pro aliqua exhortatione & informatione vobis tranſmittenda, ſuper qualitate ſtatus veſtri,quaſi non habeatis ad manum ſanctorum regulas & formulas,iuxta quas ſecurè vos regulare poſsitis.Si nõ humilitas veſtra pariter & bona vita vos excuſarent,decidẽdi nos occaſionem potius quàm exhortationem aut informationem expetere timeremus.Coacti igitur(Deus ſcit)facere tentamus quod neſcimns,& niſi ipſe calamum dirigat, inutilis erit labor iſte,ſed vtinam non pernicioſus. Nũquam enim ſermo exilis doctum quemlibet aut exaſperat aut impedit.Et cum ego veſtræ perſonæ notitiam non habeam,niſi tantillum quod (ſicut dictum eſt) mihi presbyter eſtis, & cuiuſdam cathedralis eccleſię canonicus,idcirco ſecurè conſulere non valeo.

De quinque horribilibus exemplis contra eos qui vitam ſuam emendare volentes ſtatim cum compunctionis ſpiritum ſentiunt,ſe perfectos eſſe arbitrantur,& in modo viuendi eligendo ſanis conſiliis non vtuntur, ſed iuxta motum capitis ſui ambulant. Cap. 1.

183
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

DIcit beatus Gregorius in Paſtorali ſuo:Nõ vna eadém que cunctis exhortatio congruit,quia nec cunctos par morũ qualitas aſtringit. Quod vni ꝓdeſt,alteri nõnun quã obeſt.Dicã rem hanc breuiter ſub quintuplici exẽplo q̃ vos in admirationẽ & cautelam magnã adducere debet. Nõ lõgè ante hos annos presbyter quidã fuit admodũ bonæ vitæ,quem hoc ordine diabolus decepit.Conſuluit nãq; ſibi,vt ſe interficeret,vt martyr fieret,aſſerens hoc domino plurimũ placere.Tandem miſer arrepto pugione proprium perfodit ventrem,ſperãs in hoc obſequium ſe præſtare Deo:ſed cum plagam ſenſiſſet,illico exclamauit,dicens:Heu heu deceptus ſum. Accurrentibus autem vicinis & cauſam ſciſcitantibus, cuncta narrauit,móxque miſerabiliter vitam finiuit.

Aliꝰ quidã valde timoratæ vitæ,cũ ĩformari nollet,in erroneã cõſciẽtiã lapſus,dixit ſe deſperare de venia ꝓpter ſeueritatẽ iudiciorũ Dei,qui ſimiliter laqueo ſe ſuſpendẽs,interiit.

Tertio,quidam presbyter caſtiſsimæ vitæ fuit , ita vt nec probatæ vitę fœminis loqui auderet,verum cum ad beatam Mariam in eremo peregrinari diſponeret,virgo quædã ſancti propoſiti eidem ſe ſociauit, vt hac occaſione diu cõceptã deuotionẽ ſibi colloquendo reuelaret.Sed, proh dolor, poſt longa tandem colloquia in carnis vitium ſunt collapſi.

Altera etiã quædã virgo per omnia probiſsima mihi nota,cum nõ poneret modum deuotioni ſuæ,eo quòd iugiter orare & contemplari vellet,in freneſim perpetuam cecidit.

Quædam etiam virgo cũ maritari nollet ex magna deuotione à ſeculari cõuerſatione abſtinere diſpoſuit . Hanc inimicus in tantam auaritiæ facem depulit,vt de eius quoq; ſalute plurimum timeretur.Hęc,venerabilis domine,breuiter dixerim,vt è vicino oſtenderem quantũ etiam periculum in ſacris exhortationibus cõtingere poteſt, ſi non debitè applicantur.Ecce, ponamus ante noſtros oculos quinq; hos quos præfati ſumus.Si primo dixerimus,quòd fortiter in via Dei ambulare debuerit, ecce inde occaſionẽ propriæ necis accepit. Si ſecũdo dicamus vt Deũ timeat,ecce , inde in deſperationem corruit.Si tertio dixerimus, proximũ tuũ ama ſicut teipſum,ecce propter hoc in luxuriã cecidit.Si quarto dixerimus,contẽplationi inſiſte,ecce hac occaſione in amẽtiã peruenit . Si quinto dixerimus , vt prudenter ſe gerat in omnibus,ecce propterea penè in auaritiam irremediabiliter lapſa

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

est. Omnes hæ doctrinę quàm sanctæ quàm deuotæ sint, sed his personis sic dispositis quàm sint pernicioſæ, dat idẽ beatus Gregorius exẽplum de pane qui vitam fortiorum roborat & paruulorum necat. Similiter medicina, quæ nonnunquam vni morbũ minuit, & alteri vires aufert: sic sacra scriptura est quibusdam odor vitæ in vitã, quibusdã odor mortis in mortem. Neque hoc ideo venit quasi sacra exhortatio mala sit, sed propter insufficientiam audientium, quæ cõmuniter ex superbia pullulare solet. Nã sunt plerique qui quàm citò spiritum cõpunctionis sentiunt, statim se perfectos arbitrantur, neq; vllius magisterij moderamini se subdere volunt, dicentes: Ego sum bonę voluntatis, totum quicquid dico aut facio, cordialiter noto. &c. quasi hoc sufficiat cõtra tot antiqui hostis versutias: & quia nunquam discipuli veritatis fuerunt, ideo facile à spiritu erroris seducuntur. Nulla enim ars haberi præsumitur, nisi prius intenta meditatione discatur. Dicit quidam venerabilis doctor, quòd bonæ voluntati nihil est periculosius, si non recta ratione reguletur. Hoc est notabile & formidolosum verbum, & dat rationem, quia de natura volũtatis est, quòd sit cęca, & de natura boni est quòd sit sui diffusiuum. Quę igitur semper cęca est & vbiq; discurrere voluerit, quid illi restat, nisi casus continuus? Vnde Cyrillus de hoc dicit: Certe nil prius nocet, quàm aliorũ spreto consilio, vt propria præcipit voluntas ambulare: qui suæ tantum voluntati credit in cũctis quę facit, finem odibilem adinueniet. Exempla de hoc sunt infinita. Igitur qui securè ambulare desiderat, non sibi confidat: neque Deum tentare debet, quasi ipse sibi desuper sciẽtiam infundere merito teneatur, quia ipsum amoroso corde quærit, hoc nanq; & ipse dedit. Sed neque de hoc sibi blãdiri quisquam poterit quòd bonæ volũtatis est, quasi hoc à se habeat, sed solicitè pẽsare debet, quomodo talentum sibi diuinitus datum dignæ expendat gratiæ, dignè cooperando, sciens quòd nõ omnia charismata simul donãtur in sua plenitudine, sicut nec impetu vno virgultum excrescit in arborem robustum sed omnia tẽpus suum habẽt, & per determinatas moras regulatissimè vnũquodque tendit ad sui cõsummationẽ. Est igitur consilium omnium sanctorum patrũ, qui de moribus scripserũt, quòd homo bonæ volũtatis quærere debet virum aliquem disciplinatum & in sacra pagina bene doctũ, cui totũ cor suũ &

184
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

propoſitum plenè reuelet, à quo mandata viuendi accipiat, quæ etiam tam diu diligenter obſeruet, donec ipſo licentiãte, aut certè Spiritu ſancto reuelante ad altiora ſe transferat. Hic nãque vir heroicus ſiue ſpiritualis omnia diiudicat, naturam cõſiderat, propoſitum explorat, & iuxta hoc quod viderit expedire, ſingula moderatur. Cuius etiam conſiliis tanquam diuiniseſt obtemperãdum, quia in eo habitat Spiritus ſanctus. Qui de his dubitat, legat regulam beati Hieronymi ad Euſtochium, & Epiſtolam ad Demetriadẽ, & alia eius opuſcula: ſimiliter Auguſtini, Benedicti, Bernardi, &c. & ſi aliter inuenerit, quod non puto, mẽdacij me arguat. Verùm vt per quotidiana exẽpla id probẽ, ad oculũ iſta videm⁹ in ſchollis virtutum, id eſt approbatis religionibus, vbi de his omnibus diligenter inquiritur, nec quiſquam in feruore nouitio permittitur ambulare, iuxta motum capitis ſui, quaſi ſecurus ſit de omnibus, eo quòd habuerit bonam voluntatem, ſed ſecũdum regulas ſanctorum patrum inſtituitur in omnibus. Et qui ſic procedit, ſecurè procedit & proficiet, nõ tamen ſine grandi labore & tentatione quotidiana. Quia tentatio eſt vita hominis ſuper terram. Et Adæ dictum eſt: In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Specialiter autẽ virtutis exercitium eſt circa difficilia: quare merito ad hoc idoneus magiſter, ſcilicet, qui ſcientiam & experientiam eius habuerit, quia teſte S. Gregorio. Ars artium eſt regimen animarum. Dicitur notanter idoneus magiſter, quia multi reperiuntur conſultores fallaces, inflati ſpiritu arrogantiæ, aut auaritiæ, & multos ſeducunt. Heu quot homines ſimplices & bonæ voluntatis perierunt per tales ſimulatores. Dicam breuiter rem quę mihi accidit. Cum aliquando in adoleſcentia mea viſitaſſem quẽdam ſolitarium laicũ, qui iugi clauſura ſedebat in quodam conclaui ſeorſum, & ab eo verbum ædificationis interrogaſſem, inter multa conſilia quæ dixit, hęc, aut ſimilia verba adiunxit: Qui vult eſſe perfectus Chriſtianus, debet vendere omnia quæ habet, & dare pauperib⁹, & oſtiatim mẽdicare ſicut Chriſtus fecit: & nihil amplius curare de ſcripturis, quia ſcripturæ confuſæ ſunt propter multiplicitatem gloſſarum, & bonum eſſet quòd vniuerſæ gloſſæ cõburerentur. Hęc & ſimilia miſer ille verboſitando dogmatizauit. Cumque diligentius cogitaſſem de his, quia adhuc ignarus erã huius aſtutiæ: quidam presbyter dixit mihi. Ne cures de phãtaſiis illis:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Nuper quendam fabrum ſimiliter docuit,qui cũ omnib⁹ di ſtractis mendicare cœpiſſet,vniuerſi maledixerũt ei,dicẽtes: Cur mẽdicarevis cũ fortia mẽbra habeas ad operandum,re di ad officiũ tuũ. Quid plura? Tandẽ cùm nil ſibi à quoquã daretur, nec quid mãducaret,inueniret, deſperatione tactus in flumen ſe præcipitans ſubmerſus eſt. Similia plura de tali bus legũtur. Ecce venerabilis domine,quãta eſt aſtutia anti qui hoſtis,etiã contra homines bonæ voluntatis. Quare ſum mopere vobis præcauẽdũ eſt,ne in laqueũ eius incidatis. Pla ceat reuerẽtię veſtrę hoc aduertere,quod cõmuniter dicitur, religioſi poſſunt ſe facilius iuuare cõtra tẽtationem inimici ppter multa, &c. Hæc eſt etiã ſentẽtia beati Bernardi & Hie ronymi. Ratio eſt,quia ſemper alieno arbitrio dirigũtur,nec quicquã de voluntario habent. Peccatum autem eſt adeò vo luntarium, quod ſi nõ eſſet volũtarium nõ eſſet peccatum.

De mala libertate canonicorum ſecularium. Cap. 2.

HInc concluditur,quòd verus obediens vix poteſt pecca re,ex quo vlterius per oppoſitũ cõcluditur, quòd qui non vult obedire,vix poteſt benefacere. Iam,quæſo,re flectite hæc ſuper ſtatum veſtrũ. Quid eſt quòd quidã ita vita re ſolent ſicut obediẽtiam? cum venia loquor,nónne hęc eſt quotidiana vox dominorum canonicorum paucis exceptis? Nos liberi ſumus,nemo nobis præcipere habet: nos cum do mini ſum⁹,nolumus vt præcipiatur nobiś,ſed ipſi aliis pręci pere debemus. Nunquid ſerui ſumuś? Ah malè liber eſt, qui diaboli ſeruus eſt. Nõne vulgariter dicitur, Quãto ſtirps no bilior,tãto ceruix flexibilior? Quid de ſua generoſitate tales habẽt gloriari,quãdo nec diuino nec humano iudicio vlla in eis ingenuitatis indicia reperiũtur? Iam dictũ eſt,quòd nobi litas vera ſiue ſecularis ſiue ſpiritualis,cũ prõptitudine obe diẽdi ſolear agnoſci. Itẽ vlterius ſequitur,quòd ſi verus obe diens facilius poteſt vitare peccatũ,ecõtra qui non vult obe dire,difficilius poteſt peccatũ vitare, imò penitus nõ poteſt, quia diabolus eũ ad omne malũ impellit, quem nullo diſci plinæ frẹno alligatũ cernit. Prona eſt nãq; oĩs ętas ad malũ: Igitur venerabiles domini, ſi vultis ſerioſe veſtram ſalutem procurare,cauete ab hac mala libertate, cauete & à falſis & imperitis magiſtris: per hęc duo penè totũ mundũ diabolus poſt ſe trahit. Tollantur è medio iſta duo,ſcilicet pertinacia obediendi,& fallacia erroneorum magiſtrorũ: quid vlterius

185
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

periculi remanebit in orbe terrarum:Si cũcti magiſtri bene docerẽt,ſi cũcti diſcipuli bene obedirent,nónne reformatus eſſet mundus?hic tota difficultas, hic totius vitæ Chriſtianæ perfectio latet.Sed abſit hoc,dicit libertas mala,vt ſic me alteri ſubdã,quod nihil mihi reſeruẽ,viuit dominus,ego pariter cõſiliabor,ego quod placet faciam,alienũ non audiã,niſi fortè illum qui loquitur mihi placẽtia. Opericulũ periculorum nimis ſuper omnes filios Adã effuſum,quod vtique pauciſsimi effugiunt,ſcilicet electi,perfecti in timore dei . Et vt breuiter dicatur:Via lata ad gehennam eſt mundialis iſta libertas pro qua penè omnis homo certat vſq; ad mortẽ iuxta vulgatum prouerbium:Libertas præualet auro. Videam⁹ exemplũ familiare,Nauis in mediis fluctibus ſine gubernatore,nunquid verè libera,an non?Si verè libera eſt,ad portũ ſecurè perueniet:ſin autem,ſubmergetur: Sic eſt omnis homo,qui diuinis legibusnon eſt inſtitutus,nunquã aliquis talis eſt ſaluatus,quia à diabolo poſsidetur,ad cuiusvolũtatem vinculis prauæ conſuetudinis tenetur irretitus.O vtinam viderent ſinguli quod vidit beatus Martinus.Cũ enim aliquãdo veniſſet ad palatiũ cuiuſdam tyrãni,vidit quẽdam maximum dæmonem ſedere ſuper collum eius inſtar equitis,qui ipſum duxit quocunque volebat.Simile beata Brigida vidit, Cum quidam ſuperbi prælati aſcendiſſent ſuper equos pompaticos,quòd toties Aethiopes quidã aſcenderunt ſuper colla ipſorum:Sic miſer homo decipitur,putans quòd ſuam impleat volũtatem,& neſcit quòd diaboli ſeruit impulſibus ad omne malum.Hæc ſunt ſtipẽdia malæ libertatis,quãdo ſcilicet vnuſquiſque facere delectatur,quod ſibi propria volũtas ſuadet, quam cõmuniter diabolus quodã quaſi hæreditario iure facile ſibi ſeruire cogit. Ecce ꝙ homo ſummè diligit & appetit,hoc ſummè ſibi ꝑnicioſum eſt,propriã ſcilicet adimplere volũtatem,& nemo ei dicere poſsit,cur ſic facis,aut ab illis abſtineto,&c.quia hac libertate oĩb⁹q; vitiis exponitur.

Quid ſit ſecundum carnem viuere. *Cap.* 3.

VNde Apoſtolus ait:Si ſecundũ carnem vixeritis,morie mini.Vbi ſic dicit beatus Auguſtinus:Ille ſecundũ carnẽ viuit,qui ſecũdũ ſeipſum viuit,id eſt ꝑgit quò vult, dormit quando vult,& quãdiu vult,loquitur quicquid vult. manducat & bibit quãdo vult,& quantũ vult,ridet, iocatur, otiatur prout vult,occupatur quando vult,& in quibus vult,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quicquid narib⁹ ſuaue eſt quęrit, quicquid aurib⁹ blãdũ, quic quid oculis delectabile, quicquid corpori ſuo iocundũ, exercet & ꝓſequitur. Delectatur in veſtimẽtis curioſis, & epulis ſplẽdidis & domib⁹ glorioſis. Quid multa? Omnia deſideria carnis ſuæ exquirit, & perficit ſicut vult & quando vult. Qui ſic viuit abſque omni dubio æterna morte morietur, vbi nũ quã quicquã habebit ex his quæ vult, ſicut exẽplificat dominus in Euãgelio de diuite epulone, qui hic omnia ad nutũ habuit prout voluit, ſed poſtea vnã guttã aquæ obtinere nõ potuit ꝓ refrigerio linguæ ſuæ in tanta pœnalitate cõſtitutus, in qua adhuc eſt vſque hodie & in æternũ manebit, nec vnquã gutta illa ei dabitur, ſed iugiter peius habebit. Ecce venerabilis domine, quàm inſenſati ſunt, qui hic de mala libertate gloriãtur, non volentes ſubmittere collũ ſuũ iugo Chriſti, qui dixit: Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde: Tollite iugũ meũ ſuꝑ vos, & inuenietis requiẽ animab⁹ veſtris.

Cum quibus conuerſari debet canonicus ſecularis. Cap. 4.

IGitur penſate diligenter ſtatum cõſciẽtiæ veſtrę, quomodo vixiſtis, & quomodo quotidie viuatis, & quales ſint cũ quibus conuerſamini: quia ex hoc magna depẽdet portio ſalutis veſtræ. Dicit nãque ſpiritus ſanctus, ſpiritus vtique veritatis, qui neminẽ fallit, per os prophetæ: Cũ ſancto ſanctus eris, & cum viro innocente innocens eris. Et cũ electis elect⁹ eris, & cum peruerſo peruerſus eris. Vbi dicit gloſſa. Ex cõuictu mores formantur. Nam qui tangit picem, inquinatur ab ea. Et qui terit herbã odoriferam, percipit ſuauitatẽ ei⁹. Quia reuera vita humana, non eſt ludus puerorum. Ecce, vt planè loquar vobis, quia presbyter & canonicus eſtis, non licet niſi cum ſpiritualibus conuerſari, quia de eleemoſynis viuitis, & ideo omnino debetis vos aptare vt ſitis dign⁹ & gratus mediator inter Deum & homines. Hoc enim clericus ſonat quaſi de hoc ſeculo acceptus & ſorti domini mancipat⁹. Igitur cum Deo & ſpiritualibus viris erit cõuerſatio veſtra, ſi rectè viuere vultis. Itẽ nõ ſufficit qualitercũque viuere, ſed ſicut canonicus, id eſt regularis. Canon enim dicitur regula: inde canonicus, id eſt regularis. Dicitur autẽ regula quia regit, & ſecundum quam aliquis bene regulatur ac dirigitur.

Qui non vult regi & dirigi, non eſt canonicus. Cap. 5.

IGitur qui nõ vult regi nec etiam dirigi, ipſe nõ eſt canonicus. Si autem nõ eſt canonicus, tũc corã Deo nõ poteſt le-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

uare fructus p̄bēdæ,cui⁹ titulū falso nomine posidet. Quòd si leuauerit,peccat,& ad restitutionē corā Deo tenetur. Et si restituere nō valet,tūc diuina iustitia ipsum ęternæ seruituti adiudicabit,si in hac vita,dū adhuc tēpus habet cōdignā pœnitētiā nō egerit. Hoc omnib⁹ modestis est tenēdū ꝙ impossibile est,ꝙ vnus quadrās iniustè leuatus,apud Deū si in oblatione,sicut apertè Euāgeliū dicit:Si vadas cum aduersario tuo ī via,cōpone te cū illo,ne fortè tradat te iudici, & iudex exactori,& exactor mittat te in carcerē. Amen dico tibi, nō exibis inde,donec vltimū quadrātē reddas. Verē hoc est formidabile verbū cunctis qui leuāt grandes reditus ecclesiarū iniustē. Aut si iustè leuāt,si tūc diligēter nō studeant orare,& alia debita ecclesiastica facere prout tenētur. Vos autē venerabilis domine,qui spiritu Dei tactus,nō dissolutè,sed canonicè viuere vultis,supradictū Psalmistę verbū in prīcipio positū diligēter aduertite,scilicet,Sic psalmū dicā nomini tuo ī seculū seculi,vt reddā vota vt mea de die in diem. Faciāt alij quicquid velint, vos iugiter ruminate huius versiculi efficaciā,& vtinā in tātū vobis familiaris iste versiculus fiat & dulcescat,vt quoties cāpanæ sonitum auditis,deuotè eū submurmuretis,dicēdo sic,Psalmū dicā nomini tuo. Hoc enim suaue colloquium inter Deum & animā deuotā non invacuum trāsībit,sed magnā gratiā reportabit. Potest etiā iste versiculus,secundum quosdam expositores sic ordinari (retrogradè enim legatur in cōstruēdo) videlicet, Sic reddā vota mea de die in diem:id est per singulos dies, vt psalmū dicā nomini tuo in seculum seculi,id est merear te laudare in ęternū. Et hic sensus est planior quàm primus, vterque tamen bonus.

Quilibet canonicus aut vicarius primo debet intentionem suam dirigere ad dominum Deum. Cap. 6.

PRo cuius versiculi maiori explanatione, quantū ad propositū,est aduertendū,quòd duo possunt in eo cōsiderari,quæ cuilibet canonico bonæ volūtatis, aut vicario,siue parochialis ecclesiæ rectori, imo vnicuiq; spirituali viro ac bonæ volūtatis Christiano sunt præcipue necessaria,cuilibet secundū ꝓportionē status sui. Primū est directio intētionis:secūdū,exequutio operis. Igitur loquēdo secūdū ꝓpositū nostrū,dicim⁹ ꝙ quilibet canonic⁹ aut vicarius primo debet intentionē suā dirigere ad dominū Deum,vt quicquid facit ad gloriā Dei ordinet,& hoc notatur,cū dicitur,Psalmū dicā

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nomini tuo. Plures nãque pſallunt & bona opera faciũt, non ad Dei gloriã, ſed ad ſuam, quærentes laudem ab hominibus aut lucrũ tẽporale. Hi tales nõ ſoluũt vota ſua, ſed furantur, quia illi cui debent, ſubtrahũt fallaciter, & ſibiipſis reſeruãt, licet inutiliter, quia ſe quærunt, & nõ Dei honorẽ. Sed verus Chriſtianus pſalmum dicit nomini domini, nõ ſuo, quia cõſiderat quòd ex ſe nihil eſt, & ideo domino totum tribuit, dicens: Nõ nobis domine nõ nobis, ſed nomini tuo da gloriã. Quicquid enim ſumus, & quicquid habem⁹ tu largiris: ſine te ſtatim in nihilũ redigeremur. Tu ſine intermiſsione aſpicis nos, & nunquã obliuiſceris creaturarũ tuarum. Et quia à te eſt totũ noſtrũ eſſe & poſſe, & ſcire & quicquid habemus. ideo merito tibi à nobis debetur omnis laus, honor, virt⁹ & gloria & gratiarũ actio nunc & in ſeculũ ſeculi, id eſt in æternum. Vbi dicit ſanctus Thomas in prima parte Sũmę, quòd De⁹ eſt in creaturis nõ ſicut calor in aqua, ſed ſicut ſol ĩ aëre, quia remota aqua ab igne, adhuc manet ad tempus aqua calida, ſed remoto ſole ab aëre, ſtatim aër tenebreſcit, nec quicquam luminoſitatis remanet: ſic Deus, ſi non continuo creaturam adminiſtraret, ſtatim omnis creatura eſſe deſineret. Et ergo meritò vniuerſa creatura debet eſſe parata iugiter ad obediendũ ſuo creatori, ſine quo nec ad momẽtũ eſſe poteſt. Et hæc eſt prĩcipalis cauſa & primaria, quare Deo ſoli debetur honor & gloria, quia ipſe eſt à nullo, ſed oĩa ab ipſo ſunt.

Quilibet canonicus aut vicarius debet aduertere quibus & qualibus debitor ſit iuxta vocationem ſuam, & hoc, ad quod tenetur, debet opere implere. Cap. 7.

HAec autẽ cõtemplatio iucũda ĩ libro creaturarũ in im mẽſum extẽdi poteſt, nec doctore op⁹ habet, quia qua ſi violẽter ingerit ſe humanis ſenſibus, ita vt inexcuſabilis ſit omnis homo: Vnde dicitur ĩ Iob: Interroga iumẽta terrę & docebũt te. Hinc ſecũdũ Apoſtolũ: Quęcũq; facim⁹, ſiue comedamus, ſiue bibam⁹, ſiue aliud quodcũq; faciam⁹, omnia quidẽ ad Dei gloriã faciam⁹. Hoc autẽ nobis eſt vtile, nõ ei, quia nullius eget. Secũdò etiã quilibet canonic⁹ aut vicarius debet diligẽter aduertere, quib⁹ & qualibus debitor ſit iuxta vocationem ſuã, & hoc diligenter opere adĩplere ad quod tenetur, prout meli⁹ poterit, quia ſibi nõ ſufficit generalis quędã bona voluntas, ſine operis executione, ſicut dicit Dominus in Euangelio: Non omnis qui dicit mihi, domine

187
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

domine,intrabit in regnũ cœlorũ,ſed qui facit volũtatẽ patris mei.Et iterũ:Qui cuſtodit mãdata mea & ſeruat ea, hic eſt qui diligit me.Eſt autẽ Dei mãdatum, vt reddamus omnibus debita.Eſt autẽ quilibet canonic⁹ triplex debitor,ſcilicet Deo,ſibi & proximo, de quibus multa ſcripta in ſanctis libris reperiuntur.Sed quantum ad præſens ſufficit,arbitramur,quòd omnibus legaliter ſatisfaciat, ſi diuinum officiũ debitè perſoluit.Si autem aliquid vltra facit,illud ſupererogationis eſt,& hoc iam quod dicimus,vocatur debitum eccleſiaſticum:ſed ſi aliude ſe obligauerit ad partem, ad quod cum eccleſia non aſtringit, hoc vocatur debitum perſonale, ad hoc etiam tenetur,ſi licitum fuerit & honeſtum.

Valde multa ad hoc requiruntur, quòd aliquis rite officium diuinum perſoluat, & quòd ſi aliquis dignus habeatur diuinis intereſſe.

Cap. 8.

IGitur tota intẽtio debet ad hoc tẽdere,vt officiũ eccleſiaſticũ ritè ꝑſoluat.Et hoc tãgitur in ſecunda particula prædicti verſiculi,ſcilicet:Reddã vota mea de die in diẽ.Quę verba includunt,quia valde multa requiruntur ad hoc,quòd aliquis ritè diuinũ officium perſoluat. Sicut & iam vulgariter dicitur,quòd plura neceſſaria ſunt pauperi antequam dues fiat,etiã plura neceſſaria ſunt vnicuique homini antequã dignus habeatur diuinis intereſſe myſteriis,etiã beatiſsimis angelis pauẽdis.Hoc ideo ſancti cõcorditer dicũt,quia eſt vltra hominẽ diuina tractare,imòvltra omnẽ creaturã.Et ideo diuinũ officiũ iniungitur eccleſiæ miniſtris & pręcipuè epiſcopis & presbyteris qui ad hoc Hierarchi dicuntur,ideſt ſacri principes diuinorũ myſteriorũ.Alij miniſtri, quia his ſociãtur,& ad tam etiã pauẽda ſacramenta ſubſeruiunt ſedulè, omni ſanctitate & puritate fulgere debẽt,vt dicit beatus Auguſtinus.Cõtemplemini quid ſit ſancto populo Dei pręeſſe, & conſiderate quale ſit ſacramentis diuinis inſiſtere.Altario placere debent qui de altario viuunt.Et Epiſcopus inſtruendo ordinandos,dicit ꝙ cũ magno timore eſt ad ſacros ordines procedendum,atque prouidendum vt cœleſtis ſapientia, probi mores,& diuturna iuſtitię obſeruatio ad id electos cõmendet.Ecce venerabilis domine,qualia ſunt vota, & qualia eſſe debent quæ reddere oporteret de die in diem quẽlibet eccleſiaſticum. De his beatus Gregorius pulcherrimũ librũ ſcripſit,quẽ omnino ſuadeo ſępius legatis,ſcilicet Poſtorale,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

in quo inuenietis vltra quàm dicere valeo, cuncta ſaluti veſtræ neceſſaria. Summa nanque diſcretione ſingulis (iuxta quod expedit) ſalutares largitur doctrinas.

Si aliqua de antiquis obſeruantiis eccleſiæ ſunt colapſa poteſt canonicus laborare pro reformatione eorum, vel in domo propria ſupplere illa per alia exercitia ſpiritualia. Cap. 9.

DE quotidiano autem exercitio ſpecialiter nihil ſcribere poſſum, niſi quòd iuxta laudabilẽ veſtrę eccleſię cõ ſuetudinẽ vos regatis in horis nocturnis pariter & diurnis. Quòd ſi aliqua de antiquis obſeruãtiis collapſa ſunt poteſtis, quantũ gratia vos adiuuerit, laborare pro reformatione earundem. Si audire alij noluerint, tunc quantum ad veſtrã perſonam attinet poteritis in domo propria illa ſupplere per alia exercitia ſpiritualia, iuxta conſilium diſcreti viri.

De regula canonicorum ſecularium, quæ in quibuſdã eccleſiis habetur. Cap. 10.

HAbetur etiã in quibuſdã collegiis regula quædã canonicorum valde bona, olim in Concilio Aquenſi edita, & collecta ex dictis ſanctorũ. Sed nullũ ſcio collegiũ hodie, in quo ita ſeruetur ſicut in ea ſcriptũ eſt. Et ꝓpter hoc quidam dicũt, quòd abolita ſit. Fortè hoc verũ eſt quo ad aliqua, ſcilicet refectorium, dormitoriũ, & ſimilia poſitiua, ſed quo ad alia quę ſunt iuris diuini, ſtabilis eſt & manet in ęuũ. Ratio autem quare tam ſalubris regula abolita ſit, ſuprà dictum eſt, quia pauci ſunt, qui ſubmittere volũt ceruices ſuas iugo diſciplinæ, ſed omnes libertatem affectant.

Qui hanc formulam ſtudioſe ſeruauerint, etiam in ſeculo manentes religioſam vitam ducere poſſunt. Cap. 11.

VOs autẽ venerabiles domini, qui per viam illã incedere vultis, q̃ arcta eſt & ad vitã ducit, ꝑ quã pauci ambulant, diligenter eidẽ regulæ mores veſtros cõformate, quia optima eſt & ex elegãtiſsimis ſanctorũ doctrinis cõpoſita, & ita diſcretè ꝓcedit, vt cuilibet bonę volũtatis viro bene ſit portabilis. Et quia fortè nonnulli ſunt vobiſcũ qui libros iſtos aut nõ habẽt, aut propter paupertatẽ ſibi ꝓcurare non valent: igitur ne illis charitas noſtra deſit, aliqua hic annotare breuiter ex eiſdem & aliis deuotis libris intẽdimus, per quæ ſuam cõuerſationem regulare poſsint, vt corã Deo & hominibus in ſanctitate proficiant. Quòd ſi ſtudioſè hæc obſeruauerint, abſque dubio etiam in ſeculo manentes, reli-

188
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gioſam vitam ducere poſſunt. Hoc autē prę̄mittēdum eſt, ꝙ ſecundū diuerſas temporūvices, diuerſi modi viuēdi in clero fuiſſe narrātur, de quibus Gratianus in Decretis plura collegit p̄cipue in cap. 12. q. 1. & aliis locis multis. In primitiua ſiquidē eccleſia nullus ad clericatū aut ſacros ordines admittebatur, niſi magna ſanctitate cæteros antecederet omnino à cōuerſatione laicali ſegregatus, ſummaq; religioſitate prę̄fulgens. Nam tāta crudelitate & ſæuitia pagani tūc fidē perſequebātur, vt præeſſe nemo vellet niſi valde perfectus, quia teſte beato Gregorio: Quicūq; erat prior in dignitate, prior trahebatur ad martyriū. Stetit autem hoc tēpus annis penè trecentis, vſque ad Sylueſtrū & Conſtantinū Magnū, in quo penè nullus honor & reuerentia fidelibus deferebatur, quia tunc erat apud vulgares ſcādaloſum eſſe Chriſtianū, ſed poſtquam Conſtantinus Magnus & alij prīcipes tēpla idolorum ſubuerterūt & baptiſmum ſuſceperunt, cœpit Chriſtianū nomen in gloria eſſe apud cōmunem populū, & prohibitę fuerunt occaſiones fideliū, vnde tunc fides maximè creuit. Idē autē Imperator volēs eccleſiaſticos in honore eſſe, maximas poſſeſsiones eccleſiæ cōtulit, vnde clerici & pauperes ſuſtēta rētur, quatenus cōmodius diuinis intereſſe poſſent, & ꝑ cōmuni populo diligētius orarēt. Similiter & alij principes in diuerſis locis fecerūt, & extūc eccleſiaſtici ab his operib⁹ vacare cœperūt, & ſedulè diuinis inſiſtere, viuētes de eleemoſynis fidelium. Vidētes autem ſancti patres ꝙ grādis cōflueret multitudo, & ꝙ ſine aliquo vtili labore & occupatione cohabitare nō poſſent, eccleſiaſticū officium, regulas varias & diuerſos viuēdi modos inſtituerūt, vnuſquiſque prout ſpiritus ſanctus illi dabat. Nam beatus Hieronymus diuinū officiū ordinauit: Ambroſius hymnos & cātū ſuperaddidit: Pachomius, Baſilius, Auguſtinus, & alij regulas ediderunt. Maxima quoq; tūc ſanctorum eremitarum & monachorū multitudo extitit. Fuitq; tūc vix aliqua differētia inter religioſos & clerū, quia nondū erat iſta ſolemnis profeſsio inſtituta q̄ hodie ī monaſteriis frequentatur. Verum ſucceſſu tēporis & charitate frigeſcēte hæc generalis ſanctitas valde cœpit declinare ſingulis abeūtibus poſt concupiſcētias ſuas, in tantum ꝙ cę̄pit diuiſio apparere inter eccleſiaſticos. Ita ꝙ quidā nominabāt ſe canonicos, quidā monachos, prætextu cuius magna ſuperbia & auaritia in clero ſurrexit. De quibus Gregori⁹ ſę̄pe mentio-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mentionem facit in dictis ſuis,& alij . Huic autem peſtiferæ abuſioni ſancti patres occurrere volentes, & clerũ ad priſtinum ſtatum prouocare cupientes,regulam quãdam canonicorum in Concilio Aquenſi tempore Ludouici Imperatoris magno cum moderamine ex antiquorũ dictis collegerunt, præcipientes, vt qui in monaſteriis viuere monachico more nõ vellent,huius regulæ inſtitutis omni conſcientiæ ſecuritate ſe tradere poſſent . Sed rurſum ab hac ſancta regula ita deſpabiliter eccleſiaſticisnũc defecerũt,vt vix aut nullo modo poſsibile ſit,quòd vnquam reduci poſsint,impletúrq; hodie illud propheticum:Et erit ſicut populus,ſic & ſacerdos.

Canonicis & vicariis bonæ voluntatis malitia huius temporis obeſſe non poteſt,faciant melius quod poſſunt, & ſolicitè ambulent cum Deo ſuo,& ſalui erunt. *Cap.* 12.

VErum qui bonæ voluntatis ſunt,illis malitia temporis obeſſe non poteſt.Faciant melius quod poſſunt, & ſolicitè ambulent cum Deo,& ſalui erunt,quodvt facilius poſsint ſeptem ſolicitudines, circa quas bona volũtas occupare ſe debet,aduertent.

De debita exterioris hominis compoſitione tam in loquendo quam comedendo. *Cap.* 13.

SOlicitudo igitur prima bonæ voluntatis ad hoc tendere debet,vt exteriorem hominẽ debitè cõponat,tã in loquẽdo quàm comedẽdo,bibẽdo,ambulãdo,&c.quaten⁹ quicũq; mores ipſius conſiderat,ædificetur & dicat:Ille eſt diſciplinatus vir & vtilis in officio eccleſiaſtico,quia omnes ſanctam vitam in eo vidẽt. Hæc autem compoſitio morũ inter ſimplices & mundanæ vitæ homines maximè eſt neceſſaria, quia facilimè ſcandalizantur,quando vel parum clerici ad libertatẽ extrinſecam declinant.Econtrà autem,quando vidẽt eos maturè incedere,& timoratè cõuerſari in omni caſtitate & ſobrietate, tunc maximè ædificantur & venerantur eos.

De ſobria menſa,& cibis ſimplicibus mediocribuſque. *Cap.* 14.

SIt igitur menſa frugalis,de cibis & ſimplicibus,nõ nimis delicatis,nec nimis groſsis,ſed mediè tẽperatis, quia hoc expedit ad ſanitatem corporis.

De ieiuniis temperatis. *Cap.* 15.

IEiunia ſic tẽperare ſtudeat,vt nõ laſciuiat, nec etiam deficiat in ſeruitio domini.Hoc nanque tentator omnino nititur perſuadere,vt aut nimis homo repleat vẽtrẽ,aut etiã

m

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

indiſcretè abſtineat,ſed medium eſt tenendum.

De habitu. Cap. 16.

SIc habitus humilis,nõ nimis vilis vel nimis pretioſus, ſed mediocriter honeſtus,ſine omni curioſitate,longus & amplius,ne forma corporis more ſecularium appareat foris.Poteſt autẽ duplicem veſtitum ſeruus Chriſti habere, vnũ meliorem pro diebus feſtiuis,alium deteriorem pro diebus ferialibus.Color autẽ ſit niger,vel griſeus, vel etiam blaueus, ſed non ſanguineus aut ſubuiridis , vt non dicatur ei , quod diabolus improperauit cuidam:Si plus poſſes,plus faceres.

De loquutione. Cap. 17.

SInt verba pauca rationabilia &vtilia,nõ vana,non otioſa non ſuperflua,non riſoria,non detractoria,non ſcurrilia, non maledica,non inuerecunda,non litigioſa,nõ clamoroſa,ſed ſuauia,religioſa & gratioſa,vt dicit Salomõ: Sapiẽs in verbis ſeipſum amabilem facit,gratia autẽ ſtultorũ effundetur.Item:Verbũdulce multiplicat amicos,ſermo autẽ durus ſuſcitat furorem.Item Hieronym⁹:Beata lingua eſt,quæ non nouit,niſi de diuinis ſermonẽ texere.Verum nõ hęc ſic ſunt intelligenda quaſi nunquã ſit licitum vti verbis iocũdis & ſolatioſis,quia ſecundum omnes morales,Vir ſapiẽs & timoratus pro loco & tempore poteſt virtuoſè aliquãdo rigorem remittere,& hoc maximè pertinet ad verba iocunda,in quibus hæc debent omnino vitari,vt ſcilicet nõ ſint inhoneſta,nociua aut detractoria.Et hęc remiſsio debet fieri,quãdo omnia ſerioſa ſunt perſoluta loco & tẽpore debito,& cũ talibus perſonis,quę ex hoc nõ ſcandalizantur,& tali intẽtione, vt hac recreatione fortius valeat ad ſerioſa virtutis operare dire Exemplum horum legitur de ſancto Ioãne Euãgeliſta, & de ſancto Anthonio,quorũ hæc ſentẽtia eſt,quòd expedit aliquãdo contemplationẽ intermittere ꝓpter infirmitatem naturæ,vt poſtea melius ad ſpiritualia videnda animus redire valeat,ſicut arcus diſtentus fortius iaculum proiicit,quàm qui ſine intermiſsione tenſus tenetur, vnde Auguſtin. dicit: volo tandem vt tibi parcas:Nam ſapientem decet interdum remittere mentis aciem rebus agendis intentam.

Medium ſemper eſt tenendum. Cap. 18.

ET ſicut ſuprà dictũ eſt de Ieiunio, ſic & hic de hoc ſolatio virtuoſo dici poteſt,quòd diabolus nititur hominem ducere ad duo extrema,ſcilicet vt ſic feruẽter bonis operibus in-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſiſtat,quatenus totaliter inutilis fiat,vel ꝙ ſine intermiſsione ludis ac ſolatiis vacet,& alia bona opera negligat.Sed medi um eſt tenendū,& hæc regula optima eſt,& vbiq; applicāda, quia virtus in medio conſiſtit.Iuxta illud:Ne quid nimis ne quid min⁹.Medium tenuere beati.Et teſte beato Bernardo: Diſcretio eſt auriga virtutum, ſine qua virtutes ſunt vitia.

De reformatione interioris hominis. Cap. 19.

SOlicitudo ſecunda bonę voluntatis ad hoc tendere debet, vt etiam interiorem hominē reformare ſtudeat,vt ſcilicet velit quæ Deus vult eum velle , ſciat q̄ vult eum Deus ſcire, & recogitet ſiue memoretur quæ vult eum De⁹ cogitare. Et hic eſt maior labor,neq; vnius diei , ſed qui nunquā incipit, nunquā perueniet . Igitur inuocato diuino auxilio totaliter nos ꝓpter imminentē talem neceſsitatē ad hoc opus pręcin gamus.Magni nāq; meriti eſt huic negotio inſudare,quāuis nō ꝓ voto idipſum acquiratur quod intēditur.Sciendum eſt igitur , ꝙ internus noſter homo triplici morbo eſt infectus, id eſt tria ſemper cōcupiſcit,quę ſemper deberet ſpernere.Et hic oritur omnis illa difficultas ꝓficiendi in virtutibus, quā boni viri ſentiunt etiam vſque ad mortem , quidam maius, quidā minus.Hoc eſt quod dicit beatus Paulus:Video aliam legem in membris meis,repugnantem legi mentis meæ.

De bello legis Dei contra legem diaboli in vno homine Cap. 20.

ECce bellum mirabile in homine , vnum cōtra vnū.Lex Dei cōtra legē diaboli.Lex Dei dicit:Contēne omne ꝙ eſt in mundo & adhære pręceptis domini creatoris tui. Cōtra lex diaboli dicit:Nihil ſit tibi curæ de inuiſibilib⁹,ſed ſtude delitias corporis tui habere,& honorē huius mundi,& diuitias ad omnem copiā.Iterum lex Dei dicit: Caue ne audias eam,ſed mihi obtēpera, quia omne quod eſt in mundo vanum eſt,nec mundus te iuuare poterit nec ſeipſum.Cōtra, lex diaboli dicit:Ne permittas te decipi , quia omnia grauia ſunt:ego autem habeo tria quę tibi ſunt vtilia valde & delectabilia ſcilicet oīa concupiſcibilia carnis,& oculorum tuorum,& pompam huius ſeculi, exerce te in iſtis & fœlix eris.

De triplici concupiſcentia. Cap. 21.

EX hac triplici radice oritur omne malū , & ideo prim⁹ labor hic debet inchoari,vt hæc triplex concupiſcentia, carnis videlicet,oculorum,& vanitatis ꝙ eſt ſupbia vitæ,non quidē radicitus extirpetur,quod eſt impoſsibile, ſed

190

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

conculcetur,ne herbã peccati germinet:ſicut videmus quòd via quę frequẽter pedib⁹ teritur,nõ ꝓducit gramina,quãuis radicẽ intus habeat,ſed ſi nõ calcatur, tũc ſtatim vireſcit.Sic anima quæ ſemper exercetur in via mãdatorũ Dei,nõ ꝓducit mala opera, quãuis inclinationẽ malã int⁹ adhuc habeat, ſed ſi tepeſcit ab operibus bonis,tũc cõcupiſcentia mala quę intus dormiuit,euigilat,& in opus prauum foras erumpit.

De elongatione ab occaſionibus concupiſcentiarum. Cap. 22.

IGitur ſtudioſè præcauendũ eſt,ſi homo ad internam pacẽ cupit peruenire,quòd elonget ſe ab omnibus occaſionib⁹ quæ has cõcupiſcentias ſolent ꝓuocare,ſicut boni religioſi faciũt,qui ꝑ caſtitatẽ & ieiunia & diſciplinas & vigilias ac labores quotidianos mortificãt cõcupiſcentias carnis, & maximè fugiẽdo otiũ & familiaritates & colloquia mulierũ,& per paupertatẽ voluntariã mortificãt cõcupiſcentias oculorũ,per obediẽtiã & ſubiectionẽ mortificãt appetitũ ſuperbę inclinationis huius ſeculi cui ꝓxima eſt occaſio omniũ peccatorũ quæ dicitur libertas ſecularis,quæ nullo iugo diſciplinæ vult ſubdi.Contra inſidias vitiorũ,quod periculoſiſsimũ eſt,ſicut apertè apparet de milite inſano & fatuo, qui cũ aliũ percutere non poteſt,inſuper nec ſibiipſi prouidere vult, vt armis ſe muniat cõtra hoſtiũ tela,huic nihil reſtat,niſi mors acerba & finis ſine honore.Sic omnis homo(qui in via Dei vult ambulare ſecundũ propriã volũtatem,& non præcauet ſibi ab occaſionibus peccatorũ)periclitabitur. Et datur exẽplũ de Dauid,qui idcirco in adulteriũ cecidit,eo quòd oculos non cuſtodiuit, & in numeratione populi ſimiliter grauiter deliquit,quia informari noluit Si in his tantus propheta cecidit,quid nobis faciendũ eſt,niſi vt tota diligẽtia cuſtodiamus corda & corpora noſtra?Similia multa de aliis legũtur. Pax igitur cordis tunc acquiritur,quãdo mens gratia fortificata vitioſam inclinationẽ cõpeſcit, ne malum quod cupit, poſsit perficere.Non autẽ poteſt homo ex propriis virib⁹ & de cõmuni gratia,internũ bellum penitus ſedare,vt nunquã malas inſinuationes aut immiſsiones ſentiat,ſed poteſt in tãtũ proficere,quòd huiuſmodi leuiſsimè vincat.Et datur exẽplum de principe aliquo mediocri,qui etſi non poteſt hoſtes ſuos expellere de patria ſua,poteſt tamen eos ligare,captiuare aut humiliare, in tantum quòd nunquam ſine ſuo cõſenſu aliquod dominium aut tyrannidem in ea exerceant.Hinc

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dicit beatus Paulus, quòd non debeat peccatum regnare in mortali corpore noſtro, quaſi dicat: Et ſi non poteſtis facere vt non ſit, tamen facere poteſtis vt non regnet.

De duplici remedio contra peccatum. Cap. 23.

ECce duplex remedium cõtra peccatum: vnum, vt ſe elõget homo bonæ volũtatis ab occaſionibus peccatorũ: Aliud, vt continuè & feruidè operibus bonis inſiſtat.

Quòd homo regulam viuendi ſibi eligat iuxta ſuæ naturæ & ſui ſtatus congruentiam. Cap. 24.

SOlicitudo tertia bonę voluntatis debet eſſe, vt ex p̃dictis duobus, ſcilicet ex debita cõpoſitione exteriorũ morũ, & interno exercitio ſpiritualis deuotionis aliquã ſibi regulã viuẽdi eliciat, iuxta ſui ſtatus & naturæ cõgruentiã quã regulam vniformiter obſeruet, & in ea vſq; in finem laudabiliter perſeueret. Hoc nanq; eſt omniũ ſanctorũ patrũ conſiliũ, cuius etiã exemplũ in omnibus penè quæ ſub cœlo ſunt, videmus. Omnia nanq; habẽt naturã, & modũ & cõſuetudinẽ & ordinem ſicut patet in ſole, luna, ſtellis, plãtis, beſtiis, & aliis (quæ ſecũdũ naturã ſunt) vniuerſis q̃ pulchrè, quã ordinatè, quàm perſeuerãter & vniformiter cũcta procedũt & redeũt, currũt & recurrunt, creſcũt & decreſcunt. In ſolis autem humanis moribus irregularitas cernitur, & quia etiã nec ex natura, nec ex induſtria habet homo, vt ſuos actus regulare meritoriè poſsit, ſed eſt Dei gratia, ideo cõfidere ſibi nullatenus debet, neq; ſibi aſſcribere ſi aliquid boni fecerit, debet tamẽ facere quod in ſe eſt, vt tota natura & induſtria gratię coopere tur, ne vacua in ſe maneat. Igitur natura per gratiam nobilitata initiũ eſt bonæ vitæ. Hanc cõmuniter dicũt ſancti patres, bonã voluntatẽ. Volũtas nanq; dicitur totus homo, propter imperiũ quod habet ſuper cęteras vires, & ideo in ea ponitur totum põdus meriti & demeriti. Si homo cõſentit bono, meretur: ſi malo, demeretur. Si bono cooperatur, amplius meretur: ſi malo, amplius demeretur. Ex q̃buspatet, q̃ homo bonæ volũtatis poteſt iugiter mereri, quandiu eſt in ſtatu vitæ. Ratio eſt, quia poteſt actualiter bono cõſentire, aut in bona occupatione ſe tenere. Hoc autem fit, quãdo regulariter viuẽdo omnia opera ſua ordinat ad gloriam Dei, ſic, aut aliter dicẽdo: Iã volo dormire vel comedere, vel hoc vel aliud facere tali intentione, ſicut hoc merito verus Chriſtianus facere debet. Et cupio in omnibus placere Deo. Exemplũ huiꝰ

194
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

datur de bonis religioſis,de quibus firma ſentẽtia eſt,q̃ ſine intermiſsione merẽtur, quia ſemp̃ ſunt in obediẽtia aliqua, quanuis non laborentvel orent cõtinuè,quia nec hoc regula præcipit,ſed quia ſe cõformant intẽtioni regulæ. Igitur ſiue regula p̃cipiat ſiue cõſulat,aut laborandum,aut quieſcẽdum ſemper ſunt in obediẽtia. Quare tã quieſcendo quàm laborando merẽtur,quia vtrunq; ad virtutẽ p̃tinet, ſecundum q̃ hoc Spiritus ſanctus fieri mãdauit.Iuxta hãc formam quilibet eccleſiaſticus vir , ſiue paſtor fuerit parochialis eccleſiæ, ſiue canonicus,ſiue vicarius eccleſiæ collegiatæ,aut alter qualiſcunq; abſtractæ vitę de patrimonio viuẽs, poteſt ſibi legẽ ſtatuere ſanctorum regulis cõformẽ,& ſecundũ illã vniformiter viuere,ſicut viuunt religioſi ſecundũ regulas ſuas,iuxta cõſilium diſcreti viri,in ſpiritualib⁹ exp̃ti.Hoc modo cunctæ religiones inchoatæ fuerunt. Vnde dicit beat⁹ Bernard. Qui vult bene viuere,ſtudeat vnum diẽ bene inſtituere,deinde adiungat ſecundum,deinde tertium,& ſic de ſingulis,donec paulatim ad bonã cõſuetudinẽ veniat.Bona autẽ cõſuetudo,fortitudinẽ ſubminiſtrabit,qua acquiſita, efficitur homo naturaliter virtuoſus,q̃a vſus eſt altera natura.Ita fiet q̃ primo fuit intolerabile,per continuationẽ efficitur ſuaue & quaſi naturale,dũmodo à cœptis nõ deſiſtat. Qui autẽ variis exercitiis naturã ſuã diſtẽperat,nunc illud nunc aliud guſtãdo,nunquã erit homo ſolidæ ſanctitatis,ſed vagus & profugus ſuper terrã,ſibi & aliis oneroſus,& vtilis nulli. Vnde dicit Helinandus,quòd bene viuere, eſt vniformiter viuere.

Quod homo ſuam doctrinam ad practicam ponat. *Cap.* 25.

SOlicitudo quarta bonæ voluntatis eſſe debet , vt poſtquã eſt diligenter informata,quid ſibi expediat & quid nõ,ſtatim illud quod ſuæ naturæ & ſuo ſtatui cõueniens eſt,ad practicã ponat,ſicut Sapiẽs ait: Quodcunq; poteſt manus tua,inſtanter operare.Multi nanq; decepti ſunt hac tentatione, dicentes: Quid habes feſtinare? ſufficit tibi viuere, ſicut cæteri viuunt,propitius eſto tibi.Contra hanc tepiditatem oportet fortiter dimicare vnumquẽq;, qui in via Dei vult proficere. Qui autem tepidus eſt,ad charitatis augmẽtum non perueniet,ſed ſi quid habet,hoc ipſum perdet,vnde dicitur talibus per increpationem illud Naſonis : Militiæ ſpecies amor eſt, diſcedite ſegnes. Vt autẽ aliquid exemplaris bonæ vitæ nouelli canonici habeant,dictarium quoddam breue hic adno-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tauimus,quod nihilominus in aliis deuotis libris & authẽticis regulis pleni⁹ reperitur.Proteſtamur quoque nullũ prę-iudicium per hoc velle nos offerre,aliis diuerſis viuẽdi modis perfectioribus,quaſi ſecurũ eſſet ab altioris vitæ inſtitutis ac regula ad hæc minima deſcẽdere,ſed his qui adhuc inſtituendi ſunt,iſta quanuis exigua obeſſe non putamus.

De dilectione Dei & proximi. Cap. 26.

IN primis igitur,ſecundum conſiliũ beati Auguſtini, diligatur dominus Deus ſuper omnia,& ꝓximus infra Deũ, & ad Deum ꝓpter Deum.Et ex iſta dilectione & propter conſeruandam & augendã hanc dilectionem omnia alia exercitia fiant tam ſpiritualia quàm corporalia.Deinde inuocato diuino auxilio,dicat hęc aut ſimiliaverba in oratione:Domine qui me ex nihilo creaſti,& vſque in hãc horam perduxiſti,tibi gratias ago,rogãs vt omnia præterita peccata mea deleas,& deinceps à peccatis præſerues,vt reliquum tempus vitæ meæ tibi valeam plenè dedicare.

De confeſſione. Cap. 27.

ET quia teſte Auguſtino,initiũ bonorum eſt cõfeſsio malorũ.Ideo quilibet placere Deo cupiẽs, ſtudeat diligenter ad minus ſemel præteritam vitã diſcutere, & omnia integrè cõfiteri,de quibus eũ cõſcientia remordet,quatenus ſecuritate adepta, anima quietior exiſtat. Quòd ſi ex toto vna vice non poſsit ſe plenè recolligere,tunc paulatim poteſt hoc ſupplere per tẽpus ſubſequẽs, donec ſerenitas oriatur in corde.

De propoſito obſeruandi formã viuẽdi conceptam. Cap. 28.

SAepe igitur concepta poteſt hanc profeſsionem facere in oratione ſua.Miſericordiſsime domine ſuſcipe me ad gratiam tuam,& à malis vniuerſis præſerua,vt bonum propoſitum quod dediſti vſque in finem meritoriè valeã perducere. Propono nanque hanc viuẽdi formam obſeruare quantum infirmitas mea mihi permittit,quatenusiuxta cõſilium ſanctorum patrũ,in ſtatu gratiæ tuæ iugiter inueniar, ſiue dormiam,ſiue vigilem,ſiue comedam,ſiue bibam, ſiue laborẽ, ſiue quieſcam,ſiue aliud quodcunque faciam:ita tamẽ quòd ſi hunc viuendi modum in parte vel in toto dimittam, non volo alicuius criminis eſſe re⁹ apud te,ſed liberè facere & liberè dimittere prout placet.Si autem vult ſe voto obligare, tũc poteſt ſic dicere: Promitto tibi domine ꝓ ſic & ſic volo tibi ſeruire per hunc annum,vel duos, vel tres, vel omnibus

192
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

diebus vitę meę,donec aliud meli⁹ inſpires,&c.ſed hoc ego nõ conſulo quòd huiuſmodi votũ leuiter emittat,niſi cũ magna deliberatione & pręuia experientia,quia quanuis ſit maximè meritorium, tamẽ in libertate iſta qua cõmuniter eccleſiaſtici nunc viuunt, exceptis religioſis, vix eſt poſsibile quòd continuè vnus modus viuendi à quoquam poſsit ſeruari,ſicut apud religioſos fieri ſolet. Verum faciat vnuſquiſque iuxta gratiam ſibi deſuper datã. Qui parcè ſeminat,parce & metet. Cõuertat ſe etiã toto corde ad beatã Virginem, & ad propriũ angelũ, & ad alios ſanctos ad quos eũ deuotio magis inclinat pro implorando auxilio cõtra ſpirituales nequitias, quia quando antiquus hoſtis percipit quòd aliquis vult ſibi à peccatis cauere & ad Deum ſe conuertere,tũc fraudes multiplicat,ſed qui in domino ſperat,cuncta ſuperat.

Qua hora ſurgendum ſit. Cap. 29.

SOlicitudo quinta quã habere debet homo bonę volũtatis iuxta propoſitũ noſtrum,hoc eſt vt ſecũdũ apoſtolicã doctrinã per ſingulos dies exhibeat corpus ſuũ hoſtiã viuentem,beneplacitũ,rationabile obſequium ſuũ,vt ſicut ſeruiuit prius peccatis in immunditiam,ſic iam ſtudeat ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationẽ. Ad Dei ergo gloriã taliter poteſt ſe inſtituere,quòd ſic dormitũ eat de ſero,vt euigilare aſſueſcat de mane hora tertia,& ſurgens aliquid boni meditetur, videlicet de futuro iudicio,quomodo tũc omnes euigilaturi ſumus. Deinde veſtiẽdo ſe poteſt aliquid boni legere,Pſalmũ Quid multiplicati ſunt,&c.aut aliud quod placet. Et ſi aliqua illuſione ſe meminit pollutũ,percutiat pectus ſuum cũ propoſito confitẽdi,aſpergendo ſe aqua benedicta,& ſic ad oratorium vadat,& debitum ſuum ſoluat, ſicut melius poteſt.

De horis beatæ Virginis. Cap. 30.

SOlent communiter deuoti eccleſiaſtici permiſcere horas beatæ virginis Mariæ horis canonicis ſingulas ſingulis. Perſolutis ergo matutinis de beata Maria virgine, ſi aliquod tẽpus habet ante pulſum matutinarũ tẽpore, poteſt ſe ſpiritualiter occupare ĩ bonis meditationib⁹,de paſsione domini,qualẽ noctẽ agnus ille mãſuetus pro nobis ptulit, &c.

De pulſu ad matutinas. Cap. 31.

CVm autem ad chorũ pulſatur, ſtatim exeat venerabiliter cum omni grauitate & alacritate, ne cum vltimis veniat

Quõ homo ſe habere debeat in ingreſſu eccleſiæ & chori. Cap. 32.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

INtrando eccleſiam ſe humiliet quantum poteſt, dicens cũ publicano: Domine, ꝓpitius eſto mihi peccatori: Nõ ſum dignus accedere. Et ſi accedat reuerenter inclinãdo ſe ad altare & crucifixũ, & maximè ad venerabile ſacramentũ. Tã dẽ ad ſtallum ſuũ veniens, cogitet quare venerit, & cõſideret quod ad nihil aliud, quàm vt in cõſpectu ſanctorũ angelorũ pſallat domino. Et ergo fabulationes omnino vitet & ſigna ludicra, totúſq; ſit intẽtus his quæ tũc cãtãtur aut legũtur. Et memor eſſe debet, ꝙ non ſolũ debitor eſt ad verba diſtinctè pronuncianda vel audiẽda, ſed etiã tenetur facere debitã dili gentiã ad intelligentiã & aduertentiã eorũ quę proferuntur.

De diſtractione mentis. Cap. 33.

INſuper & pręcauere debet, ne diſtrahatur, ita quod totum propoſitũ ſuũ ſit, velle totaliter ſe occupare cũ diuinis, & ſi tũc diſtractio interuenerit, excuſatur. Et quã citò deprehẽdit ſe alienatũ, ſtatim recurrat toties quoties. Finitis matutinis gratias agit Deo, aſſcribẽdo ei, ſi quid benefecerit, & de negligẽtiis veniã petat. Et ſi tempus patitur, poteſt domum ire pro neceſsitatibus ſuis, ſemper illud obſeruando, vt ſilentiũ ſeruet, donec miſſam celebrauerit vel audierit, niſi fortè loquẽdo pauca verba pro neceſsitate occurrẽte vel vtilitate.

De prima. Cap. 34.

ET deinde legat Primã de beata Maria, pręparando ſe ad primã diei in eccleſia perſoluẽdã, ſicut ſuprà de Matutinis. Si verò tũc capitulũ tenetur diligẽter ſe obſeruet, ne in verbis excedat, ſemper inuocãdo Spiritũ ſanctũ, quia alias ibi citius peccatur, quã aliquod bonũ agatur. Si tamẽ aliquid apertè cõtra Deum, & iuſtitiam, & fraternam charitatẽ ibi dicitur, tunc benignè pro ſuo intereſſe, dicat, ſibi talia nõ placere, dando rationem ſuauiter ne alij ſcandalizentur.

Quomodo canonicus in capitulo ſe habere debeat. Cap. 35.

ET eſt notandũ, quòd diabolus maximè nititur in capitulis furorẽ ſuſcitare vt Miſſas ſubſequẽtes impedire poſſit. Quare videtur quòd negotia cõtentioſa alio tẽpore tractẽtur, ne deuotio celebrantiũ impediatur. Poſt capitulũ ſi poteſt habere confeſſorem, libenter confiteatur.

De præparatione ad Miſſam. Cap. 36.

DEinde ad Miſſam ſe præparet, ſiue celebrandũ, ſiue audiendũ ꝓut ſecũ diſpoſitũ fuerit. Et ſi celebraturus eſt, aut communicaturus, tunc inquantum poteſt, obliui-

193
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſcatur omniū p̃teritorum,& ad deuotionē ſe ſummo ſtudio applicet,vt dignum eſt,quatenus tāti ſacramēti fructus Deo ſibi propitio efficaciter percipere mereatur. Sunt p̃terea diuerſorum patrum ſcripta de venerabili ſacramento,& miſſę celebratione,quodcunque magis conuenit,hoc eligat.

De tertia,ſexta,& nona. Cap 37.

AD tertiā,ad Sextā,&ad Nonā,deinde iuxta ritum eccleſię ſuæ ſimiliter p̃paret ſe ſicut iā dictum eſt de Prima. Nec opus eſt hic plura documēta apponere pro viris maturis,quę & qualia pueris in ſcholis ꝓponuntur,ne dominis venerabilibus iniuriā facere videamur.Sufficit meminiſſe illius Ambroſiani,hoc eſt pulchritudinē viuēdi tenere cōueniētiā,cuique ſexui & ꝑſonę reddere.Hic ordo geſtorum optim⁹, hic ornatus ad omnem actionem accōmodus,& illius Auguſtini:In omnibus moribus noſtris nil fiat,quod cuiuſquam offendat aſpectum,ſed quod noſtram deceat ſanctitatem.

De ſobrietate prandij,& de benedictione menſæ. Cap. 38.

DEmum finitis diuinis,quādo prādendi tēpus aduenit,cum omni ſobrietate & gratitudine cibum ſumat, ſemper Benedicite p̃mittēdo flexis genib⁹,vel reuerēter ſtādo. Eleemoſynā aliquā corporalem(ſi facultas adeſt)faciat, ſimiliter & ſpiritualem,ſcilicet:De profundis,cum collecta ꝓ animab⁹ in purgatorio detētis.Similiter pro afflictis & tribulatis aliquid poteſt breuiter mente tractare,prout dominus dederit.

De modo in comedendo. Cap. 39.

MOdum in comedendo teneat quē B. Bernar.deſcribit,vt ſcilicet tractim cibū & potum ſumat ſingulos morſellos bene maſticādo,quia tūc dulcius ſapit,nutrit melius & digeritur ſalubrius.Omnino memor ſit ſanctorū angelorū p̃ſentiam adeſſe,in quorum cōſpectu ſe reuerēter habere debet.

De lectione in menſa. Cap. 40.

FAciat etiā ſibi aliquid legi de diuina ſcriptura, vt non ſola fauce corporalem cibum ſumat,& mēs ſuo ferculo fraudetur.Si verò lectorem nō habet,tunc ponat librum ante ſe,& quantum poteſt,legat pro habenda memoria ſpiritualium.

De conuiuiis. Cap. 41.

CONuiuia, & hoſpites,& nundinas,& dedicationes, & cōcurſus hominum ſtudeat euitare,quia teſte beato Hieronymo:Sunt quaſi quædam catenæ voluptatis,& qui talia diligit,Chriſto diſplicet . Si tamen hoſpites pauperes aut reli-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gioſos habuerit,aut viros boni teſtimonij , qui eum à bono propoſito non retrahant,laudabile eſt.

De aliqua abſtinentia à carnibus,ouis & lacticiniis. Cap. 42.

TEr in qualibet ſeptimana eccleſię ieiuniis exceptis, à carnibus poteſt abſtinere.Itẽ ſextis feriis à lacticiniis,& ouis abſtineat,niſi ĩfirmitatis, aut alia cauſa rationabilis obſiſtat.

Degratiis facto prandio dicendis , & de dolendo propter exceſſum in cibo vel potu. Cap. 43.

FActo prãdio,gratias dicat, ſimul dolẽdo ſi in modo à mẽſura exceſsit,quia ſecundum ſententiã B. Auguſtini:Rarò poteſt debita menſura ſeruari.Ait enim: Certo quotidie aduerſus manducandi concupiſcentiam & bibendi, & quis eſt qui non rapitur aliquãtulum extra metas neceſsitatis?

De dormiendo poſt prandium. Cap. 44.

DEinde poteſt pro recreatione quaſi ſpatiando tranſire ſine magno motu , quia hoc eſt ſanum .Eccleſiaſtici enim qui volunt ſolicitè ſuum officium exercere,non habẽt tempus pro groſsisoperibus faciendis.Et ergo debẽt ſe diligẽtius regere in diætis quotidianis, ne in diuino officio inhabiles fiant.Poſt hæc ſi naturæ ſuæ conuenit,poteſt parum quiescere,& maximè in æſtate, ne caput grauetur.

Quid faciendum ſit poſt dormitionem vel ſpatiationem vſque ad veſperas. Cap. 45.

REliquum tẽpus vſq; ad veſperas poteſt liberè expẽdere,ſicut placet,videlicet,ſcribendo,legendo,carpentando, aut in hortulo aliqua plantando , ſiue cum familia colloquendo de cura rei familiaris & neceſſariis domus,ſemp illud obſeruãdo,ne cor nimiũ elõgetur à Deo, quia aliàs difficulter redibit in priſtinã deuotionem.Si autem ſentit ſe grauatũ,tũc poteſt honeſta colloquia & ſolatia admittere,ſicut ſuprà dictum eſt.Cum autem veſpertinum tempus aduenerit , tunc præparet ſe,ſicut dictum eſt de aliis horis.Similiter de completoriis ſuo modo iuxta ritum,& morem eccleſiæ ſuæ,&c.

De Cœna. Cap. 46.

DEniq; ſi cœnãdũ eſt,procedat , ſicut dictũ eſt de prandio.

De collatione quando ieiunatur. Cap. 47.

SI vero ieiunium extiterit, tunc ſecundum conſuetudinem poteſt aliquid parum guſtare,ſiue de ſpeciebus,ſiue de torta cum potu competenti.

Quòd ſobria ſit Cœna. Cap. 48.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

SEmper tamen obſeruandum eſt, ꝙ cœna frugalis ſit & ſobria, alioquin multa incõueniẽtia ſentiet. Mirũ eſt dicere quomodo nõnulli de eleemoſynis pauperũ ventrẽ replẽt vltra quã digerere poſſunt. Quòd ſi gratis huiuſmodi delitię darẽtur fortè ſimplex malũ eſſet, ſcilicet corporis debilitatio. Nunc autẽ animæ grauamẽ accreſcit, pro eo quod vix aliquis poteſt ſatisfacere ꝑ eleemoſynis, etiã ſi tãtũ extremũ victũ & veſtitũ inde ſuſciperet. Quid ergo de iactura hac tã grãdi tot epularũ & delitiarũ? De hac ſunt horẽdæ ſententię B. Hieronymi & Bernardi: verũ quilibet onus ſuũ portabit.

Quòd quidam poſt cœnam non loquuntur. Cap. 49.

COmpleto denique die quorundã mos eſt, ꝙ nihil poſt cœnã loquantur, ſeu ad oratorium feſtinant pro exercitiis ſpiritualibus, & hoc videtur ſatis perfectũ, nec omnibus datum eſt, qui poteſt facere faciat.

Nõ eſt incõueniẽs poſt cœnã cũ familia honeſtè recreari. Cap. 50.

SI autem honeſtè recreari voluerit cum familia, nõ eſt inconueniens.

Antequam ad lectum ſe ponat homo, colligat, quomodo diem expenderit, & de negligentiis veniam petat. Cap. 51.

QVo facto antequã lectũ petat, diligẽter ſe recolligat, quomodo diem expenderit, de negligentiis veniã petendo, & ſi aliqua notabilia peccata (licet venialia) inueniat, ſe admiſiſſe diligenter aſſcribat, ne obliuiſcatur, vt in craſtinum ea cõfiteatur. De bene autem geſtis gratias agat, ſimul rogans Deum, vt futuram noctem ſibi ſalubrem, & in puritate & caſtitate, & ſine omni dæmonũ infeſtatione periculoſa tranſire concedat, quatenus iterum mane ſurgens, de nuò ipſum cum omnibus ſanctis laudare mereatur.

Iacẽs in lecto, aliquid boni cogitet, donec dormiat. Cap. 52.

IAcens etiam aliquid boni ſtudeat cogitare, donec ſimul cum ſancta cogitatione obdormiat.

De perſeuerantia in bono. Cap. 53.

SOlicitudo ſexta timorati viri iuxta formulã illã eſſe debet, ꝑ perſeuerãtia in bono quod incepit, ſecũdum illud ſaluatoris: Qui ꝑſeuerauerit vſq; in finẽ, hic ſaluꝰ erit. Vnde dicit B. Gregorius: Incaſſũ bonũ agitur, ſi ante vitę terminũ deſeratur, quia fruſtrà velociter currit qui priuſquam ad metã venerit, deficit. Variis nanq; modis nititur antiquꝰ hoſtis quẽlibet ĩpedire, ne bonũ inchoet, ſed multo amplius, ne

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

inchoata cõſummet,ſciẽs,q̃ ſola p̃ſeuerãtia coronã meretur

Vitandæ ſunt occaſiones recidiuandi. Cap 54.

HInc apud religioſos(qui in ſchola virtutũ quotidie verſantur)pœnaliter inhibẽtur omnes occaſiones recidiuãdi,ſcilicet q̃ nõ debent cũ p̃ſonis ſecularibus cõuerſari,etiã ſub p̃textu pietatis,q̃ nõ debent egredi ſine notabili cauſa fores monaſterij.Inſuper & voluntariè magnas pœnas ſibi imponũt,ſi hęc & alia tranſgrediãtur.Profeſsionẽ etiã ſolennẽ faciũt in cõſpectu eccleſiæ pro quadã conformatione omniũ quæ in regula tradũtur,quatenus vniuerſi ſciãt, eos debitores omniũ quæ in ea ſcripta ſunt . Ecce q̃ ſuſpecti ſunt habendi qui cõtrarium docere volunt,q̃ ſcilicet obſeruãtiæ regulares ſint minus perfectæ,propterea quia neceſſariè cogãt ad bonũ:non enim vident q̃ ſit prona humana infirmitas ad malũ etiã poſt votũ. Sãcti nãq; patres multiplici experientia edocti, huiuſmodi regulas & ſtatuta pœnalia ex inſtinctu Spiritus ſancti ediderũt,ne filij eorũ deinceps occaſionem inuenirent redeundi ad vomitum.Vnde dicit beatus Hieronymus:Principiũ ſpiritualis operis ſi nõ ſit matura p̃uiſio,ſolet ſubſequi quoddã carnale.Dei templa Spiritus ſancti vaſa,niſi diligenti ſeruentur cuſtodia,proſtibula fiunt.

De tentationibus. Cap. 55.

HAec quia ita ſunt,ſummopere timendũ eſt ſæpe dictis canonicis aut vicariis,ne ab initio decipiãtur p̃pter vitæ libertatẽ.Tanto enim plures occaſiones habet diabolus eos tẽtãdi,quãto ſunt magis indifferẽtes ad omnia.Si tãto periculo dimicãt cũ eo boni religioſi, qui ſumma cuſtodia ſunt p̃muniti,q̃d putamus laboris habebũt,qui penè ſoli ſunt cũ eo conflicturi? Verũ non iſta dicimus quaſi ſoli religioſi ſecuri ſint & alij non,cũ ſcriptũ ſit:Fidelis Deus qui nõ p̃mittit ſuos tẽtari vltra q̃ ſufferre poſſunt.Sed ad auiſandũ de magnitudine periculi,quia reuera vt cętera taceamus,plurimos vidimus delectos aſtutia ſerpentis,quos bonũ nimiũ ſpectabilesreddebat.Nec mirũ,qui enim(vt plerũq; accidit) de via peccatorum cõuertitur ad ſtatum pœnitentiæ , nec in ſchola virtutũ exercetur, nec magiſtros idoneos habet aut ſi habet,nõ omnino perfectè eos audit,& quotidie tot ſcãdala & exẽpla mala ante oculos cernit,totque circumuolãtes ſpiritales nequitias patitur. Quid,inquam,mirum ſi talis faciliter relabitur in id quod deſeruit? Multa igitur ſolicitudine

195
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

opus eſt pro perſeuerãtiæ dono. Quicũque igitur præſcriptã formulã aut aliã tenere voluerit, nõ putet id de ſuis viribus poſſe, quantũcunq; etiã facilis appareat, ſed dominũ iugiter clamet, vt ipſe det bonũ initium, melius medium, & optimũ finẽ, & ſi gratia arriſerit, ſemper ſit pauidus ne eam amittat.

Cum anima fugere incipit ad Ieſum ſtatim iraſci & ſæuire incipit inimicus. Cap. 56.

QVia teſte Auguſtino: Magnũ eſt donũ, quãdo delectat bonũ, alioquin, niſi diuina miſericordia iugũ alleuiauerit, importabile eſſet. Vnde Origenes: Antequã ſermo Dei audiatur, nõ eſt tẽtatio vel tribulatio, ſed vbi ſignũ belli p̃dicationis tuba oſtendit, tribulationũ pugna inſurgit. Hoc autẽ quare ſit, dicit B. Auguſtinus: Quia cum anima incipit cõfugere ad Ieſum, ſtatim cõtra eã iraſci, & ſæuire inci pit inimicus. At vbi anima quæ vitiis ſeruiebat ad culmina virtutum ſe cõtulerit, perſecutionẽ patitur vitiorũ. Hinc ſcri ptum eſt: Fili accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia & timore, & præpara animã tuam ad tentationem. Veruntamen iſte timor & labor non ſine gaudio eſt, ſicut B. Iacobus dicit,

Adhuc de tentationibus. Cap. 57.

OMne gaudium exiſtimate fratres cũ in varias tẽtationes incideritis. Hinc Hieronym⁹ ait: Nullum puto in hac vita ſine tẽtatione viuere, cui fortè ſi vna tollitur, mox aliã ſecuri⁹ expectet. Hoc autẽ debet eſſe cõſolatorium vniuerſis, qui tẽtationibus exercẽtur, quod dicit beatus Gregori⁹: Hoſtis noſter quãto magis nos ſibi rebellare cõſpicit, tãto amplius expugnare cõtendit. Eos enim pulſare negligit quos quieto iure ſe poſſidere ſentit. Et illud Auguſtini: Non eſt maior tentatio, q̃ nulla tentatione pulſari. Hinc dicit ſanctus Thomas notabile verbum: Multi grauiter ceciderunt ĩ aduerſis, ſed multo plures, & multo grauius ceciderunt in p̃ſperis, eo q̃ tẽtatio quandoque ſentitur in aduerſitate, ſed rarò in proſperitate. Verbi gratia. Cùm aliquis increpatur, affligitur in corpore, moleſtatur in rebus vel amicis, ſentitur tẽtatio mot⁹ ſiue impatiẽtię, indignationis, vel odij. Cum verò diligitur, laudatur, honoratur, tunc ſẽtitur extollẽtia & ĩordinata mẽtis delectatio, nec attẽdit miſer homo quãtũ ſibi placeat indebitè, qui aliis placere ſe credit. Et quanto min⁹ & rarius ſentitur tẽtatio, tãto minus & rarius, & tanto difficilius tẽtationi reſiſtitur, quare etiã homo facilius vincitur.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

De fraterna correctione & emendatione per bona exempla, & bonas exhortationes. Cap. 58.

SOlicitudo ſeptima boni viri, & præcipuè illius qui in ſacris ordinibus cõſtitutus eſt, eſſe debet pro ſalute aliorum vt ſcilicet ſuo bono exẽplo & exhortatione alios à peccatis trahat, & ad bonam vitam ducat, & præcipuè illos qui ei cõmiſsi ſunt, aut quibuſcũ viuit. Hoc nãq; eſt maximè meritoriũ ſimul & iuſtũ. Quia qui aliquãdo prauo exẽplo, aut forte negligẽtia ſua aliis fuit cauſa dãnationis, iã ſtudere vtique debet, vt aliquos rapiat de faucibus inimici, & ad ouile Chriſti ꝓducat. De hoc ſic dicit B. Auguſtinus: Nõ tantũ curemus habere bonã cõſcientiã, ſed etiã bonã famam quantũ in nobis eſt, propter exemplũ aliorũ. Itẽ Gregorius: Qui in occulto bene viuit, ſed alieno ꝓfectui minimè proficit, carbo eſt. Qui verò in imitatione ſanctitatis poſitus lumẽ rectitudinis in ſe multis demõſtrat, lãpas eſt, quia & ſibi ardet, & aliis lucet. Hæc autẽ emendatio non ſecurè fit, niſi præuia oratione & cũ omni cõpaſsione, & in mãſuetudine. Iuxta illud Pſalmi: Corripiet me iuſtus in miſericordia, & increpabit me. Item: Quoniã ſuperueniet manſuetudo, & corripiemur. Correctio tamẽ prælatorũ requirit aliũ modũ nõnunquã propter circũſtantias occurrẽtes. Sed ſimplex clericus, aut presbyter nihil debet vltra facere q̃ Apoſtolus dicit, vt ſcilicet ꝓcedat in ſpiritu lenitatis, ſeipſum cõſiderãdo humiliter, ne in ſuperbiam eleuetur, & corruat. Poteſt autẽ ſic, aut aliter dicere. Miror ſatis de meipſo ꝙ nõ ampli⁹ ſtudeo emẽdare vitã, cũ quotidie video mortẽ appropinquare, & cũ neſcio quando reſpõſurus ſum tremẽdo iudici, de ſingulis quæ feci, aut cogitaui. Hæc, & ſimilia ſolẽt prouocare nonnullos ad cõpũctionẽ. Quòd ſi nullũ cõpunctionis ſignũ oſtẽdunt, tũc ſi piè eos vult admonere, poteſt, ſic aut ſimiliter dicere: Bone amice, ſi velletis, libenter dicerẽ vobis aliqua, quæ in corde meo diu portaui. Et tũc proponat ei, in quibus eſt defectuoſus, ſemper benigne, quia aliter nõ recipiet, ſi iracũdus & indignabũdus emendator apparet. Verùm, quia ſunt quidã qui huiuſmodi prẽludia non poſſunt ſufferre, ſed magis rotũdo modo volũt alloqui, ſed neſcio ſi in ſpiritualibus deſeruiat, ſcio quòd taliter ſolẽt loqui: Ego ſum ſimplex & planus, nõ poſſum me ita ſapiẽter habere, &c. Sed cõſideret vir ſenſatus, q̃ ſint proni ad iram, ſi defectus eorũ rotundo modo ꝓferantur. Dicunt quidã ſe li-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

benter recepturos informationẽ,& idipſum petũt,ſed cũ res ad effectũ venerit,inflãmantur,iraſcũtur,& nõnunquã peiores fiũt q̃ antè fuerũt.Modeſtia igitur eſt in talib⁹ magis cõgrua quãuisaliter quidã putãt procedẽdũ,verũ quomodocũque procedatur,dũ frater emẽdatur,ſatis eſt.Dixit quidã venerabilis pater in eremo:Dæmõ nõ expellit dæmonẽ,ſic vir paſsionatus nõ curat paſsionatũ.De hac aũt materia,ſũt multa dicta ſanctorũ patrũ,quę hoc vnanimiter cõcludũt ꝙ fraterna correctio ſecurè fieri nõ poteſt, niſi multa diſcretione ſit ſolita.Et ſicut nemo leuiter prorumpere debet in propriã laudem,ſic nec aliorum correctionẽ , quia alios rectè increpare,& ſe dignè laudare difficillimum eſt apud imperfectos.

FOrmula hãc viuendi Deo dicatis viris & clericis ſecularibus in cuiuſdã non poſtremi nominis Bibliotheca ſatis opportunè repertam ſynodalibus his noſtris ſtatutis ſubnectere,nec inconſultũ,nec ab re videbatur tãquã noſtro negotio quod agimus,in lõgo tempore diuexata eccleſia noſtra Hildeſemen.reparanda nõ vſque adeò diſsimilẽ & alias nec abſurdam nec ineptã,quandoquidem eandem & ab ſanctis patribus, tum ad Dei gloriã,tum ꝑ ſalute animarũ ſtudioſè cultã,maximoque pretio habitã cognouim⁹. Atq; ô ſi ab illis in hunc diẽ eiſdem huius formulæ legibus ita inhæſum atque inuigilatũ extitiſſet (vt merito debebat)quãtum ab illis diuagatũ,declinatumq; eſt,proculdubio ſtatus eccleſiaſticus multo meliusaudiret, longéque prius atque fœlici⁹ res eius omnes haberẽtur, quàm dum ita incertis legibus ꝑ ſuo arbitrio quiſque prę decorum ſtatus ſui& viuit & degit. Cæterum cum modernus ſeculariũ canonicorũ ſtatus ſit animarum periculis plenus,& à ſtatu gratiæ plurimũ elõgatus, ideo valde cõſultũ eſſe videtur,vnicuique ſeculari canonico deſiderãti in ea vocatione qua vocatus eſt(hoc eſt in eccleſia illa,in qua præbendatus eſt permanere,& animã ſuam ſaluã facere)vt ſupradictam viuendi formulã diligenter attendat, ac iuxra poſsibilitatem ſuam ad practicã ponat & obſeruet. Eſt enim debito ſeculariũ canonicorum ſtatui,prout preſentis patitur qualitas tẽporis optimè cõueniens.Porrò etiã cęteri ſeculares clerici,præcipuè vicarij aliiq; presbyteri,& ĩ ſacris cõſtituti,eandẽ regulã vel formulã animaduertãt. Nam & ipſi in ea modũ viuendi ſibi congruũ deſcriptum habent.

FINIS.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

DECRETA CONCILII PROVINCIALIS

Colonienſis ſub Reuerendiſs. in Chriſto Patre & Domino, D. Adolpho, Sanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopo, Sacri Romani Imperij per Italiam Archicancellario, Principe Electore, Vveſtphaliæ & Angariæ Duce, Legatoque nato celebrati.

Anno Domini Milleſimo Quingenteſimo quadrageſimo nono.

1558.

197
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

KArolus quintus, Diuina fauente clementia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, ac rex Germaniæ, Hiſpaniarum, vtriuſque Siciliæ, Hieruſalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Archidux Auſtriæ. Dux Burgundię, Brabantiæ, &c. Comes Habsburgiæ, Flandriæ, Tyrolis, &c. Vniuerſis & ſingulis Principibus Eccleſiaſticis & ſecularibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Prælatis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Militaribus Præfectis, Poteſtatibus, Vicedominis, Caſtellanis, Magiſtratibus, Conſulibus, Iudicib. Officialibus, Aduocatis, Procuratoribus, Ciuibus, Communitatibus, & omnibus aliis noſtris & Imperij Sacri, & Ditionum noſtrarum hæreditariarum in Prouincia Archiepiſcopatus Colonienſis comprehẽſarum, ſubditis, & in eccleſiaſticis rebus eiuſdem Prouinciæ Epiſcoporũ & Prælatorum Iuriſdictioni ſubiectis, cuiuſcunque præeminentiæ, dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis & conditionis exiſtant, Gratiam noſtram & omne bonum. Venerabiles & illuſtres Electores, & Principes, & cõſanguinei noſtri chariſsimi, Generoſi, Nobiles, honorabiles, deuoti & fideles dilecti. Quum Venerabilis Adolphus Archiepiſcopus Colonienſis, Sacri Rom. Imperij per Italiam Archicancellarius Princeps Elector, & conſanguineus noſter chariſsimus, & eius Comprouinciales Epiſcopi, in executionem formulę Reformationis, in nuperrimis Comitiis apud ciuitatem noſtrã Imperialem Auguſtam Vindelicam habitis, eidem Archiepiſcopo & aliis Epiſcopis, & ſtatibus Eccleſiaſticis per nos propoſitæ, & ab ipſis probatæ, & quantum in eis eſſet receptæ, vt monitis noſtris ea de cauſa factis paterent & eidẽ Reformationi commodæ viæ præſternerentur, per quas ad meliorem viuendi rationem tranſitus fieret, in Cõcilio prouinciali apud Coloniam Agrippinã habito, canones, quoſdam Synodales, tum ad efficacẽ & in dies ſurgentẽ, ac permanſuram Reformationis executionem, tũ ad mores prauos extirpandos: potiſsimũ verò manifeſtos abuſus in Clero & populo coërcẽdos, & ſeductores, qui corrumpẽdis ſimplicibus hominibus ſtudẽt, è grege propulſandos ediderint,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& nobis obtulerint,authoritate noſtra quatenus expedire vi deretur muniendos,& in executionem mittendos.Nos verò eoſdem canones primariis noſtris Conſiliariis,& aliis rerum Theologicarum peritis, ad id ſpecialiter per nos deputatis, propoſitos,& ꝑ eos diligẽter reuiſos & examinatos,eorúmque relatione nobis facta cùm illos prædictæ formulæ Reformationis cõformes inuenerimus.Proinde ipſos canones Synodales ratos & gratos habẽtes,& quoad opus eſt, & per nos fieri poteſt ac debet,approbantes,& decreto noſtro corroborantes,Imperiali authoritate noſtra & qua alias fungimur,vobis omnibus & ſingulis,ſerio & ſub pœna grauis indignationis noſtræ, & aliis pœnis noſtro arbitrio imponendis,huius edicti noſtri vigore præcipimus & mandamus, vt ea omnia Prouincialis huius Concilij Colonienſis decreta, in omnibus ſuis punctis,clauſulis,articulis,ſententiis,& verborum expreſsionibus,eo modo, quo illa quemlibet veſtrũ concernũt,ritè,ſanctè,inuiolabiliter,citra vllam fraudem & tergiuerſationẽ obſeruetis,impleatis,& exequamini. Vóſq; Principes & Magiſtratus ciuiles,in refrenandis & coërcẽdis iuxta eadem decreta rebellibus,peruerſis,& refractariis,ſiue illi Eccleſiaſtici,ſiue laici ſint,Eccleſiarum Epiſcopis & Prælatis, vbi ab illis requiſiti fueritis, omnem legitimũ fauorẽ, auxilium,opem præbeatis,& per miniſtros & officiarios veſtros atque alios,in quos vobis imperium competit,præberi iubeatis & curetis.Ac nullus omnino veſtrum,cuiuſcunque præeminentiæ,dignitatis,gradus,ordinis & conditionis ſit, aut quocunque munere aut iuriſdictione fungatur,memoratos Epiſcopos & Prælatos in eorum munere, iuriſdictione, officio,ſecundum canones & leges,ad ipſorum functionem pertinentes,quouis modo impediat aut turbet, neque id ab aliis fieri iubeat,nec permittat.Præterea quicunque veſtrum Eccleſiarum,Monaſteriorum, & aliorum piorum locorum Aduocati,Præfecti & Protectores fuerint,ac Prælatos,Eccleſias & loca pia eorúmq; bona in fidem,tutelam,& protectionem ſuam,ſiue ex commiſsione diuorum Principum,prędeceſſorum noſtrorum in ſacro Imperio, ſiue noſtra, aut alio quouis iure receperint,eadem præfectura,tutela, ſeu protectione neutiquã abutantur, neque ipſos Prelatos,Eccleſias, Monaſteria & loca pia,contra formam & naturã protectio-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nis vſurpent,opprimant,grauent. Quia potius illos & illa in ſuis priuilegiis,Iuriſdictionibus & rebus conſeruent & tueã tur,& tam ij, quàm vos alij omnes ſupradicti,contra prẹmiſ ſa facere ſeu attentare,neque præſumatis,neque ab aliis fieri aut attẽtari ſinatis,quouis quæſito colore ſeu prætextu:quatenus pœnas ſupradictas,& alias in formula memoratę Reformationis à nobis propoſitæ, & decretis prouincialis Synodi Colonienſis contentas,prẹter eas quas alioqui canones & leges in violatores perſonarum & rerum eccleſiaſticarum decernunt,malueritis euitare. Hæc eſt animi noſtri ſententia & ſeria voluntas. Datum in oppido Bruxellen . Ducatus noſtri Brabantiæ,ſub impreſsione ſigilli noſtri.4.Nonas Iulij.Anno à natiuitate Domini ſupra ſeſquimilleſimum quadrageſimo nono,Regnorum noſtrorum,Imperij vigeſimo nono,& aliorum omnium trigeſimo quarto.

KAROLVS.

Ad mandatum Cẹſareæ & Catholicæ Maieſt.proprium.

Vid.Anton. Peten. Obernburger ſſſ.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ADOLPHVS DEI GRATIA SANCTAE COLONIENSIS Ecclesiæ Archiepiscopus, Sacri Romani Imperij per Italiam Archicancellarius, Princeps Elector, Vvestphaliæ & Angariæ Dux, Legatusque natus, &c.

VNIVERSIS ad quos legatione pro dominico fũgimur, gratia & pax à Deo, qui dives est in misericordia & prope adest omnibus inuocantibus eum in veritate. Qui postquam nos, licet indignos, sanctæ Colonienſis Ecclesiæ ac prouinciæ, procellosa tempestate grauiter iactare atque afflictæ gubernaculis admouit, huc continuo animum omnéque studium nostrum sua inspiratione conuertis, quo diœcesim illam ab hęresum inundatione, quæ prauorum hominum studiis iamplus nimio inualuerant, repurgare, sciſmatáque, quibus misere, atque adeò vt in ea iam actum de fide Catholica poterat videri, discerpebatur, tollere, & oues nobis creditas in vnum ouile Christo colligere, pro virili adniteremur. Eáque de causa in primis lupos, pro boni pastoris officio, ab ouili dominico abigere, & omnis mali originem concionatores sectarios, pernicioſos illos hominum seductores, ditione nostra, protinus, quanquam non sine difficultate, eiicere sategimus, substitutis catholicis & incorruptis verbi Dei concionatoribus in eorum locum. Qua ratione plurimum quidem profecimus. Etenim progressum huius cancri hoc impetu sumus remorati, & catholicis aperuimus feneſtram rursus respirandi. Non tamen hæ scopæ purgamentis istis sufficiebant penitus euertendis: Iam enim hæreseos malum altius, quæ est eius natura, fixerat radices, quam vt potuerit vna falce semel demeti: & hęrebat in mentibus ac penetralibus hominum: vnde neque vi extrahi, neque persuasione suffodi, aut sensim ratione tanquam cauterio pungi atque curari se pateretur.

199
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Durabant quoque abuſus & mores corrupti,quibus Eccle ſiaſtici ordinis pars maxima dedita,infirmis erat offendiculo,& vt malè de religione laici ſentirent,cauſa: vt verè quadraret in eos quod in euangelio Dominus dicit:Væ vobis legis peritis,qui tuliſtis clauem ſcientiæ, & ipſi non introiſtis, & eos qui introibant,prohibuiſtis.

Plurimum autem nobis erat fiduciæ in Concilio Tridentino quod fœliciter inchoatũ, ac ſeſsionibus aliquot habitis, celebre iam factum acceſſu omnium imperij ordinum, qui ſe reuerenter ei ſummiſerãt potentiſsimum ac ſaluberrimũ fore credebatur,cuius progreſſu ſperabamus nanciſci opem & vires iuſtas,quæ erroribus iſtis & vitiis radicitus extirpandis ſufficerent,eiúſq; authoritate, quæ apud omnes maxima eſt, ſublatum iri , non in noſtra modo diœceſi & prouincia, verum etiam toto orbe Chriſtiano,quicquid vſpiam irrepſit malorum,& eccleſiam Chriſti priſtinum ſuum nitorem,cõcordia atque vnitate redintegrata,recuperaturam.

Quæ ſpes quum inexpectata contentione inter patres de transferenda Concilij ſede ſuſcitata , nobis penè eriperetur, atque in longum tempus extraheretur,nõ ſine metu grauiorum perturbationum in repub.Chriſtiana:En omnibus nobis,hoc eſt eccleſiaſtici ordinis ſtatibus,cõſternatis, atque in metu conſtitutis,adfuit eius, qui conatibus religioſis & piis nunquam deeſt,Dei à quo eſt omne bonũ,cõſolatio.Enimuero miſericordiarum pater Deus,qui nuper dedit fortiſsimo,inuictiſsimo,fœliciſsimóque religionis orthodoxę propugnatori Karolo Imperatori noſtro de cœlo victoriam , vt hoſtium validiſsimorum vires & conſilia, non tam viribus, quàm conciliis melioribus frangeret , & imperio ſuo non multo fuſo ſanguine,cogeret parere,cuique, quod mirandũ magis eſt,dedit victoria parta modeſtè ac clementer vti , vt rebelles filios caſtigaſſe potius,more boni patris , quã bello petiuiſſe videatur:eius nunc animum impulit,vt ad catholicæ fidei , paternarúmque traditionum reſtitutionem omnia conſilia omniáque ſtudia ſua conuerteret . Hinc , quod vix quiſquam mortalium ſperaſſet futurum,egit cum eis,vt proteſtatione,fœderibúſque & contentionibus poſitis , duobus tãtum articulis ad Conſilij definitionem reiectis,doctrinam catholicam,traditiones, & cæremonias eccleſiaſticas , Concionatorum,bona parte vnde pendere ſolebant,reclamante,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

receperint. Quos cùm Deo & ecclesiæ, quantum in se erat, Imperator piissimus lucrifeciſſet, atque in plenioris vnionis ac concordiæ spem adduxiſſet, neceſſe erat, vt firmioris illius ac solidæ spei offendicula quoque tollerentur.

Quamobrem animũ appulit & ad cleri corruptos mores reformandos: quo benefactis suis obmutescere facerent, vt Apostolus Petrus ait, imprudentium hominum ignorantiã, & qui capere clerum tanquam malefactores solebant, conspectis bonis eorum operibus glorificẽt Deum in die visitationis. Dedítque negocium quibusdam Theologis, piis, eruditis, & Deum timẽtibus, qui formulam quampiam, ad quã reformatio cleri videretur instituenda, iuxta sacræ scripturę, normam, antiquos patrũ canones, & rectæ rationis iudiciũ, conciperent. Hanc Cæsar acceptam, tradidit vniuersis ecclesiastici ordinis statibus, diligenter expendendam, qui annotarent, diceréntque: quid qua ratione repudiandum sibi putarent, quídque recipiendum. Multis igitur consultationibus, ac deliberationibus, priuatim & cõmuniter habitis, quibusdam in formula expunctis, aliis mutatis vel additis, tandem communi consensu eam probarunt: Cæsareæque maiestati vt se reformarent, instanti, polliciti sunt sese ipsos suósque subditos, ad illam velle componere ac reformare, salua Summi pontificis authoritate, quæ eis, vt in articulis quibusdam accederet, necessarium arbitrabantur, id quod in præfatione quam Cæsarea M. formulæ huic præfixit, clarius est videre.

Nos itaque considerantes nostri muneris etiam alias esse, vt vigilemus super gregem nostrum, vt infirmum consolidemus, ægrotum sanemus, cõfractum alligemus, abiectum reducamus, & pditas oues quęramus, nisi velimus æternę maledictionis illud vę, quod apud Ezechielem dominus pastoribus malis & negligentibus comminatur certissimo iudicio incurrere, tam pręclaram rerum bene & sanctę gerendarum occasionem nequaquam duximus negligendam.

Proinde ad Diœcesim & Prouinciam nostrã reuersi, primo omnium indiximus clero nostro synodum diœcesanã, quam & ad eum modum quem reformationis formula prescribit, propitio Deo celebrauimus: in qua publicatã, & ab vniuersis imperij statibus ecclesiasticis cõprobatã receptãq; reformationẽ, clero nostro iniunximus seruandã. Transmisimꝰ quoq; eã ad reuerẽdos cõprouinciales episcopos nostros

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſuffraganeos & fratres. ſimiliter in eorũ diœceſib. publiandam, & clero iniungendam: quod ipſos ſedulò curaſſe, ex geſtis & ſtatutis ſynodorum, quas ipſi quoq; celebrarũt, nobis oblatis, & legatorum eorum fida relatione cognouimus.

Verum negotium iſtud maius erat, quam vt pateretur ſe vnico impulſu moueri, & morbus inueteratus leui medicamini non cedit: Vnde hac ratione vix quicquam aliud promotum eſt, quam vt ſciret quiſque, quod alioqui nemo ignorabat, quomodo ſibi viuendum eſſet piè ac canonicé. Cõtingit enim ferè mortalibus, quòd poëta quidam ait: Video meliora, probóque, deteriora ſequor. Vnde eſt illa apoſto. Pauli confeſsio de lege mentis & membrorum. Etenim cum lege Dei condelectemur ſecũdum interiorem hominem, & eam bonam ac ſanctam eſſe confiteamur, eſt tamen in nobis torpor quidam membrorum, ſpiritui ac mẽti repugnans, vt nõ perficiamus quæ volumus.

Proinde non erat nobis hic quieſcendum, quaſi iam ſatisfecerimus: ſed vlterius de modo erat cogitandũ, quo ad efficacem reformationis executionem poſſemus pertingere. Siquidem inutilis eſt quantumuis bona Eccleſiaſtici ordinis inſtituta reformatio, quam nemo exequatur: quemadmodum & lex bona, contra quam liceat cuilibet impune peccare, iacet inutilis. Multi ſunt antiquorum patrum canones ſaluberrimi: at quæ eſt illorum vtilitas, quos pauci norunt pauciores ſeruant? Quamobrẽ veſtigiis maiorum noſtrorum inſiſtentes qui in rebus magnis cogere ſolebant comprouincialium Epiſcoporum conuentus, Reuerendis comprouincialibus Epiſcopis, confratribus noſtris, totíque clero noſtro indiximus conſilium prouinciale, in quo de rebus ad efficacem & durabilem reformationis executionem conſtituendam pertinentibus ac neceſſariis, communibus conſiliis tractaretur, ac ſtatueretur. Qui cum ipſi ad cõſtitutum vndecimum Martij diem, Concilij locum, ob aduerſam valetudinem adire nõ potuiſſent, miſere, ſummæ authoritatis in Clero ſuo, & præſtantis eruditionis legatos, qui eorum loco & nomine Concilio intereſſent, & de rebus tractandis nobiſcũ agerent, tractarent, ac conſulerent in commune.

Multis itaque deliberationibus ac conſultationibus cum Capitulo noſtro & Legatis illis, ac Clero noſtro, à iam dicta vndecima Martij die, ad ſextam vſque Aprilis, quotidie ha-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bitis tãdem apparuit,propterea quod rigor antiquorum canonum ſtatim reuocari in vſum abſque motu grauiori hac tempeſtate non poſsit,ad media quædam,ſacris tamen canonibus conſentanea, quibus clerus & populus ad plenioré reformationem ſenſim perduceretur,eſſe confugiendum:viſá que nobis ſunt plurimum momenti ad durabilem & efficacem reformationis executionem comparãdã allatura media ſex,nempe.

1 *Inſtaurationem ſtudiorum,potiſsimum ſacrorum.*
2 *Examen ordinandorum,& ad miniſteria vel prælaturas inſtituendorum.*
3 *Officiorum ſeu munerum ſuſceptorum ſedulam perfunctionem.*
4 *Viſitationem Archiepiſcopalem,Epiſcopalem,Archidiaconalẽ & eorum quibus hoc incumbit.*
5 *Synodorum frequentem celebrationem.*
6 *Iuriſdictionis eccleſiaſticæ iam propemodum collapſæ,& abuſu deprauatæ,reſtitutionem.*

PRimum quidem inſtaurationem ſtudiorũ,quod ea quæ Reformatio & eccleſiæ neceſsitas exigit,nemo præſtiterit melius, quàm ſcripturarum ſacrarum, canonum & munerum eccleſiaſticorum peritus. Siue enim regere eccleſias,& docere populum,ſiue hæreticos conuincere, & ſcripturarum aperire myſteria,ſiue ſacramenta conficere, eáque adminiſtrare, ſiue examinare ex ordine Eccleſiæ miniſtros, ſiue viſitare Diœceſes, aut Synodos celebrare, vel iudicia eccleſiaſtica exercere oporteat,ſcientia opus eſt: alioqui, vt inquit in Euangelio Chriſtus, ſi cæcus cæco ducatum, præſtet,ambo in foueam cadent. Quo etiam modo Eſaias,indoctos Eccleſiæ prælatos,cæcos & mutos appellat: Speculatores eius,inquit,cæci,neſcierunt vniuerſi, canes muti non valentes latrare. Non valentes,inquit,etiam ſi cupiant, latrare, hoc eſt officia ſua exequi: & ſubdit: videntes vana dormientes & amantes ſomnia ſua Canes impudentiſsimi neſcierunt ſaturitatem, ipſi paſtores ignorauerunt intelligentiam, propterea omnes in viam ſuam declinauerunt, vnuſquiſque ad auaritiám ſuam,à ſummovſque ad nouiſsimum, dicentes: Venite, ſumamus vinum & impleamur ebrietate, & erit ſicut hodie,ſic cras, & multo amplius, quibus verbis propheta ſignificat nõ poſtremam vitiorum in populo Dei

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cauſam eſſe ignorantiam paſtorum.

Et iam magna religionis orthodoxæ iactura, Chriſtianæque Reipub. irrecuperabili fraude, experti per hanc tot hæreſum & ſeditionum tempeſtatem ſumus, quãtam Eccleſiæ Chriſti perniciem adferat prælatorum & cleri ignorãtia, quibus ſcripturas diuinas negligentibus, ſutores, textores, calcearij, & id genus opifices, nemine prohibente, quidlibet impune pro Euangelio docentes, irrepſere, & mira audacia, etiam munera eccleſiaſtica inuaſere: vnde teterrima hæreſſum monſtra ſuppullularunt, & ſacras profanis, ſuperis infera, miſcuerunt & confuderunt.

Nec hoc modò, quinetiam ſtudiorũ ſacrorum neglectus in cauſa eſt, cur tam innumeræ eædemque locupletes Eccleſiæ, per Germaniam miniſtris idoneis, ac poſſeſſoribus careant, etiam nunc cum reſtituuntur: neque enim deſunt bene mereri de Eccleſiis cupientes, ſed potentes deſunt & idonei, nempe literarum periti, qui eccleſiaſticis muneribus perfungi queant, earumque hoc nomine poſsidere bona. Neque enim ad Eccleſiarũ munera & bona proſiliũt Catholici, ſicut hęretici, aut bonorum eccleſiaſticorũ occupatores ſacrilegi.

Percipitur autem ſcientia ad Eccleſiæ ædificationem neceſſaria in ſcholis potiſsimum Theologorum, quas conſtat eſſe propria quædam ſeminaria miniſtrorum & prælatorũ Eccleſiæ. Quibus florentibus, floret Eccleſia doctoribus & miniſtris: Neglectis & contemptis, Eccleſia quoque miniſtris idoneis deſtituitur. Neque enim vt olim in die Pentecoſtes repentino Spirituſſancti afflatu, aut velut fungi calore ſolis exciti prodeũt nobis paſsim theologi ſubito, ſed exercitiis longis, eiuſdem tamen ſpiritus vnctione, formantur in ſcholis.

Quibus rationibus (cum ſtabilẽ reformationis executionem meditaremur) permoti, noſtrarum eſſe partium putauimus, vt ſcholas theologicas apud Vniuerſitates, Collegia, & Monaſteria magna cura, cum primis Concilij huius authoritate inſtauraremus: nec has modo, verumetiam ludos triuiales & pędagogia, vnde nõ parum malorum per hanc tempeſtatem in eccleſiam defluxit, repurgaremus. Quapropter habita cum Capitulo noſtro, & Reuerendorum Comprouincialiũ Epiſcoporũ Legatis, ac ſynodalibus huius Concilij patribus, matura deliberatione, conſentientibus & aſtipulanti-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bus eis omnibus, de ſtudiorum inſtauratione ſtatuimus & ordinamus in modum ſequentem.

Quod ad inſtituendam iuuentutem non ſint admittendi niſi de fide, moribus, & inſtitutione ſua prius examinati.

PErcepimus ſectarios quoſdam concionatores, à nuperrimis Comitiis, cathedris, quas inuaſerant, deturbatos, incertíſq; ſedibus vagantes, nunc magiſteriis inhiare ſcholarũ, & operam ſuam inſtituendæ iuuentuti paſsim venditare, vt quibus non datur amplius graſſari publice, venena ſua è cathedra ſpargere, tenerę ea iuuentuti inſtillẽt, quo cuniculis talibus Eccleſiam Chriſti ſuffodiant. Quippe quod iuuentute qui olim regant eccleſias, & gubernationi admoueãtur rerum publicarum, videntur fore potiſsimum, ij qui nunc dant operam literis: Quibus corruptis durabit hoc malum, multo tempore, atque in multos transfundetur, vt verẽdum ſit, ne ſi admittantur, qualeſcunq; in ludis literariis præcepto res, grauem inde atque indelebilem accipiat Reſpub. Chriſtiana corruptionem. Idcirco nos, quibus non minor adhibẽda eſt cura, ne inſtituant illi male iuuentutem in triuiis, quã ne populum è ſuggeſtis corrumpant, communi omniũ cõſenſu ſtatuimus & ordinauimus: Neminem præceptioni triuialium ſtudiorum admittendũ eſſe, niſi qui ſit de fide & religione ſua, de vita itẽ & moribus, probe examinatus, & cõſiterit vbinam gentium & apud quos ſit ipſe inſtitutus. Neque enim parui retulerit, à catholico an ſchiſmatico ſit inſtitutus, qui iuuentutem docturus eſt. Pertinebit autem examen præcipuè ad ordinarium, qui ordines per diœceſim viros idoneos, quibus hoc negotij committat. Nec abs re fuerit, ſi examinentur quoque in ciuitatibus à Prælatis & Rectoribus Eccleſiarum, qui ſcholæ præſunt: ruri autem à paſtoribus & decanis ruralibus idoneis & eruditis. Viſitatores verò de facto examine inquirant: & ſi contra hanc formam ſint aliqui admiſsi, reiiciantur. Præcipimúſque & mãdamus Magiſtratibus, ędilibus & prouiſoribus, qui ſcholas ſuis impenſis erexerunt, ne propterea examen huiuſmodi quouis modo impediant: alioqui cenſura eccleſiaſtica, & aliis remediis opportunis coercendis.

Quæ artes in triuiis, & quid in gymnaſiis ſtudiorum ſeu Vniuerſitatibus doceri debeat.

197

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

PAſsim Ludi magiſtri ingenia iuuentutis,quæ primis litterarũ rudimentis ac artibus minoribus expolienda ſuſceperant,deprauant,præpoſtera docendi ratione , quilibet ad eruditionis ſuæ oſtentationem,quibuſlibet, promittẽtes, & cum Encyclopediam quandam omnium diſciplinarũ velut in ſumma comprehenſam iuuenibus polliceantur , non abſque aliorum profeſſorum eleuatione,nihil tradunt abſolutum atque perfectum. Quare ingeniis eorum imponunt, qui tali accepto pręguſtu,continuò ſe abundè omnia tenere confidunt,ſtudiáque grauiora faſtidiunt,& nunquam perueniunt ad frugem maturam:ex quibus officinis prodeunt nobis imperiti medici, hominum temerarij interemptores, & iuriſperiti,omnia perturbãtes, nouarúmque religionum authores glorioſi theologaſtri , qui magna ſtoliditate non verentur velut è tri pode Apollinis de dogmatibus eccleſiaſticis,& religionis veritate pronuntiare,atque ſtatuere,cum ſolidi nihil ferè de eis ſint aſſecuti . Intereſt autem eccleſiæ quomodo ſacerdos, quem populus velut ducem ſequitur,& à cuius ore(vt in Malachia dicitur) legem Dei requirit , ſit inſtitutus.Siquidem quãtum ex eccleſiarum rectoribus,bene ac gradatim diuinis literis imbutis , boni, tantum à non rectè inſtitutis,mali,ſolet eccleſiæ plerũque euenire. Quemadmodũ & in Reipub . de medicis & iuris peritis res habet. Ea de cauſa triuiis modum eſſe dãdum cenſuimus intra quẽ ſe contineant:ſtatuimúſque vt in triuialibus non niſi Grammatica,Poëtica,Rhetorica,Dialectica, Arithmetica, & quæ huius generis ſunt triuiales & liberales artes: Dominicis verò & feſtis diebus , literalis Euangeliorum & Epiſtolarum, Hymnorum,Pſalmorum, Parabolarũ Salomonis & eiuſcemodi ſacrorum librorum expoſitio,pro ætatis illius & ingenij captu tradatur. Quanquam Dialectice etiã requirit vſum diſputandi,quali exercentur ſtudioſi in gymnaſiis , ſine quo ars ipſa ocioſa eſt. Poterunt & linguarum rudimenta in triuialibus doceri . Cæterum exacta atque abſoluta artium & linguarum cognitio ratióque,& reliqua Philoſophia:Phiſici item & ars medica, iuriſprudentia , & theologia ſeu ſcriptura ſacra , non niſi in probatis Academiis , & catholicis Vniuerſalium ſtudiorum ſcholis,expectentur, doceantur,ac tradantur:niſi quod theologia etiam in Monaſteriis opulentioribus,& collegiis canonicorum iuxta reformationis formu-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lam,debeat doceri.

Quos authores iuuentuti prælegere & quos vitare oporteat.

INtereſt quoque Reipub.Chriſtianæ,quales authores iuuẽtuti,impietatis iuxta ac pietatis capaci,prælegantur,vt rectiſsimè reformationis formula monuerit,ne libri obſcœni,ſuſpecti,aut contagioſi eorũ qui perfidię ſuę virus,religioníſque & pietatis odium teneræ iuuentuti ſuis ſcriptis inſtillant:ſed tantum caſti,pij,& religioni orthodoxæ conſentientes authores,prælegantur:quod iudicium,cum non ſit penes omnes,ſtatuimus nullum authorem in triuialibusludis prælegendum,qui non ſit à decano artium vicinæ,& Catholicę Vniuerſitatis examinatus,& ad prælegendum iuuentuti admiſſus.Aut ſi procul diſtent ludi ab Vniuerſitatibus catholicis examen & admiſsio pertinebit ad vicinæ ciuitatis præſtãtis eruditionis Prælatum,aut alium aliquem doctum virum cui Epiſcopus illius Diœceſ.hoc muneris delegauerit. Quòd vere bonis & receptis authoribus repudiatis,quidam gloriæ aucupandæ ſtudio noua quotidie Grammatica comminiſcuntur , & adoleſcentium ingenia ſuis figmentis confundunt,omninò prohibendum & vetandum cenſemus. Maximè verò omnium ſub anathemate interdicimus & prohibemus lectionem eorum librorum in triuiis, qui ad ſeducendam in prauas opiniones iuuentutem aliud agentem & quærentem,ſcripti videntur. Quales ſunt quorundam Grammaticæ, Dialecticæ , & Rhetoricæ inſtitutiones, in quibus exempla ferè è prauis aduerſariorum dogmatis petuntur, quo iuuentus incauta, hæreſum & ſectarum dogmata ſimul cum artibus imbiberet. Quales item quædam familiarium colloquiorum formulæ,in odium monaſtici inſtituti, & cęremoniarum eccleſiaſticarum contemptum,compoſitæ atque effictæ,quarum præcipua vis eſt , animos iuuenum corrumpere, & iam à teneris eos ab huiuſmodi pietatis exercitiis, ac vitæ monaſticæ inſtitutis alienare . Dabimus idcirco viros aliquot pios & doctos, qui ferant iudicium ſuũ de authoribus, quos iuuentuti potiſsimum prælegere conueniat, eoſq; Comprouincialibus epiſcopis ſignificabimus, quo in inſtituenda rectè iuuentute , eadem forma per vniuerſam prouinciam ſeruetur.

198

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Qui libri parochis & concionatoribus ſint vitandi & fugiendi.

COmpertum nobis eſt, ſimplices & indoctos Parochos, quibus non eſt datum pura ab impuris diſcernere, obuios quoſque de negotiis religionis tractãtes libros emere, & potiſsimum, qui ſpecioſis titulis venditantur, quales ſunt cõciones aduerſariorũ, & cõmẽtarij eorũ in ſacras ſcripturas. Quanuisautẽ quidã eorũ ſpeciẽ pietatis alicubi prę ſe ferre videantur, habẽt tamẽ quotquot ſunt, latens ſub melle venenũ, vnde incauti & ſe cõtaminãt ipſos, & auditores quoque: idcirco paterna ſolicitudine ꝑ grege noſtro ſoliciti, ne pabulũ mortis pro vitæ pabulo ei porrigatur: Præcipim⁹ omnibus fidelibus, quorum animæ curæ noſtræ à Deo cõmiſſæ ſunt, potiſsimum verbi Dei tractatoribus, ſub anathemate, quod alias incurrant, vt ſibi caueant, nõ modo ab his, quę ex officina venerunt Lutheri, Buceri, Caluini, Oecolampadij, Bullingeri, Franciſci lãperti, & Philippi Melanchthonis, quos conſtat omnia ſua ſcripta ad decipiendum & ſeducendum homines à vera fide, edidiſſe: fugiant etiam Coruinum, Capitonem, Brencium, Pomeranum, Pellicanum, Muſculum, Sarcerium, & Chriſtophorum Hegẽdorphinum, Oſiãdrum Spangenbergium, Oldendorpium, Hermannum, Bonnum, Hedionem, & eius in eccleſiaſticam hiſtoriam peſtilentiſsima ſupplementa, Chronicom Sebaſtiani Franck, & quicquid eius eſt farinæ, donec pleniori catalogo libros contagioſos per hanc tempeſtatem editos, eis indicauerimus.

De ſtudioſis canonicis mittendis ad ſtudia Vniuerſitatum, ſumptibus Collegiorum.

NE quod in formula Reformationis iuxta ſanctorũ patrum decreta ſalubriter inſtitutum eſt, vitio vel Collegiorum, vel adoleſcentum canonicorum euaneſcat, decernimus & ſtatuimus vt dẽt collegia, vni, duobus vel tribus vt multus vel exiguus fuerit perſonarum numerus, in Collegio, bonæ ſpei, ac ſtudioſis adoleſcentibus, non minus, quàm triennij tempus, quo poſsint in ſtudio, potiſsimum theologico, verſari: in quo ſi laudis aliquid obtineant, tempus eis prorogetur, atque interim percipiant integros præbẽdæ ſuę fructus, quotidianis diſtributionibus exceptis, aut ſaltẽ quantum ad victum & libros neceſſarios ſufficiat: niſi de competenti ſubſidio ſit olim per capitula ſtudioſis prouiſum: dũ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tamen certis teſtimoniis ſingulis annis ad collegia mittẽdis conſtet, nec peruerſis moribus eos deditos, nec ſtudia vana, quæ ad eccleſiæ ædificationem non conferant, ſectari: committendum enim non eſt, vt cultui diuino dedicata ſtipendia in huiuſcemodi canonicos dyſcolos erogentur. Debent tamen curare, vt ipſis abſentibus alij eorum in diuinis ſuppleant vices.

De cautione quam dare debeant mittendi ad Vniuerſitates.

QVum formula Reformationis exigat, vt iuniores in gymnaſiis alantur impenſis collegiorum, ad hoc quo collegia claris & doctis viris ornentur, vt huic menti ſatis fiat, & collegia non fraudentur expectatione ſua, Statuimus, & communi conſenſu decernimus, vt canonici, nondũ in maioribus ordinibus conſtituti, poſcẽtes hoc nomine aut fructus integros, aut decreta ſubſidia, à collegiis, quę ꝑ more habent, vt de fructibus participent, etiã in minoribus conſtituti ordinibus, prius dent cautionem ſufficientem, ſe non velle ordinem & inſtitutum eccleſiaſticum deſerere, aut ſi mutato propoſito forſan reſiliant, tum ſi velle & debere fructus perceptaque ſubſidia, collegio illi integraliter ſoluere ac reſtituere.

Collegia in Vniuerſitate aliqua ſita, quos ſuos ſtudioſos mittere debeant.

CAeterũ in locis vbi Vniuerſitas catholica eſt, iuxta primariam inſtitutionem reformata & probata, nõ videtur cauſa digna eſſe collegia magnis ſumptibus grauãdi, & mittendi ſtudioſos foras, ad Vniuerſitatem exterã. Proinde ſtatuimus, vt tales dẽt operã literis bonis in ipſa vniuerſitate, vbi ad mores & ſtudia ipſorum poteſt haberi reſpect⁹: niſi decanus & collegium cauſam habeant, cur cenſeant eos ad exteras Vniuerſitates mittendos. Quod ſi qui fugientes diſciplinam, velint omnino non ad eam, quę eisà ſuo decano & capitulo deſignatur, ſed ad aliam, quæ ipſismet videbitur Vniuerſitatem proficiſci, non tenebitur collegium illis dare ſubſidium decretum. Ne verò canonici, vicarij, & choriſocij cleri noſtri Colonien. vigiliis defunctorum, quas mane hora ſeptima perſoluere conſueuerint, à frequentatione lectionũ præcipuarũ impediantur, volumus vt poſthac vigiliæ tempore pomeridiano ad horam circiter ſecundam incipiantur, vt ante preces veſpertinas compleantur.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Qui gaudere poßint Vniuerſitatum Priuilegiis.

AD Prohibendũ grauẽ abuſum,quo ſe quidam ad Vniuerſitates,non ſtudij,ſed priuilegiorũ gratia,conferũt, Statuimus & mãdamus,ſicut ante nos in ſynodo Leodien.ſtatutũ eſt,vt nulli niſi ad ſtudia literarũ idonei, & illarum præcipue gratia,ſe ad Vniuerſitatẽ conferentes, in mẽbra ſeu ſuppoſita atque ad vſum priuilegiorum huiuſmodi Vniuerſitatis recipiantur, aut ſuorum beneficiorum fructibus eo prætextu gaudeant,nec recepti,ipſis priuilegiis & beneficiorum fructibus vti ſinantur, niſi quandiu cauſa ſtudij permanſerint & ſpes ſit,quod ex ſtudio ſuo fructum vberiorem in eccleſia Dei ſint parituri . Qui verò deſides & otioſi comperti fuerint,ab eorundem priuilegiorũ vſu, & fructuũ perceptione repellantur.

De Theologo qui doceat,in Collegiis alendo.

QVo verò & reliqui ſiue canonici ſiue vicarij, capellani ſiue choriſocij,cantores quoq;,ſeu chorales collegiorum,quæ extra Vniuerſitates,aut in Vniuerſitatibus, procul à ſcholis ſita ſunt , habeant etiam occaſionẽ in ſacris diſcendi & ꝓficiendi,Decernimus& ſtatuimus,vt eiuſcemodi collegia ſingula,aut ſi vicina ſint inuicem duo aut plura, ſimul alant theologum aliquem docẽtem vel binos,qui hãc operam inter ſe partiantur,cõceſsione fructuum vnius prębendæ,authoritate apoſtolica, in hunc vſum ſupprimendæ: aut ſi illa non ſufficiat,vnione beneficiorum vel vicariarum quæ nullam,vel non adeò neceſſariam functionẽ requirunt, iudicio viſitatorum Epiſcopalium decernenda & conficienda:ſic tamen , vt fructus præbendæ vel ſtipendij diuidantur, ſecundum numerum lectionum:vt quando non legit,detrahatur illi etiam de fructibus portio deſtinata. Quòd ſi inter ipſoſmet fratres inueniatur,qui hoc docendi munus velit & poſsit obire,huic par eſt,vt diſtributiones quotidianæ , præter iuſtum ſtipendium,à choro abſenti pridie quàm legat,& eo die quo legit concedantur.

De inſtaurandis lectionibus theologicis in Vniuerſitate Colonienſi.

VT Cæſareæ maieſtatis voluntati ſanctiſsimæ de Reformandis Vniuerſitatibus iuxta modũ in formula præſcriptũ ſatis fiat,& ratio ſit,quare Collegia in Colonia nõ teneãtur ſuos canonicos mittere ad exteras Vniuerſitates & eis abſentibus,aut integros ꝑbendæ ſuę fructus, aut quã-

tum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tum in victum & libros ſufficiat,ſuppeditare,danda eſt colle giis illis opera,vt lectiones potiſsimum ſacræ Theologię,in ipſa vniuerſitate vigeant,& canonici illi,qui habent prębendas ſibi ex indulto apoſtolico, cum onere legendi collatas, ſuo muneri iuxta tenorẽ bullæ ſummi Pontificis,vnde præbendas illas conferendi authoritas manauit, ſatis faciant. Quamobrem monemus & hortamur eos,qui de prębendis gratiæ primæ gaudent,vt aut legant ipſi in ſua facultate, aut ſi legitimo impedimẽto teneantur,conducant alios idoneos Magiſtros,qui vices eorum in docẽdo ſuppleant. Qui ſi monitionibus noſtris paternis auſcultare noluerint,cum noſtra (ad quod pertinet bonum publicum promouere)interſit,lectiones Apoſtolicæ ſedis beneficio vniuerſitati debitas perſolui. Cenſuimus totius Concilij nomine requirendos eſſe Vniuerſitatis Rectorem & Prouiſores,vt munere ſuo perfungantur,& eos quibus de Prębẽdis ſeu Beneficiis prouiderũt, requirant ad legendum & ſatisfaciendum oneri Præbendæ annexo,& iuxta Apoſtolici priuilegij tenorem, contra non parentes procedant: alioqui negligentiam eorum deferendam ad Summum Pontificem,& petendam prouiſionẽ qua huic caſui prouideatur.

DE ALTERO MEDIO, AD conſequendam Reformationis executionem neceſſario,quod eſt Examen Ordinandorum.

DEinde viſum nobis fuit ad ſtabilẽ & duraturam Eccleſiaſtici ordinis Reformationẽ cõparãdã,neceſſariũ eſſe,vt initiandi ſacris ordinib⁹ ritè examinẽtur. Hiverò,qui ad Pręlaturas & regimen animarũ aſſumuntur,nouo eidémq; rigidiori examini ſubmittantur,ꝓpterea ꝙ mortales omnes,ſequi ſuũ Geniũ quotidie experiamur,& aſinũ manere aſinũ,etiã ſi exuuiis leonis induatur:at q; ita euenire, vt cũ vitiis dediti homines aſſumuntur ad dignitates & Pręlaturas, vertãt dignitates & curas nõ quò oportet,ſed vel ad auaritiã implendã,vel in ventrem ſaginan-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dum,aut ad faſtum & pompam,quidam etiam,vt in luxu & deliciis viuant. Quibus profectò rebus fit,vt planè in diuerſum abeant officia & munera diuinæ miſsionis,nec fere vlla ſit animarum& rerum eccleſiaſticarum cura vera,ſed imagines tantum & apparatus,nec ſeria bene inſtitutæ Reformationis executio,ſed maior in dies morum & doctrinę corruptela. Quamobrẽ in primis ſtatuimus & ordinamus,ne quis ad ſacrorũ Ordinum perceptionem admittatur,niſi diligenter examinatus de fide quam teneat,de affectu quo ducatur ad petendos Ordines , de ſcientia quæ ſufficiat ad Ordinis quem petit miniſteria explenda , de moribus Ordinem decentibus,& ætate legitima.

Ad quos pertineat Examen.

QVoniam verò difficile erat, vbi ſunt magnæ Eccleſiæ & multi ordinãdi,Epiſcopos ad quos examinatio ꝓpriè pertinet,hoc negocij per ſe obire:olim ea cura in quibuſdã Diœceſibus in Scholaſticos Cathedralium Eccleſiarum , in aliis verò in prælatos alios relegata eſt , quibus iam examinandi ius eſt quæſitum, & maiora quàm cæteris Canonicis ſtipendia ab Eccleſia decreta: verum quales nunc ſunt plerique Scholaſtici , & illi penes quos eſt examinandi poteſtas,iura quidem ſua tuentur, nec tamen docent iuuentutem,nec examinant , officiúmque & curas illas aliis , non multo melioribus examinatoribus interdum delegant: quo fit,vt alio in alium hanc curam transferente , aut nullæ, aut perfunctoriæ,& admodum frigidæ fiant ordinãdorum examinationes . Quẽ defectum ſupplere cupientes, & examen ad ſua principia,hoc eſt ad Epiſcopos reuocare,quibus ex lege diuina incumbit,nemini citò manus imponere , matura deliberatione præhabita,declaramus,Epiſcopos non debere huiuſcemodi examinationibus (quando non ignorant eas perfunctoriè factas)ſtatim acquieſcere, & inquiſitionis ſpecie,quam ex reliquiis antiqui moris retinent in altari , cum rogant vtrum ſint digni,iuſti,& ſancti,putare ſe ſatisfeciſſe, atque ita inutiles & indignos homines,nonnunquam etiam ſceleratos,ab aliis forte(quos ea cura nõ admodum tangit) dignos iudicatos , ſacris illis ordinibus contra conſcientiam propriam inſignire . Eáque de cauſa requirimus Prouinciæ noſtræ Epiſcopos in domino,vt vel ipſimet huic ſuo muneri ſatisfaciant,vel curam illam imponant viris piis,doctis,& dé

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Eccleſiæ profectu ſolicitis, quorum diligentia ſit eis explorata,niſi certiſsimo experimẽto cognouerint Scholaſticum, vel eum ad quem hoc pertinet,diligentiam talem,cui merito fidant adhibuiſſe.

De licentiatoriis ad ſuſcipiẽdos Ordines extra Diæceſim.

STatuimus vt nemini poſt hac(vbi digna & iuſta cauſa nõ eſt)dentur licentiatoria,ordines extra ſuam diœceſim recipiẽdi:niſi prius ſit, iuxta modũ præſcriptũ in ſua Diœceſi examinatus. Ad hoc enim comperimus quoſdam licentiatoria petere,vt examen ſubterfugiant.

De proclamatione ante maiores ordines facienda.

QVoniam non oportet ſacros Ordines quaſi furtim ſur ripere,ſtatuimus & ordinamus,vt quemadmodũ iun gẽdi Matrimonio trina proclamatione populo denunciantur:ita maioribus Ordinibus initiandi,trina proclamatione denuncientur in Eccleſia Parochię,quam inhabitãt ad percipienda impedimenta,ſi quæ ſunt quæ debeat Parochus Epiſcopo aut officialibus eius ſignificare: vbi tamẽ ꝓclamatio talis commodè fieri poteſt, nec veriſimilis ſit metus ne maleuoli homines Clericos innoxios à maiorum Ordinum ſuſceptione deterreant.

De tempore quando debeant ordinandi dare nomina ſua,& examinari.

MAndamus,vt volentes ad Subdiaconatus vel Diaconatus Ordinẽ ꝓmoueri,preſententur,& dẽt Intitulatoribus nomina ſua feria quarta diẽ ordinationis prece dẽte,ac eodem & ſequenti die examinentur,hora quã eis cõſtituent examinatores.Promouendi verò ad Sacerdotij gradũ dent nomina ſua feria quinta ante diẽ ordinationis, quibus ſimiliter ſtatuetur:cum ſimul ob multitudinem examinari non poſsint: Adferant verò promouendi omnes ſecum teſtimonia,non modo ſuorum Parochorum,verumetiã preceptorum aut proborum virorum,apud quos maiorem vitę partem tranſegerũt,per examinatores diſcutienda,vnde poſſit Epiſcopo,vtrum irreprehenſibiles ſint,conſtare.

De examine inſtituendorum ad dignitates,curas animarum aut alia officia.

PORrò quo plus negotiorum incumbit eis qui ad Prælaturas,dignitates & curas & animarũ vocantur, hoc magis intereſt Eccleſiæ & Chriſti fideliũ, vt tales ſingulari

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

examine,maioriſque diligentia,quam reliqui explorentur,vtrum ſufficiant ad præſtanda munera illa ad quæ vocantur. Præcipuè verò Epiſcoporum intereſt, quales habeant in excolendo agro dominico cooperarios.Hinc ſtatuimus & ordinamus,vt nemo electus confirmetur,nemóque præſentatus ad dignitatem vel animarum curam inſtituatur , priuſquam ſit à ſuo Epiſcopo,aut Archidiacono Epiſcopi,aut hac in parte Vicario,aliiſve ſacrarum literarum,canonum,& traditionum Eccleſiaſticarum peritis viris, quos Epiſcopus aut Archidiaconus ad hoc deſignabit,examinatus & comprobatus idoneus, poſsitque & velit muneri ad quod vocatus eſt, pro virili ſatisfacere,& formulam Reformationis qua parte eum concernit,exequi.Quod ſi quis Archidiaconorum, vel ius inſtituendi habentium,contra hanc conſtitutionem preſumpſerit aliquem non ita examinatum inueſtire , ipſe quidem pro iudicio Epiſcopi , per certum tempus ab officij ſui executione,& fructuum perceptione , ſuſpendetur : Inſtitutus verò eo vſque donec Epiſcopo comprobabitur qualificatus & idoneus.Neque tamen per examen epiſcopale derogatum volumsiuri examinãdi ſi quod alij prælati habent.

De examine eorum qui per reſignationes aut permutationes ad beneficia contendunt.

AD hæc ſtatuimus & ordinamus, vt in permutationib' & reſignationibus beneficiorum,eadem cura adhibeatur examinãdi eum, in cuius fauorem permutatio vel reſignatio concepta eſt.Et preſertim diligens fiat inquiſitio, etiam per diſerta iuramenta , num permutatio ſit ad contegendum ſymoniæ vitium fraudulenter excogitata ac ſimulata:quod ſi vel examinis tempore,vel in poſterum compertum fiat pactionem illicitam & iure non probatam interceſsiſſe , vterque permutantium pro ſymoniaca fraude puniatur.

De formulis ad examinationem aptis.

QVoniam diuerſi ordines, officiorúmq; & dignitatum gradus diuerſi, alias atque alias requirunt in hominibus conditiones:& ratio preterea habenda eſt eorũ religioſorum,qui perpetuo deliteſcere quærunt in ſuis Monaſteriis,& ad nullas animarum curas euocari, ſed tantum cupiũt Chori officiis in ſuis monaſteriis adhiberi ſacrificiúm-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

que pro Eccleſia in miſsis offerre , & monaſtice indulgere: viſum fuit præſenti Concilio expedire, vt extarent formulæ, ad quas examinarentur ordinandi, ſecundum diuerſos ſuſcipiendorum Ordinum gradus, & inſtituendi & confirmandi ſecundum conditiones munerum & officiorum quibus adſciſcuntur. Petentibus Suffraganeorum noſtrorum compro uincialium Epiſcoporũ legatis negocium tales formulas cõgerendi dabimus eruditis aliquot viris, qui non modo in literis ſint exercitati, verum etiam in cognitionem Eccleſiaſticorum officiorum teneant, & conſcribant in genere , quod communicetur eis omnibus pro locorum & Eccleſiarum diuerſitate, in ſpecies aptas deducendum.

De inſtitutis pleno iure à Prælatis & aliis Eccleſiaſticis.

CVm bonorũ omnium teſtimonio magnus & pernitio ſus ſit abuſus, quod Archiepiſcopi, Epiſcopi, Præpoſiti, Abbates, Prælati, & quibus in Clero eſt poteſtas confe rendi beneficia eccleſiaſtica pleno iure, Conferunt Eccleſias parochiales abſolutè & ſimpliciter quibuſlibet, interdum indignis & ineptis hominibus inexploratis, nullo pręcedẽte examine: & quod intolerabilius eſt, nonnunquam ſpuriis, nothis, pueris, aut ſeruis indignis . Cenſuimus hanc rem totius Concilij nomine ad ſummum Pontificem deferẽdam, petẽdámque ſedis illius prouiſionem & declarationem , irritantem tales collationes, quas vocant pleno iure , niſi præcedat examen Epiſcopale, ſeu eorum quos Epiſcopi ad hoc dabunt & vt poteſtatem faciat epiſcopis, vt quos non conſtaret à ſua ſanctitate, vel alias ritè examinatos, non teneantur, quauis licet authoritate nitentes , ad poſſeſsiones Prælaturarum vel Sacerdotiorum curam animarum habentium admittere, niſi examine diligenter excuſſos atque probatos . Similiter , ne quẽquam in ordine ab alio quam ſuo proprio Antiſtite ſurrepticiè, & nullo præuio examine ſuſcepto, teneantur ad Eccleſiaſticas functiones admittere, ſed ab ordinis ſuſcepti exe cutione ſuſpendere, donec exhibitis ſuæ promotionis literis, per examen debitum & iuxta Reformationis formulam factum, fuerit repertus idoneus.

De ſecularibus vſurpantibus ſibi poteſtatem pleno iure conferendi beneficia.

DE ſecularibus verò habentibus ius pręſentãdi aliquem ad beneficium eccleſiaſticum, ſiue Curatũ, ſiue à cura

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

liberum,qui contra regulas canonicas adnituntur pleno iure conferre, abſque inſtitutione canonica aut præſentatum via facti intrudere:Decernimus cum toto Concilio,tales conatus irritos ac nullos eſſe:& ſi qui tale quiddam facere tẽtauerint,hos ipſo facto,iure præſentandi pro vice illa priuatos eſſe: illum verò qui beneficiũ tali titulo recipit,aut ſe ei intromittit,nihil per hoc iuris acquirere,& procul ab illius occupatione remoueri debere,&per ordinarium in eius locum ſurrogari alium:quin & iura decernunt vtrunque, & intrudentem & recipientem,anathemate feriendum eſſe.

De iure Patrono. cap. Præterea.

DE OFFICIORVM PERfunctione,Medio tertio,ad comparandam executionem Reformationis neceſſario.

MOn prodeſt ad eccleſiæ ædificationem, Prælatos & Paſtores,curam animarum habentes,fuiſſe diligenter examinatos,probatos,& legitima manuum impoſitione inſtitutos, atque admiſſos, niſi præſtent etiam officium ad quod ſunt vocati,& cuius gratia ſtipendia ab Eccleſia accipiunt:Idcirco pro conſequenda Reformationis executione curandum eſſe cenſuimus,vt Eccleſiarum Prælati & Paſtores ſuo munere ſtrenue perfungantur. Quòd niſi fiat, iacent omnia quæ Reformatio exigit.

Quibus poßint Archidiaconi munus ſuum committere.

IAm quod paſsim tã indoctos & inutiles ſacerdotes videmus Eccleſiarum regimini prẹfectos,vnde & mores boni corrũpuntur & omnis diſciplina populi labaſcit,quódque tam turpiter in concubinatu,perpetua ebrietate, & aliis infamibus vitiis,vnde & populus ſcandalizatur,quidam viuunt, Epiſcoporum negligentiæ & Archidiaconis illis, qui quæſtum auarum & officiorum ſeu munerum ſuorum locationem faciunt,& malunt homines de ſalute ẹterna periclitari, quàm ſe lucro turpi, ac temporali non ditari acceptum fe-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rendum esse,fatentur omnes, quibus dolet, animas hominum,quos sanguine suo Christus mercatus est,non pluris ęstimari,& Cleri infamia populum scandalizari. Cui accusationi & iustę querelæ mederi cupientes, sancimus & statuimus, vt Episcopi, Archidiaconi, & omnes qui functionem munerum suorum,non per se,sed per ministros, aut cõmissarios seu collectores solent obire, vices suas non committant hominibus leuibus,vitiosis,aut coniugatis: sed tantum Ecclesiasticis,grauibus,& probatæ opinionis viris.

Non licere Prælatis officia sua pro pecunia pacta alicui committere.

SImiliter ad tollendum grauem & scandalosum abusum, quo quidem pecuniis oblatis comparant sibi à Prælatis commissiones & officia, non salutem animarum, sed pecuniam vberiorem ex officiis quęrentes:Statuimus & mandamus,ne quis Prælatus, cuiuscunque sit dignitatis,suam Iurisdictionem,& munera vlli commissario seu collectori,licet Ecclesiastico,plus offerenti, pro pecunia aut pro certo annuo censu, committat vel vendat, sub pœna excommunicationis,quam emens, seu pecuniam pacisćens,ipso facto incurrat:vendens verò,pręter pœnas canonicas,amittat etiam actionem,pecuniam pactam exigendi.Decernentes contractum huiusmodi illicitum, à iure dãnatum,ac nullum esse & haberi debere.

Quod non liceat relinquere peccata pro pecuniis impunita.

MAgno populi Christiani scandalo, quidã ad quos pertinet vitiorũ correctio,relinquunt peccata ob pecunias & munera impunita,non perpendentes pudendum esse crimen,crimina non coercere:nec quicquam esse, quod atrocius Episcopos & Prælatos coram Deo accuset, quam huius rei neglectus.Idcirco deliberatione cum Concilio habita,Mandamus & sancimus,ne Episcopi, Archidiaconi, vel alij Iurisdictionem habentes,aut eorum Officiales, seu commissari,vitiorum correctiones dissimulent permittẽtes cuiusque pecuniæ munerũ,vel necessitudinis cuiuscunq; gratia in eis hærere:sed delicta præterita castigẽt,pœnitentia salutari, pro delicti grauitate imposita:nec pœnitẽtię loco pecuniam emungant,nisi vbi permittũt Iura aut Canones: seu vbi pro

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

De pœnis c.licet. De offic. Ord.c.irrefragabili paragraph. Prouideant. De sent. excõmu. libr.6 paragra. Denique.

transgressione mandati,vel inhibitionis,certa mulcta(cuius habuerit trangressor cognitionem, & tamen contempserit) decreta sit.Verum mulcta ex permissione Iurium aut Canonum proueniens secundum illorum præscriptum conuertatur.Cæterum vbi eiuscemodi castigationibus nõ proficitur, & tanta sit delicti grauitas , poterit etiam censuris & pœnis Canonicis castigari:Nimirum suspensionis ab officio, excõmunicationis,& priuationis beneficiorum Ecclesiasticorũ.

Vt muneri suo Collegiorum Præpositi satisfaciant.

QVerela est Collegiorum,Præpositos quosdã, ad quos præstito iuramẽto pertineat Iura & statuta ecclesiarĩ tueri atque defendere,nihil agere minus:sed percipere tantum amplos fructus,cæterum ecclesias quarum causa illos percipiunt,relinquere indefensas:immemores iurisiurãdi, & ei usquod beneficiũ propter officium datur. Hinc decernimus & statuimus,vt si istiusdmodi Præpositi à suis Collegiis,ad bonorum, Priuilegiorum, iurium & statutorũdefensionem,expensis Capitulorum,necessitatis tempore vel imminente discrimine,requisiti, muneri suo satisfacere neglexerint,& inde Collegium ceu ecclesia illa damnum accipiat,pœnã incidant,pro damni accepti magnitudine,& Præpositi negligentia ab Episcopo seu superioribus taxandan, & moderandam.

Quod non liceat Decanis à suis Collegiis abesse.

VIdemus Decanis absentibus , vel officio suo segniter perfungentibus,leuissimorum quorumque Canonicorum & vicariorum insolentiam præualere fere adiersus meliores,pietatẽ & zelũ bonorũ haberi ludibrio , officia negligi,diuina neque ritè neque ab omnibus persolui , cantum præcipitari,vitæ & morum honestatem periclitari , disciplinam prorsus nullam esse : breuiter , licere prauis quibusque quicquid libeat. Præcipimus idcirco & mandamus, vt Decani apud suas ecclesias personaliter resideant, & officio suo per seipsos strenue perfungantur,excessusque subditorum quoties opus erit castigent,sub pœna priuationis fructuum Decanalium , pro rata temporis , quos absque causa rationabili moniti non resederint, fabricæ , aut pauperibus applicandorum,vbi alias non est pœna digna contra nõ residentes decreta, nisi fortè necessitatis causa cõtigerit eos ab-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

esse: Quo casu, Capitulari alicui, qui suscepti officij rationẽ reddere possit, quemque inferiores reuereantur, vices suas committant, nisi talem absentis vicarium pecularia collegiorum statuta designent.

Quod Abbatissæ nobilium Virginum quas canonissas appellant debeant apud sua Collegia residere.

IDem statuimus de Abbatissis Collegiorum Nobiliũ virginum Canonissarum, quas tanto magis oportet collegiis suis adesse, & perpetuo residere, quanto virgines illæ maiori custodia sunt dignæ. Quibus præterea mandamus, vt diligenter obseruent, num omnes in Dormitorio communi nocte decumbant, & in habitu ipsas decente incedant, ac horas Canonicas ritè ꝑsoluant, cæteráque quę Reformationis Cęsarianæ formula, & probatæ earum constitutiones exigunt diligenter obseruent, sub pœna suspensionis à perceptione fructuum, in fabricam Ecclesiæ applicandorum, donec pareant.

Illas verò Abbatissas, quæ duobus Collegiis contra Decreta sanctorum Patrum Præpositæ sunt, & duorum in se recipiunt Curam, quum vix vni regendo sufficiant, censendas decernimus iuxta Decretum De Restrigenda pluralitate beneficiorum, inferius paulo subiectum: Atque vt canonissæ, secundum formulam aliquam ipsorum statui conuenientem possint in vitæ & morum honestate formari, conscribi quędam in eam rem iussimus, quæ visitatoribus nostris trademus exequenda: Communicabimus quoque ea Reuerendis Confratribus nostris Comprouincialibus, Episcopis quo & ipsi in suis Diœcesibus, secundum locorum & personarum rationem (quantum fieri potest) Reformationis vnitatem ac conformitatem introducant.

Vt Abbates à monasteriis suis non discedant.

MAndamus quoque & præcipimus, vt Abbates quorũlibet Monasteriorum, non nisi intra Monasteriorum septa, cum fratribus habitent, nec moram longam extra ea trahant,

De restringenda plurimorum beneficiorum curam animarũ habentium coaceruatione.

CVpientes ex animo quãtum in nobis est prohibere ac tollere odiosum illud & insatiabile (ꝙ & Patrũ canones detestantur) studiũ coaceruãdi multa beneficia, cu

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ramanimarum habentia, vnde populus fidelis grauiter ſcandalizatur & optimorum quorumque animi à Clero alienantur, ſpoliantur eccleſiæ debiti miniſterij, ceſſatio inducitur cultus diuini, fundatores quorum ſacroſancta & inuiolabilis debebat haberi ſuprema voluntas, ſpe & expectatione ſua fraudantur: meliores, quibus beneficium aliquod Eccleſiæ certæ debetur, quique miniſtrare in eo, & cupiant & poſſint, non abſque iniuria & offenſione Dei excluduntur, & ad ſtudia prophana impelluntur, vbi Eccleſiæ poterant eſſe ornamento, donec Cæſarea Maieſtas prouiſionem meliorem aduerſus licentiã hanc à ſummo Pontifice impetret: id quod ab Eccleſiaſticis Imperij Statibus rogatus, ſe recepit à ſanctitate eius eniti atq; efflagitare velle. Statuimus, & communi maturáque deliberatione cum Concilio præhabita, quod iuſtiſsimum eſt, & ad Eccleſiæ ædificationem pertinet, ſancimus, vt beneficiatus quiſque, ſi beneficia habet à Curis libe-
1. *Cor.* 9. ra, aut vnum curatum, aliud ſimplex, ſatisfaciat officio cuius gratia beneficium accipit, ſecundum Fundatorum intentionem, ſacros canones, & Patrum decreta: & ab eccleſia vbi beneficium negligit, non participet. Etenim diuini iuris eſt: vt qui ſeruit altari, de altari viuat: nec bono iure is qui non ſeruit altari, viuit de altari: ſicut ſtipendium non debetur niſi militanti. Si verò Curatum habet beneficium apud eccleſiam vbi beneficium habet, reſideat, & officio ſatisfaciat alioqui nihil percepturus: pertinebítque ad Epiſcopum, ſeu eos, quibus hoc iuris competit, vt de præbendæ ſeu beneficij fructibus, ad eccleſiæ illius vtilitatem diſponant: niſi beneficiatus ille Eccleſiæ Dei vtilius aliquod ſeruitium interim impendat. Quod ſi quis iuxta. c. De multa. De præben. qualificatus iam impetrauit à ſede Apoſtolica facultatem plura quã vnum beneficium retinendi, Mandamus, vt hanc Epiſcopo ſuo, aut eius Viſitatoribus ſecundum diſpoſitionem. c. Ordinarij. De offi. Ordina. in 6. præſentet atque exhibeat. Quæ ſi appareat ſufficiens, curet Epiſcopus vt beneficia debitis obſequiis non fraudentur. Alioqui beneficiatus, vno, quod maluerit retento, reliqua libere reſignet, aut dimittat viris idoneis, perſonaliter reſidere volentibus, abſque præiudicio tamen præſentantium, eligentium, & collatorum conferendi. Si verò diſpenſatum ſit cum indigno, ſummo illud Pontifici, curet Epiſcopus ſignificare, vt digniori de beneficio illo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

prouideatur,per eos quibus alias competit ius eligendi,con ferendi,vel præsentandi.

De competentia iusta Rectoribus ecclesiarum, siue perpetuis temporalibus assignanda.

VBi Collegia vel monasteria,vel habentes dignitates,ha bent ecclesias parochiales incorporatas cũ decimis iuribus & censibus,quas committere soleant pastoribus vel perpetuis vicariis,cum assignatione portionis fructuum regẽdas,si portio talis sit accisa,nec sufficiat,vt honestè ac de center ex ea viuatur,ne causa sit cur animæ negligantur, aut deseratur officium,vel ad curas sordidas pastor ille pro victu comparãdo adigatur,Mandamus& decernimus,vt iusta portio secundũ Reformationem ei de decimis Collegij vel Monasterij bonis assignetur,siue per episcopum loci,siue per eius visitatores.Similiter vbi temporales Rectores ad regendas ecclesias conducuntur, Decernimus, vt iis iustum & dignum stipendium detur pro locorum,& personarum conditione ab Episcopo moderandum, quod decentem eis & honestum victum atque vestitum suppeditet.

De præben. c. extirpandæ & c. exposuisti. Et c. in eodẽ titulo in sexto.

Ne cogantur ecclesiarum Rectores opera seruilia subire.

OMnino autem vetamus,ne vlla Collegia,Monaste ria,vel habentes dignitates,locent ecclesiarum sua rum regimen cum agris,vineis,syluis,pratis,& iuribus,rectori plus offerenti sub annua pensione: tales enim coloni verius,quam pastores, seruilibus & sordidis negotiis se dedere,& maiorem temporalium,quàm spiritualium bonorum solicitudinem habere, dignámque animarum curam negligere solent. Possunt tamen colonis secularibus ecclesiarum prædia sub annuo censu locari, emolumentaque pro vtilitate ecclesiarum commutari, vel vendi: quientiam non vetamus quin collegia & monasteria possint ecclesiæ rectori, bonorum ad ipsam ecclesiam pertinentium, administrationem plenam committere, pro moderato censu,quem de prædiis pendat:sic tamen, vt ei supersit honestus & sufficiens victus ac vestitus:nec ad supremum censum adigatur, vt solent licitantes à plus offerentibus, pro quo corradendo cogatur se sordidis & seruilibus operibus mancipare, ac rusticus fieri, vt vix aut ægre ei supersit,

205
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vnde nuditatem ſuam veſtiat,& vitam miſerã ſuſtentet:quales multos,magno Eccleſiaſtici ordinis dedecore,in pagis videmus ſacerdotes.

De vicariorum ſeu capellanorum in Eccleſiis Collegiatis officiis.

AD poſtremũ ſtatuimus & ordinamus,vt eccleſiarũ collegiatarum vicarij(quos aliqui vocãt Capellanos aut Choriſocios)nomini ſuo reſpondeãt, nec tempore diuinorum aliis pſallentibus, ipſi extra chorum patenter deſideãt,confabulẽtur,aut aliud quid agant in eccleſia,in populi ſcandalum. Sed canonicis in perſoluendis horis canonicis & diuinis ſint adiumento & onera ſpecialia,ad quæ vel ex fundatione,vel antiqua conſuetudine , aut eccleſiarum ſtatutis, obligantur deuotè & diligenter perſoluant,ſub pœna ſuſpenſionis,non à diſtributionibus tantummodo quotidianis,verumetiam à vicariarum ſuarum fructibus, donec negligentiam iuxta Decani & Capituli iudicium emendent.

DE QVARTO MEDIO REFORmandi Eccleſiam per viſitationem.

NOn alias ſanè melius, quàm in viſitatione deprehenduntur,corriguntur,& eradicãtur errores & vitia quæ viſitatoribus dormientibus ſeminantur, creſcunt, & ſecurum robur acquirunt. Sic in Euangelio dicitur: Cum dormirent homines , venit inimicus homo & ſuperſeminauit zizania, morum nimirum & doctrinæ corruptelam. Dormiunt prẹlati, qui non viſitant:ſoli vigilant, & ſeruent cuſtodias noctis ſuper gregem ſuum qui mala quæ metuuntur viſitatione præcidunt. Et quoniam ſemper oportet eos in ſibi commiſſas oues habere oculos intentos, ſpeculatores appellantur:Speculatorem, inquit propheta, dedi te domui Iſraël.Nec aliud eſt epiſcopus, etiam ex nomine quam ſpeculator. Hinc etiam Apoſtolus: Attendite vobis & vniuerſo gregi,in quo poſuit vos ſpiritus ſanctus Epiſcopos. Et vniuerſo, inquit gregi, quod viſitationem requirit vt epiſcopus nemini deſit. Quale exemplum dedit ipſe de ſe Apoſtolus, non ſemper prædicans, ſed viſitans etiam ſuos, quos ad Chriſtum conuerterat, vt explorare, vtrum ſeruа-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rent doctrinas & traditiones apoſtolorum & ſeniorum. Sic habito Concilio Hieroſolymitano in quo Apoſtoli & ſenio res ſtatuerant,quo nam pacto lex vetus ſepeliri deberet, ait ad Barnabam Paulus:Reuertentes viſitemus fratres per vniuerſas ciuitates, quomodo ſe habeant. Qualium viſitationum frequens mentio eſt in Actis apoſtolorum Capite 20. commemorat epiſcopis Aſiaticis labores ſuos,ac tandẽ conteſtatur eos in hæc verba:Quapropter conteſtor vos hodierna die, quod mundus ſum à ſanguine omnium : Non enim ſubterfugi,quo minus annuntiarem vobis omne concilium Dei. Qua ſanè conteſtatione pronuntiat reos ſanguinis omnium pereuntium animarum,epiſcopos illos, qui oues ſuas non requirunt. Viſitatione igitur opus eſt, cum archidiaconali,tum epiſcopali,atque archiepiſcopali,& eorum, quibus hoc muneris incũbit ad extirpandos errores ac vitia,& mores bonos plantandos, eóſque in vſu & vigore ſuo retinendos.Hactenus autem(quod negare non poſſumus)alto ſomno dormierunt epiſcopi,de archidiaconorum viſitatione ſecuri,qui ſpeciem quandam viſitationis retinuerunt, ſed deformem, & prauorum officialium ſeu viſitatorum quæſtu vitioſam ac reprehenſibilem. Nunquam profecto,quod nũc ſerò querimur, tot hæreſes & ſectæ moréſque corrupti ſeo vſque inualuiſſent,nec iaceret adeò diſciplina eccleſiaſtica neglecta,ſi rectè viſitatum ab epiſcopis & archidiaconis, & iis quibus hoc muneris incumbit,fuiſſet. Quapropter archidiaconis quidem totius Concilij authoritate mandamus & præcipimus,vt abuſu correcto,viſitationem inſtituant ad formulam Reformationis,nec quicquam ſinant vitiis,pecuniæ vel munerum cauſa,hærere,iuxta ſuperiores noſtras conſtitutiones ſub pœna quam Epiſcopi vel ſuperiores dignam iudicauerint.Epiſcopos autem requirimus,vt frequentius per hoc triennium viſitent ſuas Diœceſes, cum ad extinguendas hęreſum & ſchiſmatum reliquias, tum verò vt archidiaconales & inferiores viſitatores obſeruẽt,atque in ordinem redigãt. Nam niſi hoc fiat verendum eſt inferiores viſitatores ſuam moram retenturos.

De notario in viſitatione adhibendo.

STatuimus ad hæc, vt viſitatoribus adhibeatur Notarius qui ſit ſacerdos,aut ſaltem clericus non coniugatus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

De visitatione exemptorum & non exemptorum.

CAutum est in reformationis formula, vt à visitatione Episcopali nulla ecclesia esset libera seu exempta, propterea, vt opinamur, quod exempti multi ab institutis suis latè deflexerunt, & populum grauiter irreligiosa vitę cõuersatione & moribus & corruptis scandalizent: induceretur autem ecclesiæ turpis facies, plurimáque in populo scandala nascerentur, si visitatis ac reformatis non exemptis, exempti quos oportebat esse potius reformatos, hęreant perpetuo in eodem luto. Verùm quum in hoc negotio deesset episcopis summi Põtificis authoritas, Cæsarea Maiestas recepit se velle cum summo Pontifice agere, vt operi huic tam sancto sanctitas eius se accommodaret. Quod ipsum vtrum iam factum sit, nécne, nondum ad nos peruenit. Idcirco statuimus interea, donec de hoc reddamur certiores, vt episcopus quisque visitet omnes sibi subiectos, non exemptos, licet sint per archidiaconos aut alios prælatos visitati: Exemptis verò, ne quid in se patiantur episcopi desiderari eorum quæ Cæsarea Maiestas serio requirit, suum visitandi studium atque operã offerant, hoc periculoso præsertim tempore: Et nihilominus præsenti Concilio statuente, requirimus, & à reuerẽdis Coepiscopis nostris suffraganeis in eorum Diœcesibus requirẽdos censemus, omnes exemptorum prælatos & visitatores, vt munus suum strenuè exequantur, reformẽntque subditos suos, iuxta Reformationis Cæsareanæ (quam sibi comparare quisque teneatur) formulam, & Cæsareæ Maiestatis mentem. Qua in re si fuerint negligentes, & non cum effectu reformationem exequantur, tum episcoporum erit, vt negligẽtiam hanc, aut summo Pontifici, aut Cæsareæ Maie. significent, quo prospiciatur eis de remedio oportuno.

De visitatione hospitalium etiam exemptorum.

CVm Reipublicæ, sed pręcipue episcoporum interfit, vt visitentur ac restituantur hospitalia, quippe quod episcopi sint, & esse debeant, patres pauperũ, & infirmorũ nec ferendum eis sit, vt eleemosynæ debitæ eis subtrahãtur, Statuimus hospitalia omnia esse diligenter & magna cura visitanda, impetrandúmq; ordinarij à summo Pontifice, Cęsareæ Maiestatis intercessione, priuilegiũ visitandi & reformandi etiam exemptorum hospitalia, saluo tamen in aliis exemptionis iure.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

De authoritate qua oportet visitatores episcopales præditos esse.

ERit quoq; visitatoribus episcopalibus opus flagello Euã gelico,& ecclesiastica coercendi potestate,vt vendentes & ementes,scorta,nequitias,imposturas,omnémq; turpitudinem ex Ecclesia eiicere valeant.Proinde decernimus, vt Episcopi & prælati, mittentes aliquò , vbi ipsi fuerint negotiis aliis occupati,suos visitatores,instruant eos etiam authoritate ac potestate sufficienti , rebelles ac criminosos per censuras ecclesiasticas coercendi,& vitia vt magna vel parua fuerint castigandi.

De formulis inquirendi in visitationibus.

QVanquam nulla certa inquirendi regula,ob rerũ omnium instabilitatem,& diuersos casus,qui subinde accidunt visitatoribus,potest præscribi, expedit tamen, extare formulas,ad quas pro diuersa locorum, ordinũ,& ecclesiarũ conditione, aliter atque aliter inquisitionẽ suam illi instituant,& quibus submonitorij loco vti possint . Quæ si non inueniantur editæ , quo visitatores hoc onere leuemus, dabimus piis & eruditis aliquot viris negotium,tales formulas,etiam suffraganeis nostris Episcopis cõmunicandas, colligendi ac scribendi.

De sumptuum & procurationum in visitatione exigendarum moderatione.

SEmper mansit extra controuersiam eos qui visitarentur debere suis visitatoribus sumptus omnes,dicente Apostolo, Quis plantat vineam,& de fructibus eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte eius non manducat ? Si nos spiritualia vobis seminauimus,magnum est , si carnalia vestra metamus?Sed quoniam frigescente charitate , populus non vt olim benigne & liberaliter succurrit Ecclesiarum necessitatibus , & grauibus insuper exactionibus Ecclesiæ per hanc tempestatem atteruntur,ne visitatio superueniens, fiat onus importabile, & offensionem demus , vt Apostolus loquitur , Euangelio , Requirimus reuerendos Comprouinciales Episcopos , nostros , Suffraganeos , vt quando non per se , sed per Commissarios visitabunt , non finant visitandos supremis euectionum ac procurationum iuribus grauari , neque enim debent filij thesaurizare parentibus,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſed parentes filiis:Præcipimúſque & mandamusvniuerſis & ſingulis nobis inferioribus viſitatoribus, ne ſuperfluum famulitium in comitatum aſſumant,& victualiũ ſumptu mediocri,pro ſua decentia,ſint contenti. De parochis verò, vbi tenues ſunt reditus,& paucus eſt populus,ordinamus,vt viſitandi vocentur ad vicinum aliquem illius Decanatus,ſeu regiunculæ locum, & moderatum tantummodo ſubſidium conferant in ſumptus communes. Cæterum ſi pauperis cuiuſpiam parochiæ neceſsitas requirat viſitationem perſonalem,cum hac viſitoresagant benigne,& ad exemplum Apoſtoli Pauli, qui malebat manuum labore victum ſibi & ſuis quærere,quam quemquam grauare.Eccleſiæ pauperi de ſuo quod à locupletiori eccleſia habent,ſeruiant.

DE SYNODORVM CELEBRATIONE medio Quinto, Ad reformationem exequendam neceſſario.

Agno ſtatus eccleſiaſtici,imò Reip. Chriſtianæ detrimento ſero querimur. Synodos vel intermiſſas,vel non rectè hactenusfuiſſe celebratas. Quarum neceſsitas hinc intelligitur,quod vbi deficit viſitatio, vbi officiorũ non eſt cura, vbi examen & ſtudia bona iacuere neglecta,ſolę reſtant Synodi, ſeu Concilia in nomine Chriſti congregata, idonea non tantum ad bonorũ morum plãtationem,& extirpationem malorum,verũetiam ad mediorum ſeu viarum,quibus ad iſtaspertingimus,reſtitutionẽ cum primis valentia.Siquidem in Synodis redintegratur vnitas,ſtudetur corpori in ſua integritate conſeruando,vbi ea quæ in viſitatione non dabatur exequi,executionem ſtudiis communibus aſſequuntur,vbi de capite &membris,de fide & pietate,de religione & cultu diuino,de moribus, de diſciplina,de obedientia,de iudiciis & rebus omnibus, ad bene-Chriſtianeque viuẽdum commodis vel neceſſariis,tractatur atque ſtatuitur, vt veriſsime in Reformationis formula dicatur:Salus Eccleſiæ,terror hoſtiũ eius,& fidei catholicę ſtabilimentum ſunt ſynodi,quas etiam rectiſsimè corporis Eccleſiæ neruos dixerimus:Neglectis enim ſynodis, non aliter

eccleſiaſticus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ecclesiasticus ordo diffluit, quàm si corpus humanũ neruis soluatur. Idcirco statuimus, vt synodus diœcesana quotannis bis, pro veteri quidẽ more, sed iuxta Reformationis formulam religiosius meliori cũ fructu celebretur. Suffecerit tamẽ in diœcesi Leodiensi, propter eius latitudinem & multitudinem Prælatorum, semel quotannis rectè & studio feruẽti celebrare. Synodum verò prouincialẽ volumus iuxta Basiliensis Concilij decretum, singulo quoque triẽnio cogi debere.

De sumptibus, quos in synodis faciunt Decani Collegiorum & Pastorum.

DEcani Collegiorum accedentes Synodũ, pro suis Collegiis in legionis officio & dignitate sua conseruandis, & Decani rurales pro suæ regiũculæ Parochis, Deo vtique militant. Nemoverò, vt Apostolus ait, militat vnquam stipendiis suis. Propterea decernimus & statuimus, vt pro numero dierum, quibus conciliũ durat, conferant Decanis suis Collegia & Parochi subsidia, in sumptus, quos necessario facere debent, absque omni tergiuersatione. Qua in re tam iusta, si qui rationis & ęquitatis obliti, reddiderint se difficiles, visitatorum nostrorum erit, hos tales nõ modo cõpellere ad id, quod iure diuino debent persoluendum, verumetiam pœnas ab eis pro iniquitatis modo exigere.

De nouis constitutionibus in Synodis edendis.

STatuimus quoque, vt in Synodis communibus consiliis decernatur, de tollendis abusibus & moribus corruptis, quos cõtigerit Synodi iudicium referri, disciplina ecclesiastica castigandis. Et si opus sit, canones veteres renouẽtur, aut noui in nouis casibus, iuxta sacrã scripturã, Patrum sanctiones, & rectę rationis iudiciũ cõdãtur: id quod modo nos quoq; ex his quę ad Synodũ relata sunt, facere decreuimus.

DE MEDIO SEXTO AD Reformationis executionem necessario.

SExtum medium ad exequendam Reformationem efficax est Iurisdictio ecclesiastica, qua tanquam supremo refugio compelluntur, qui sponte non ducuntur ad vitæ emendationem. Hanc Christus Ecclesiæ in Petro pro Ecclesia confitenti ipsum

2 68
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eſſe filium Dei,promiſit,quando dixit: Tibi dabo claues regni cœlorum,Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis : & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutũ & in cœlis . Quam promiſsionem non ad vnum Petrum pertinere,ſed in omnes Apoſtolos tranſmiſſam,alio loco inſinuat,vbi dicit:Amen dico vobis,quodcunque ligaueritis ſuper terram , erit ligatum & in cœlis , & quodcunque ſolueritis ſuper terram,erit ſolutum & in cœlis . Eccleſiæ igitur ſunt claues iſtæ ligandi atque ſoluendi datæ,quas non ab hominibus , ſed à Chriſto accepit: vt abſque diuinæ authoritatis contemptu contemni non poſſint . Quapropter Chriſtus præcipit , vt eum qui Eccleſiam ius dicentem non audierit pro Ethnico habeamus & Publicano. Tãta eſt eccleſiaſticę iuriſdictionis vis &poteſtas.Hac coercẽtur obſtinati in ſceleribus,peruicaces,rebelles,flagitioſi,& contumaces.
Hac vſus eſt beatus Apoſtolus Paulus,quando Corinthium, nouercæ ſuæ ſtupratorem,tradidit Satanæ:Ego , inquit, abſens corpore,præſens autem ſpiritu,iam iudicaui vt præſens: Eum qui ſic operatus eſt in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti congregatis vobis & meo ſpiritu,cum virtute domini Ieſu , tradere huiuſmodi hominem Satanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die domini noſtri Ieſu Chriſti.
Hac item vſus eſt aduerſus Hymeneum & Alexandrum,qui operum conſcientiam quæ fidei rectæ congrueret repellentes circa fidem naufragauerunt,quos tradidit Satanæ, vt diſcerent non blaſphemare. Et increpat beatus Apoſtolus Corinthios, apud iudices infideles & Ethnicos iudicio contendentes : An neſcitis, inquit, quoniam ſancti de hoc mundo iudicabunt? & ſi in vobis iudicabitur mundus, indigni eſtis qui de minimis iudicetis ? Neſcitis quoniam angelos iudicabimus,quanto magis ſecularia? Et per ironiam ſubdit: Secularia igitur iudicia ſi habueritis contemptibiles ſcilicet qui ſunt in Eccleſia,illos conſtituite ad iudicandum , Ad verecundiam veſtram dico. Sic non eſt inter vos ſapiens quiſquam,qui poſsit iudicare inter fratrem ſuum,ſed frater cum fratre iudicio contendit,& hoc apud infideles? Quibus permoti rationibus,decreuimus cum præſenti Synodo , iudicia eccleſiaſtica in primis reformanda eſſe . Et quidem in hanc rem anteceſſores noſtri ſancti Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopi , Theodoricus & Ropertus quædam ſtatuere , poſt

1. Cor. 6.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quos anteceſſor noſter Hermanus,anno vigeſimo nono,copioſiorem noſtræ Curiæ Reformationem edidit, quæ & in Prouinciali Concilio,anno trigeſimo ſexto, communi omnium conſenſu publicata atque recepta eſt. Verum cum prohibente hominum malitia,non ſit Reformatio illa per hanc tempeſtatem ſortita per omnia executionem, Decreuimus hanc primum in Diœceſi noſtra diligenter exequi,& omnes Curiæ noſtræ Officiarios iureiurãdo aſtringere ad eius obſeruantiam. Requirimus quoque & monemus reuerendos confratres noſtros Suffraganeos Epiſcopos,vt ipſi ſecundum hoc exemplar, prout melius videbitur congruere ſaluti & tranquillitati ſubditorum, ſuas quoque Curias reforment, & executionem reformatæ iuriſdictionis,epiſcopali ſua authoritate inferioribus omnibus ad eundem modum,hoc eſt per iuſiurandum imponant.

De impedientibus executionem mandatorum & ſententiarum iudicum Eccleſiaſticorum.

ECcleſiaſticus iudex officio ſuo nequit perfungi, vbi Magiſtratus & ſeculares homines,contumacibus, flagitioſis,& rebellibus patrocinium ferunt aduerſuseccleſiaſtica iudicia,vel ea impediunt. Idcirco mãdamus omnibus Magiſtratibus,Prefectis,Iudicibus ſecularibus,& quibuſcunque Eccleſiæ filiis,ne quis ad iudicium eccleſiaſticum vocatis,aduerſus Dei ordinationem,vnde eſt iſta poteſtas,& ſacros canones patrocinetur, aut quouis modo impediat mandatorũ & ſentẽtiarum Eccleſiaſticorum iudicum executionem,ſub pœna excommunicationis,qua niſi admoniti reſipiſcãt, ſint plectendi. Piiſsimum quoque imperatorem noſtrũ, & Principes ſeculares,quorum ditiones in prouinciam noſtram excurrunt,vel intra eius ambitum continentur,duximus totius Concilij nomine,tanquam iuſtitiæ patrocinatores inuocandos,vt ditionum illarum Satrapis,Præfectis, Iudicibus, Magiſtratibus,ſuiſque vicariis mandare ac præcipere velint, ne eccleſiaſtico iudici,brachium ſeculare petenti illud denegent,aut cuiuſcunque exceptionis per reos propoſitæ occaſione differãt,etiam ſi nullitatem exceptio cõcernat, quemadmodum iure communi cautum eſt.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ne iudices ſeculares de matrimonialibus & aliis ſpiritualibus cauſis iudicent.

QVum matrimonij Sacramentum,vt Sacramenta reliqua,in theſauris Eccleſię numeretur,nec ſit ciuilis quidam Contractus,vt olim putarũt Ethnici,ad ſolius Ecclesiæ iudiciũ,præſertim vbi quæſtio iuris verſatur, eius diſcuſsio pertinet.Idcirco ſtatuimus cum præſenti Concilio, & ſub excommunicationis pœna prohibemus ne Magiſtratus aut iudices ſeculares,in matrimonialibus aut aliis ſpiritualibus quibuſcunque cauſis,ad cognitionem ſolius eccleſiaſtici iudicis ſpectantibus,inter ſuos ſubditos aut alienos iudicent , nec diſpenſandi aut tranſigendi poteſtatem in matrimonio ac gradibus prohibitis ſibi vſurpent.Sed eiuſcemodi cauſas omnes ad iudicis eccleſiaſtici cognitionem & definitionem remittant.

CENSVRAE ET DECRE-ta lata pro abuſuum & vitiorum ad Synodi iudicium perlatorũ,emẽdatione.

Ne quis recipiat aut foueat monachos & ſanctimoniales, ſui inſtituti deſertores ac fugitiuos apoſtatas, ſub excommunicationis pœna.

NVlla re magis per hanc tẽpeſtatem fœdata eſt Ecclesiæ Chriſti facies, quàm profugorũ Monachorum & ſanctimonialium perfidia atque flagitiis, quorũ vt erat vitæ inſtitutũ arctũ prius & ſanctũ, ita eo abiecto,abſq; omni frẽno ad quẽuis flagitiorũ genera ꝓpuoluti ſunt:his enim authoribus natæ ſunt hæreſes,ſacrilegia,inceſtuoſa cõnubia,&ſacrorũ omniũ ꝓphanatio.Nec ab aliis magis quã iis , quos iſti ſeduxerũt, hęc mala defenſa atque promota.Ideo magna ſeueritate opus eſt, vt flagitioſiſsimum hoc genus hominum reprimatur , atque ab Eccleſia fidelium,videlicet ne plures eorum contagione infician-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tur,pereant,ſubmoueatur. Proinde quod nuper in diœceſana Synodo noſtra decreueramus, nunc renouamus, & eius innixi authoritati,qui dixit: Quicquid ligaueritis ſuper terram,erit ligatum & in cœlis. Sancimus vnanimi totius Concilij conſenſu,iudicio ac ſententia,ac præcipimus,ne quis cuiuſcunque ſtatus vel conditionis fuerit, poſthac Monachos vel Monachas fugitiuos,& extra ſuperiorum ſuorũ obedientiam vagantes,quos nouerit veridica aliorũ relatione,aut ſuperiorũ teſtimonio,vel alio quouis modo eſſe tales,recipere fouere,aut ad Sacramenta vel eccleſiaſtica miniſteria admittere auſit ſub excommunicationis,quã ipſo facto incurrant, pœna,qua & ſacri Canones feriunt eos,qui huiuſcemodi fugitiuis apoſtatis atque excommunicatis communicant.

De Monachis ſanctimonialibus,& Sacerdotibus coniugatis.

PErlatum ad Concilium eſt,apoſtatas illos varias vitæ genere ſectari: quoſdam enim ſeculare inſtitutum in omnibus aſſumpſiſſe,& pudicitia,quam Deo conſecrauerant, pſtituta,Monachos ſanctimonialibus,duplicato inceſtu,ſub coniugij prætextu adhærere. Quo vitio & ſacerdotes,ac maiorum ordinum quidam Clerici contra ſacros canones ſe cõtaminauerunt. Quoſdam verò viduis & fœminisſecularibus ſe copulaſſe. In quo gradu & ſanctimoniales quædam Deo ſub velamine dicatę,ſe viris coniugij nomine proſtituerunt: quas nuptias omnes,quia priorẽ fidem irritam fecerũt, Deo abominabiles atque execrabiles, vti nuper in ſynodo noſtra apdiœceſana declarauimus,ita nunc quoque totius Cõcilij approbatione ac iudicio declaramus & pronunciam⁹ illicitas, prophanas,ſacrilegas,atque inceſtuoſas eſſe,& nuſquã tolerandas,& anathemati eos omnes,qui ita contraxerunt, eſſe innoxios: proléſque inde ſuſceptas,illegitimas eſſe,nec aliter quã ſpurios & nothos habendas,ac proinde hæreditario nomine parentibus ſuis neque in mobilibus, neque in immobilibus ſuccedere poſſe aut debere.

De concubinariis monachis vel ſacerdotibus.

IN tertio genere verſantur Monachi apoſtatę,qui miniſteriis eccleſiaſticis pfunguntur,& ſcortis ſeu concubinis adhærent. Quorum quidam religionis ſuę habitum penitus abiecerũt,quidam nõ integrum,ſed partem eius ob metum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

retinuerunt. De quibus ſtatuimus, vt ſeueriori ordinis diſciplinæ pro tanti ſcandali expurgatione ſubmittantur, & carnis ſuæ petulantiam pœnitentiæ afflictione mortificent. De ſacerdotibus verò, & clericis beneficiatis, quibus concubinę vel fœminæ, de incontinentia ſuſpectæ, ſeu cum quibus ipſi ante hac de fornicatione diffamati fuerunt manifeſtè cohabitant, vt nuper in Synodo diœceſana, ita nunc quoque totius Concilij conſenſu & approbatione decernimus & pronũciamus, eos qui tales fœminas apud ſe detinent, ſententiam ſuſpenſionis ab officio & beneficio incurriſſe: Mandamúſq; & præcipimus, vt iuxta nouiſsimam declarationem, eas tam procul, è vicinia ſubmoueant, vt commerciis non detur faci lis occaſio, & ſuſpitionesomnes vitẽtur: ipſas verò fœminas, ſi poſt hac in domibus vel vicinia permanſerint, cenſemus excommunicationis cenſura plectendas: Volumus quoque & iubemus, vt Eccleſiarum prælati ſententiam memoratam contra concubinarios notorios, & de concubinatu ſuſpectos diligenter exequantur: alioqui noſtrarum partium erit corũ negligentiã ſupplere, & pœnas dignas pro ea exigere. Quod ſi qui libidinis furiis correpti, inſtar equi & muli, quibus nõ eſt intellectus, ſuſpenſionis pœna non emẽdantur, aut his noſtris mandatis facto contrario docuerit ſe non velle parere: contra hos tales ad vlteriorem beneficiorum priuationem, aliáſque duriores pœnas decreuimus & cenſuimus eſſe procedendum.

De Monachis qui extra obedientiam degentes diuina tractant, & populo Sacramenta adminiſtrant.

IN genere quarto verſantur Monachi profugi, qui extra obedientiæ iugum & ordinis ſui obſeruantiam, alij in habitu, alij habitu cum Religione reiecto degentes, regimini ſe intromittunt, Eccleſiarum Sacramenta, conficiunt & populo adminiſtrant, cum ſint ipſi excommunicati, & Sacramentorum omnium expertes: Confeſsiones audiunt, cum abſoluendi non habeant poteſtatem, multis modis & populo imponentes, & ſeipſos cenſuris grauioribus illaqueantes: Nonnunquam etiam dogmata falſa diſſemi-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nantes,quos cum animaduertimus esse propria quædam instrumenta,quibus ecclesiastica disciplina subuertatur,& pietati, obtenta specie tam sibi quàm populo perniciem adferre: Mandamus & præcipimus, sub anathematis vinculo , ne quis tales Ecclesiarum Regimini aut sacramentorum administrationi admoueat.

De sanctimonialibus religionis suæ habitum subinde mutantibus.

HIs finitimę sunt Sanctimonialesquędam Religionem bene & sanctæ institutã professæ,quas accepimus Religionis suæ habitum subinde deponere,& vestes seculares Religionis tædio sibi aptare, non absque graui fideliũ scandalo,& Status sui ignominia: Quippe quod sicut mulier impudica cum veste pudorem ita Sanctimonialẽ,Religionẽ cum veste. Quam indignitatem prohibere volentes præcipimus ne qua religiosa virgo , sub excommunicationis pœna habitum alium , quàm suæ religioni conuenientem sibi induat,aut alia videri velit sponsa Deo cõsecrata,quam ea quã se esse profiteatur.

De requirendis omnis generis Apostatis, vt resipiscant,& vt ad instituta sua reuertantur.

IAm licet Apostatarum,& eorum qui missa ad aratrũ manu retrospexerunt ad seculum , & se ineptos reddiderunt regno Dei,alius alio grauius impegerit:& quidam humanitate propter errorem cõmunem,& eorum qui cum prohibere hunc cursum potuissent , officium neglexerunt conniuentiũ. Alij seuera vltione,ob maleuolentiã & impietatẽ digni videantur:in hoc tamẽ sunt omnes pares,quod Religionis suæ vota illa solẽnia, quibus se Deo p̃ cæteris mortalib⁹ nũcuparũt,timore Dei & ęterna animę salute postpositis,p̃fide soluerũt. Quę p̃fecto magna est impietas. Enĩuerò Propheta Baruch,Deos Gentiũ falsos,à Deo vero veluti signo p̃prio discernit : Quod falsi illi,votũ quo se quis obligauerit,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nec tamen reddiderit,non requirant : Deus autem verus requirit. Vnde perſpicuum eſt ſecuros illos votifragos,apoſtatas,qui ſibi perſuadent Deum vota non requirere,habere ſibi perſuaſum Deũ eſſe falſum:quales ſunt dij Gentiũ, quod vel cogitaſſe horrendum idololatriæ ſcelus eſt. Petrus quoque in Actis Apoſtolorum teſtatur eos, qui communẽ vitæ ſocietatẽ,qualis olim inter Apoſtolos erat, & nunc apud religioſos conſeruari debet,ſemel receptam deſerunt, tentare Spiritum ſanctum,& mentiri non hominibus, ſed Deo. Idcirco duximus eos omnes ſalutis de qua periclitantur grauiter admonendos,& vno nomine requirendos,quibus & prę ſentis Synodi authoritate inuocato Chriſti nomine, quem ſceleratis ſuis factis abnegarunt,Mandamus & præcipimus, vt relictis falſis coniugibus & Concubinis, ſi quibus adhærent,poſtpoſitis que negotiis,quibus ſe implicuerunt, habitum Religionis ſuæ reſumant,& ad ſuum quique Monaſterium reuertantur, vbi pœnitentiam ſalutarem ad diuinam vltionem auertendam,veniamque erratorum impetrandam humiliter agant.

De abiuranda hæreſi & communione ſciſmatica vitanda.

SImiliter requirimus,& paterno affectu monemus monachos & ſanctimoniales apoſtatas, ſacerdotes,ſui ordinis & diſciplinæ deſertores,clericos & laicos, eoſque omnes qui cõmunione ſchiſmatica,aut prauorũ dogmatũ cõtagione per hanc tẽpeſtatẽ ſe ab vnitate eccleſiæ Catholicæ, extra quã non eſt ſalus,ſepararũt,vt hæreſi ſchiſmatéq; omni abiurato abſolutionẽ & recõciliationẽ à ſede Apoſtolica, vel eis quibushoc muneris delegatũ eſt,petãt,ſtudeãtq; deinceps in vnitate cõmunionis & fidei cũ Eccleſia ſancta catholica permanere.Propter eos verò Prouinciæ noſtræ incolas,q; ſibi arbitrãtur vtriuſq; ſpeciei cõmunionẽ à Cæſ.M.permiſsã,operæ p̃ciũ duximus de hoc iterũ ferre noſtrũ iudiciũ . Proinde Cæſ. M. Declaratione maturo iudicio lecta atq; expenſa, q; nuper in ſynodo noſtra fecim⁹,nũc toti⁹ Cõcilij ſentẽtia declaramus oĩbus ꝓuincię noſtræ fidelib⁹,nihil tale in religioſiſ.catholiciſsimiq; Imperatoris,Declaratione,qua ſuã mẽtẽ expoſuit,inueniri,quin potius contrariũ:ſiquidẽ expreſsis & diſertis verbis à catholicis Imperij Statibus,& eorũ ſubditis ſerio valde exigit, ne quid in ſacramentorũ adminiſtratione

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

præter Eccleſię catholicę cõſuetudinẽ imnutẽt,aut immutari in ſuis ditionibus vllo pacto permittãt.Cui Cæſ.M. planè catholicæ & Chriſtianæ ordinationi decreuimus. Nos tanq̃ Archiepiſcopus & Princeps Elector per dei gratiam Catholicus,cum Reuerendis cõfratribus noſtris comprouincialibus Epiſcopis & principibus,eadem gratia diuina concedente ſimiliter catholicis,fideliter& obedienter per oĩa obtẽperare: Id quod & alioqui pro noſtra erga ſanctam Eccleſiam deuotione,ſtudio pacis & vnitatis,quæ diuino illo ſacramento ſignificatur,conſeruãdæ,eramus facturi. Præcipimus idcirco, & authoritate præſentis ſynodi in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti cõuocatæ, mãdamus omnibus Prouinciæ noſtræ incolis,qui Chriſtiano nomine cẽſentur, vt corporis & ſanguinis Chriſti veritatem ſub vna ſacramenti ſpecie percepiſſe cõtenti,vinculum pacis cum gratiarum actione ſeruent.

Vt ſacerdotes ab hæreticis reuertentes,non ſtatim inuolent miniſteriis Eccleſiarum.

CAueant autem ſacerdotes ſiue Religioſi ſiue ſeculares ab hæreticis vel ſchiſmaticis ad Eccleſiã reuertentes,ſe miniſteriis diuinis ſtatĩ ingerere,& ſatisfacere,aut Sacramenta populo adminiſtrare, etiã ſi maximè id nõ more hæreticorum,aut ſchiſmaticorum,ſed ſecũdum Eccleſię Catholicæ ritũ facere velint,priuſquã ſint abſoluti, Eccleſiæ recõciliati,& officiis ac miniſteriis ſuis, irregularitate ſublata, reſtituti:ne dãnationẽ grauiorẽ incurrãt ꝓpter irregularitatis impedimẽtũ, quo tenẽtur per ſacros Canones illaqueati.

Veniæ ſpe propoſita errantes omnes ad Eccleſiam catholicam reuocandos.

NE verò pœnarum ſeueritate propoſita,reuerti ad Eccleſiam ab hæreſi cupientes,auertamus &retropellamus, & nõ potius etiã duros & obſtinatos venię blandimẽtis emolliamus,atque ad pudorẽ & reſipiſcentiã inuitemus: In omnibus cuiuſcunque ſint ſtatus , gradus aut cõditionis, ad mentem cum filio prodigo redeuntibus, reſipiſcentibus, atque ad Eccleſiam,patris ſui domum,vnde aufugerant , ab hæreſum & ſchiſmatum lenociniis cupiẽtibus reuerti Eccleſiæ valuas,quantum in nobis eſt,aperimus, & facilem ignoſcentiam pollicemur : Requiremuſque reuerend.confratres noſtros ſuffraganeos Epiſcopos,vt animo voluẽtes,boni paſtoris officium eſſe,non imperare cum auſteritate & poten-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tia,ſed infirmas oues cõſolidare, ægrotas ſanare,confractas alligare,perditas per deſerta quęrere,atq; in humeris reportare:Patris itẽ boni officiũ eſſe prodigo filio à longe reuertẽti veniæ propoſitione occurrere:ſtudeant etiam ipſi errantes ad reſipiſcentiã,& Eccleſiã reuocare . Omnibus verò Prælatis,Abbatibus,Prioribus,Guardianis,&Monaſteriorũ vtriuſque ſexus ſuperioribus mandamus vt pœnitẽtia ductos ſuos ſubditos,& vltro reuertẽtes veniãq; petẽtes,& emendationẽ pollicentes, paternè recipiant ad pœnitentiam tolerabilem: quam emẽdatione eorũ perſpecta,ſenſim minuant,vt ſanãt, non interimãt ſuas oues. Quòd ſi forttè caſus ſit,vt in monaſteriũ & locum propriũ abſq; ſcandalo recipi pœnitentes ne queãt,curẽt eos in alio eiuſdẽ ordinismonaſterio,ſecundum Iuris canonici diſpoſitionẽ recipi:Nec eos tantum qui intra Diœceſeos noſtræ pomeria cõtinẽtur,cogi volumus,vt huic muneri ſuo ſatisfaciãt, ſed omnes vbique locorũ per totam Prouinciam.Proinde requirimus & monemus Reuerendos cõfratres noſtros ſuffraganeos comprouinciales Epiſcopos, vt ad eundem modum , & ipſi ſuarum Diœceſium Prælatos requirant & cogant,reſipiſcentes,ac vltro redeũtes, benigne admodum prædictum recipere.

De refractariis & in errore perſiſtentibus vi cogendis.

QVod ſi qui apoſtatæ & ordinis ſui deſertores, faſcino diabolico & vitiorum amore excæcati atque illaquea ti,non patiantur ſe inuitari ad vitæ emendationẽ, aut ad Eccleſię ſinum benigne adduci,eos decernimus,poſt ſpretam beneuolentiam noſtram paternam vi cogẽdos, per Dei miniſtros illos qui gladium tenent ad vindictam malorum, & laudem bonorum vt intrare vel inuiti compellantur, qui ſponte reuerti nolebant. Idcirco Conſilij totius nomine per authoritatem Domini noſtri Ieſu Chriſti,qui nos vocauit,& cuius cauſam agimus,requirim⁹ Chriſtianos Principes,Magiſtratus ſeculares,& quotquot poteſtatem coercendi malos habent omnes,vt ſuo miniſterio ad laudem Dei,& Eccleſię, cuius ſunt filij,ſalutẽ perfungentes,obſtinatos apoſtatas,monachos & ſanctimoniales in ſuis ſordibus.& rebellione hærẽtes,ſeductores quoque fidelis populi,eis indicatos,potenti manu capiant,tradantque ſuis ſuperioribus aut monaſteriis, pœnitentiæ ſeueriori,ſalutari tamen, ſubmittendos.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

De Apostatis qui sub prætextu dispensationum apostolicarum, vota religionisque suæ instituta desuerunt.

APostatæ quidam extra Monasteria sua degũt, superiori bus rebelles, & ad rebellionem alios solicitantes: tãto nocentiores in Ecclesia quãto hostis domesticus externo pernitiosior est: qui nequitiam suam velãt dispensationũ apostolicarum prætextu, quas plerunque vel in Curia, vel à Pœnitentiariis summi Pontificis aut Legatis & Nũciis Apostolicis, surreptitiè, vel allegatione causarum falsarum impetrant. Et si causæ Iuri innixę Bullis obtentis interserantur, tales tamen petunt sibi dari, atque impetrant earum examinatores & iudices, summo Põtifici, Legatis, Nunciis, & dispensatoribus ignotos, qui neque causas allegatas examinent, nec partibus legitime vocatis de earũ veritate inquirant: sed simpliciter eorum libidini patrocinentur: aut si dantur iudices incorrupti & probitatis amantes, iis Bullas suas non exhibẽt cognoscendas: & nihilominus secum dispensatum esse iactant, vtuntúrque dispensationibus obtentis, haud aliter quã si causas illas legitime verificassent, vnde non infrequenter plus malorum & scandalorum, quàm à notoriis apostatis accipitur: nostrum verò non est sustinere in Ecclesia tantã impostura̅m, támque licẽtiosam votorum violationem. Proinde statuimus & ordinamus, vt qui dispensationes tales obtinuerunt, in habitu & obedientia suæ religionis, quam professi sunt, coram nobis aut reuerendis Comprouincialibus nostris Coepiscopis, compareãt, atque ita dispẽsationes suas exhibeant examinandas, & vocatis eorum superioribus, ac quorum intererit discutiẽdas: aut si iam habitum temere & absque præuia bullarum examinatione deposuerunt, eum reassumant, & eousq; in monasterio, ac sub obedientia se cõtineant, donec dispensationibus nobis ad examinandũ oblatis, inueniantur, non etiam summum Pontificẽ & eius legatos, vel alios dispensatores fefelliſſe, aut siniſtrè aliquid impetrasse. Quod si dispensationibus obtentis, aliter atque iã statutum est voluerint vti, eos pro notoriis apostatis habẽdos, vitandos, à Magistratu capiendos, & superioribus cum rebus omnibus quas habent, expensis tamen Monasteriorum tradendos, ad eundem omnino modum, quo de apostatis iam decretum & statutum est, totius Concilij sententia decernimus & approbamus.

213
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Vt qui habent administrationem bonorum Ecclesiasticorum vel officia, reddant rationem.

ACcepim⁹ in quibusdã Collegiis Thesaurarios fabricæ præfectos, & alios rerum administratores, vel officia spiritualia habentes, raro aut nunquã dare administrationũ suorũ rationẽ, nõ sine suspitione infidelitatis, cui ꝑma gna datur occasio, vnde res ecclesiarũ diffluunt, & quæ à maioribus ad ornatum ecclesiarũ magnis studiis cõgesta sunt, negligentia & fraude posteritatis turpiter dilabuntur. Idcirco statuimus & ordinamus, vt Collegiorum & Monasteriorum officiarij, quibus status administrandorum & dispensandorum bonorum ecclesiasticorum committitur, iureiurando promittãt, se velle ea fideliter conseruare, tractare & ministrare, ac quotiescunque petuntur dare rationem, & ea quę rationes consectari debent. Diem autem certum computandi Decanus & Capitulum eis præfigant, sub pœna suspensionis ab officio, & emolumentorum perceptione. Ad hęc ordinamus, ne facilè vbi sunt idoneæ personæ, vni plura quàm vnum officia committãtur, nisi sint natura connexa, aut pervnum officia committãtur, nisi sint natura connexa, aut personæ paucæ, vt valeat vnius industria tanta, vt pluribus suffi-cere possit. Statuimus quoque, vt iuxta Constitutionem fœlicis memoriæ Vuigboldi Archiepiscopi, antecessoris nostri, laici prouisores parochialium Ecclesiarum, qui pro conseruatione ædificiorum, luminarium, & comparatione ornamẽtorum, instituuntur, nihil ordinent vel disponant, absque cõsilio sui plebani, cui bis in anno teneantur reddere rationẽ, vt si quid inordinate egerint, pro vtilitate Ecclesiarum, prout secundum Deum & conscientias suas videbitur expedire, corrigatur, atque reformetur.

Vt campanarij seu custodes religiosè officia sua exequantur.

DElatum quoque ad synodũ est, campanarios, seu custodes quosdã, quos alij matricularios vocant, tam parochialium, quam collegiatarum ecclesiarum qui pallas, mappas, vestes sacras sordide & irreuerẽter seruant, peragũtque ministeria sua ꝑplixis barbis horridi, ac nulla religionis veste à plebeis discreti: Statuimus igitur ne liceat cãpanariis seu matriculariis nutrire barbam, aut in veste laica in ecclesiis circuncursitare, sed ministeria sua in superpelliceis exhibeant, linteáque Ecclesiæ & Sacrarij, vt mũda sint, diligenter asseruent. De eorum verò lotione, quæ pertinent ad vsum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſacrorum,illos admoneant ſedulo, quibus hæc cura incumbit qui talium ablutionẽ fieri procurẽt per eos, quibus hoc per canones licet:ſub pœna ſuſpenſionis ab officio & emolumentis,donec pareant.

De benedictione fontis & paruulis tempore paſchali baptizandis.

INoleuit grauis abuſus in Collegiis quibuſdam,qui tẽpore paſchalis officij aquã omnib⁹ baptiſmi cęremoniis benedicunt,quã poſtea affundunt: Statuimus propterea, vt nullũ fontẽ ſeu aquã,Collegia poſthac conſecrent,cuius nullus eſt vſus,ſed cæremoniis & benedictionibus vtãtur, apud illum fontem Parochiæ ſuæ,quẽ intra Collegij ſepta, aut in proxima vicinia habent.Et vt orationes & cæremoniæ ſolẽnes,quæ tempore paſchali,& Pentecoſtes,baptiſmo adhibentur,habeant res eis reſpõdentes:Statuimus vt paſtores & cõcionatores adhortentur populum,vt paruulos natos inſtante feſto Paſchæ,ſeruent baptizandos in vigiliam Paſchæ,& natos feſto Pentecoſtes inſtante ad feſtum Pentecoſtes vſque ſeruentur:ſi tamen nullum immineat vitæ periculum.

Vbi & quibus horis debeant paruuli baptizari.

DEteſtanda eſt non minus laicorũ ſuperbia,quàm Paſtorum eis obſequentium adulatio:qui contempta Eccleſia ꝑples ſuas volũt in ſuis domibus baptizari,&eò baptiſmi aquã deferri.Quẽ abuſum prorſus reſcindere volẽtes, ſtatuimus,neminem alibi quàm in Eccleſia, quocũque loco natus ſit,debere baptizari,exceptis Regũ filiis,&c.quibus valeat ſecundum Concilium Viennenſe deferri.Paſtores verò, qui ſecus fecerint,ab officio ſuſpendimus, donec abſolutionem à nobis obtineant.Similiter multos abuſus &leuitates, quæ paſsim apud digniſsimum illud ſacramentũ admittuntur,amputare cupientes,prohibemus paruulos tempore pomeridiano baptizari,ſed quando ieiuni & ſobrij ſunt homines,& ad res tantas attenti.Si verò pauca ſint in ciuitate aliqua Baptiſteria,& multi baptizandi,poterunt reſidui,qui apud ſacrum matutinale baptizari commode non poterant, tempore pomeridiano baptizari.Et ſi adſit digna populi frequentia,Paſtor eos de baptiſmi myſteriis doceat:preſertim, vt cogitẽt quanta ſit Dei miſericordia peccata abluentis, & nos in ſuos filios adoptantis.Præterea vetamus,ethnicorum more,ab hoc ſacramento magna conuiuia inſtruere, epula-

214
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ri,& ebrietate(vt paſsim homines parum Chriſtiani faciũt) omnia miſcere.

Quod non liceat religioſis ſuſcipere in fonte baptizatos, aut nuptiis intereſſe.

QVanuis religioſis omnibus interdictum ſacris Canonibus ſit,ne paruulos in baptiſmo ſuſcipiant,aut nuptiarum conuiuiis interſint paſsim tamen hi Canones negligũtur & Religioſi ad paruulorum ſuſceptionem & nuptias inuitantur, vnde ſuſpecta plerunque naſcitur & alitur familiaritas,& aculei nonnunquam in pectoribus relinquuntur:qui vt fortè vbi arcta eſt cognatio , vel ſenectus emortua deſint, tamen nocet exemplum iunioribus propoſitum.Idcirco Abbatibus,Prioribus,& Religioſis quibuſcũque, ſuſceptionem paruulorum in baptiſmo,& nuptiarum cõuiuia plenè interdicimus , quantauis neceſsitudine vel paruulis vel deſponſatis iungantur.Contrarium facientes,pro tranſgreſsione & ſcandalo dato ſeuera pœnitentia decernimus caſtigandos.

Comœdias quatenus liceat in Monaſteriis ludere.

PErcipimus Comœdiarum actores quoſdã, ſcœna & theatris non contentos, tranſire etiam ad Monaſteria monialium,vbi geſtibus prophanis,amatoriis,& ſecularibus cõmoueant virginibus voluptatem. Quæ ſpectacula,etiam ſi de rebus ſacris & piis exhiberentur,parum tamen,boni,mali verò plurimum relinquere in ſanctimonialium mentibus poſſunt,geſtus externos, ſpectantibus & mirantibus , cæterum verba non intelligẽtibus. Ideo vetamus & prohibemus poſt hac vel Comœdias admitti in virginum monaſteria,vel virgines Comœdias ſpectare.

Abuſus populi in audiendis Miſsis quomodo coercendus.

ANimaduertentes populum & rudem ſimplicem religionis antiquæ & verę ignarum,actiones,pro nullas in Miſſæ ſacrificio,pręter hoſtię ſacroſanctæ oblationem obſeruare:& hinc abuſum natum in ciuitatibus vbi multę celebrantur miſſæ,vt ab altari ad altare diſcurrant,nulli ſacrificio plene intenti.In oppidis verò & pagis cœmiteria circumambulent,& de rebus nonnunquam prophanis tractent,donec detur ad hoſtiæ eleuationem ſignum,qua vel è longinquo cõſpecta ac ſalutata,putẽt ſe hominis Chriſtiani officio abũde perfũctos.E ſalute fore populi fidelis exiſtimauim⁹,ſi hoc vi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tium gládio ſpiritus exſcinderet. Idcirco Paſtoribus & verbi diuini concionatoribus omnibus iniungimus ac mandam⁹, vt vbi irreligioſus hic abuſus irrepſit, frequenter doceāt populum de tremendis atque adorandis miſſæ myſteriis, iuxta ſanctorum patrum doctrinam, & ea quæ in declaratione Cęſareæ Maieſt. de miſſa traduntur: & quòd Chriſtianorum ſit integro Sacro auſcultare, quo participes fiant confeſsionis, quam ſacerdos pro tota plebe facit, & omnium orationū, & benedictionis qua eos dimittit.

Et ſi quidē peccat ea in re tota, vt alicubi, ſit ruſtica cōmunitas, cenſemus Præfectū loci requirendū, vt abuſum talem coerceat ac prohibeat. Qui ſi forte hoc facere recuſet, prohibemus omnibus Paſtoribus, Vicecuratis, & animarum curatoribus quibuſcunque, ne quis eū abſoluat, aut ad Sacramētorum perceptionem admittat, niſi certa fide polliceatur, ſe velle regulis iſtis eccleſiaſticis obtēperare. Si verò paucorum iſtud vitium eſt, & moniti non emēdent, cera, vel rebus aliis ad Eccleſiæ ornatum, vel pauperum ſubuentionem pertinētibus, pro arbitrio Paſtoris & edilium mulctentur.

Et ne cui deſint pietatis ſub Miſſa exercitia, dabimus piis quibuſdam & eruditis viris negotium conſcribendi diuino huic officio congruentes meditationes & orationes, pro populi ſimplicis captu, quas vel ipſimet legentes intra ſe reuoluant, vel è Parochi frequenti inſtitutione addiſcant.

Quando & vbi conueniat ſimul plures Miſſas dicere.

MEntem ſequentes formulæ, ad quā Reformatio inſtituenda erat, Ordinamus, vt in Eccleſiis Parochialib⁹, ad quas potiſsimum confluere ſolet populus in vnū collectus, & in minoribus Collegiis ac Monaſteriis, ſacerdotes, quibus dicendæ ſunt Miſſæ ſpeciales eas finiant ante ſolennis miſſæ euangelium, aut ad ſummum ante actionē, aut ab eius communione facta incipiant, ne populus in diuerſa diſtrahatur. Vbi verò amplæ ſunt Monaſteriorum vel Collegiorum Eccleſiæ, ſic in Oratoria diſtinctæ, vt in locis diuerſis diuerſus accipiatur populus, nec poſsint vni miſſæ commodè omnes eſſe intenti, poterunt ſingulis populorum turmis ſingulæ miſſæ celebrari, quibus vnuſquiſque populus ſit intentus: ſub Concione autem, nulli ſacerdotum liceat in Eccleſia illa miſſam celebrare.

115
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

De oblationibus in Missa faciendis.

VAria fuerunt olim in lege veteri sacrificia & oblationes Christi perfectum sacrificiū præfigurantes, quas vnica Christus hostia in crucis ara cōsummauit, semetipsum pro nobis offerens. Hæc est hostia sempiterna, quam eandē in Missa sacerdos eorum omniū nomine, qui Christū pro se oblatum cupiunt, offert ac sistit ante patrem. Fuerunt & aliæ Primitiarū, Decimarum & liberalium votorum oblationes, quibus in Ecclesia, præter sacrificia spiritualia, mactationis vitiorum, gratiarum actionis, laudis & seruitutis, quæ diuinę maiestati debetur, successerūt etiam rerum temporalium ad vsum ministerij necessariarū oblationes, quas olim in primitiua Ecclesia magnis studiis offerebant in Missa, quo suffragiis eiuscemodi sacerdotes & Ecclesię ministros sustentarēt. Vnde adeò locupletatæ sunt initio Ecclesiarum res etiā persequutionis tempore, tanta copia, vt post sacerdotum & ministrorum alimenta, partiti sint eas etiam in alimenta viduarum, orphanorum & pauperum: in vestes itē & vasa ministerij, ornatum & fabricam Ecclesiarum: de quibus extant adhuc antiqui Patrum canones, extant quoque orationes, quas Secretas appellamus, sub Offertorio Missæ, quibus oblationes populi Deo commendātur. Qui mos offerendi semper fuit in populo fideli retentus ad nouissima vsque ista secula. Verum res tam altæ originis & ratione tam sancta subnixa iam tota propè abire cœpit in desuetudinē, hominibus piis causam & originem offerendi, ad altare ignorantibus, & impiis cupiditate sacerdotum vsum illum introductum calumniose asserentibus. Quamobrem diuini verbi concionatoribus, illis præsertim, qui de oblationibus populi non participant, ad cupiditatis speciem tollendam, præcipimus, vt populo veritatem rei istius & vtilitatem exponant, hortentúrque omnes sequi maiorum studia, vt vel exigui munusculi oblatione, suam pro rebus à Deo acceptis ostēdant gratitudinē, quo etiam preces illæ in eos conquadrent: inculcéntque eis, quod Deus non tam ad dona, quàm ad voluntatē & mentē piorum respiciat, quanquam locupletes & diuites conuenit esse liberaliores, quo gratitudinis signū de se ampliores præbeant, & testentur, sed deo ad dei honorem & cultum habere, quicquid habent.

De oblationibus pro defunctis & exequiis pomposis prohibendis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

CVm mortuus ſit Chriſtus pro viuis & defunctis, offertur etiam in Miſſa, non tantum pro viuis verumetiam pro defunctis. Quod rudes, & Sadducæis craſsiores homines ignorãtes, neque orant, neque ſacrificiũ expetunt aut exequia aut iuſta pro parẽtibus, liberis, cognatis, & amicis p. ſoluunt: nõ aliter ſanè, quàm ſi cum corporibus ſimul & animæ extinguerẽtur. Mandamus idcirco, vt verbi diuini Concionatores populum hac de re diligenter ac piè informent & doceant, ne animæ amicorum in Chriſto defunctorum, ſuffragiis orationum & oblationis Chriſti fraudentur. Qui modus ſemper fuit retentus in Eccleſia, atque etiam ante Chriſtum apud Iudæos celebris. Neque enim ex vnico Machabęi facto concluditur, ſanctum eſſe pro defunctis orare, & ſacrificium offerre, vt à peccatis ſoluantur, ſed quoniam ita pij & de vera fide inſtructi Iudęi, abſque hæſitatione credebant: verum non probamus propterea pompoſos & ſumptuoſos apparatus ſupra hominis conditionem, quivalent ad oſtentationem potius opum quàm vt defuncto ſuffragẽtur. Improbamus comeſſationes & ebrietates, quibus poſt exequias quidam indulgent, quaſi mortuorũ amicorum memorum memoriam vino abluere velint, vbi potius eadem via ſequendum eſſe cogitare debebant.

De proceſsionibus in quibus ſacra Hoſtia cũ Imaginibus ſanctorum circumfertur.

Patres dant & alias Proceſsionum rationes, quarum præcipua eſt fideles quando prælata cruce pcedũt extra eccleſiam & ad eã reuertuntur, admoneri imitationis

NIhil prope tam ſanctum eſt, quod ſecularium hominũ vanitas nõ trahat in abuſum: Eccleſia de theſauro Corporis Chriſti exultans, circũfert longis Proceſsionibus etiam extra ſacras ædes Hoſtiam illam ſalutarem, videlicet ſimul repręſentans itineris Chriſti hiſtoriam, qui dum quæreret ſalutẽ noſtram in medio populi verſatus eſt, & vniuerſam Iudæam circumambulauit docens & ægrotos ſanans, diſcipulis comitantibus: quãobrem & ſanctorum reliquias & imagines eorum, qui veſtigia eius ſecuti ſunt ſimul circũferi mus: Significãtes illos cũ ipſo regnare, & triumphare in cœlis. Quæ memoria debet piis eſſe iucũda & læta. Verũ huc ſe cularis ſtultorũ hominum vanitas irrepſit, & adhibẽtur etiã ludi prophani & ſcurriles, magno ſtrepitu, ac quaſi ad bellũ procedendũ eſſet tympana pulſantur, & otioſa ſpecula edun tur, rebus iſtis non congruentia, quibus populus delectatus, à rebus quæ proceſsione agũtur, auocatur. Mãdamus idcirco,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Christi, qui de sũmo cælo egressus in mundum, per crucẽ regressus est in gloriam patris, iuxta illud quod in peregrini specie ipse de se ĩ Emaus ait: Nõne oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriã suam.

vt iuxta Cæs. Maiestatis reformationem, quicquid non valet ad deuotionẽ excitãdam à processionibus remoueatur: Sed sint processiones cõpositæ, graues & modestę, absint risus, loci, & confabulationes, & orent homines, aut suauiter corde & voce modulentur: nec beatæ Virginis aut alterius cuiuslibet Sãcti, plures quàm imago vna vniuscuiusq; circũferetur, ne videamur magnas & paruas, cultas & incultas statuas inspicere, & nõ sursum mẽte in cœlũ subducta, rem significatã potius cogitare. At vbi populus vanus noluerit abusum hũc corrigere, & insolentiã prohibere, Mãdamus & præcipimus sacerdotibus & clero, ne talibus processionibus intersint, vbi iram Dei non vero misericordiam in nos prouocamus.

De stationibus & supplicationibus.

QVantum in processionibus festiuis peccat turba populi, tãtum in stationibus & supplicationibus solet cler⁹ peccare, & populũ deuotũ nudis interdũ plãtis & capitibus incedentẽ, sua insolentia, confabulationibus, cachinis, incõpositis moribus & discursibus scandalizare, Præcipimus idcirco, vt in omnibus cuiuscunque generis processionibus, clerus exemplis bonis populum ædificet, & aut oret, aut cantet, cũ grauitate per plateas incedẽtes, nec dilabantur ad tentacula, nec in Ecclesiis, dum sacrum in stationibus peragitur, deambulent, aut cõfabulentur, sed choro omnes intersint, habeántque singuli decani & seniores ad iuniores respectũ, puniantur transgressores pœnis quas Decanus iniungit.

Vt distributionum non sint participes qui officiis integris non interfuerint.

NOn minori populi scandalo Clerici quidã quãdo sunt pingues distributiones. Chorum ad breue tantũmodo tẽpus, quo sui præsentiã testentur, ingrediũtur, nec officiũ totum persoluunt, sed cõtinuo egressi chorũ, aut obambulant in Ecclesia vel eius immunitate, aut ad aliam in qua simul beneficiũ habẽt cæleri transitu se proripiunt, vbi similiter testentur se fuisse præsentes: quo duarum Ecclesiarũ distributiones pro eodem officio integras percipiant, cum in nulla ecclesiá officium integrũ persoluerint, manifesto indicio se pecuniæ, nõ Christo aut Ecclesiæ seruire, vt ter peccẽt primum cupiditate, deinde cultus diuini negligentia, tertio exemplo prauo, quo populum scandalizãt, vt transgressionẽ Canonum prætereamus. Etenim in Concilio Chalcedonensi statuerunt Patres, ne quis clericus in duabus ecclesiis inscri-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

beretur aut miniſtraret, nec communicaret prioris eccleſiæ rebus, qui ad ſecundam tranſiret. Quamobrem ſtatuimus, vt illi ſoli qui horis diuinis aut defunctorũ exequiis ſeu memoriis à principio ad finem vſque interſunt, idq; in habitu qualem tẽporis & perſonæ conditio requirit, diſtributiones percipiant, niſi iuſta cauſa ſit, quare ante officium finitum diſcedant aut tardius ipſum accedant. Nolumus tamen hac conſtitutione priuilegio Prælatorum derogatum.

De proceſſionibus ruralibus.

DEcanis ruralibus committimus, vt ruri vbi maior eſt abuſus per ſuas regiunculas paſtores adhortentur vt ad prædictum modũ ſuas proceſsiones inſtituant, nec vagi & incõpoſiti per agros diſcurrant, & prẽſertim rogationũ tempore, quando Deum pro miſericordia & frugum conſeruatione imploramus, tranſgredientes paſtores aut ipſi in Synodis ſuis corrigant, aut viſitatoribus noſtris indicent.

Vt paſtores rurales Decanis ſuis obediant.

QVod p̃cipit Apoſtol⁹, omnes Præpoſitis ſuis, quorũ eſt vigilare ꝓ animabus eorũ ad reddendã Deo rationẽ obediãt atq; ſubiaceãt, intelligãt paſtores rurales, non ad laicã modo turbã, ſed etiã ad ſe ꝑtinere, qui Debẽt Decanis ſuis in licitis & honeſtis omnib⁹ reuerẽter auſcultare & parere, & ęquũ eſt, vt obediẽtiã q̃ ab inferiorib⁹ ſuis tãquam chriſti vicarij exigũt, ſuꝑioribus exhibeãt. Prẽcipimus ob id vt viſitatores de obediẽtia, quã mauult De⁹ quàm ſacrificiũ, potiſsimum inquirant, nec ſinant inobedientiam impunitã.

Ne magiſtratus Seeulares Decanis & Paſtoribus in officiorum ſuorum executione ſint impedimento.

ACcepimus Magiſtratus ſeculares quoſdam & Principũ prẽfectos, munera eccleſiaſtica inuadere, ac tyrãnidem in chriſti ſacerdotes & clerũ exercere, cogere poſtores vt præter Eccleſiæ catholicæ conſuetudinẽ, ſubditos ſub duplici ſpecie communicent, & cæremonias piè inſtitutas abrogent, Quos ſchiſmaticos, atque cum chore, Dathan & Abiron, quos terra deglutiuit, æternæ maledictionis obnoxios eſſe, è ſacra ſcriptura diſcimus. Alios quoſdam accepimus impedire Decanos rurales, quo minus poſsint officia & iuriſdictionẽ ſuã exercere, ſynodos liberè celebrare, & exceſſus corrigere, ſed iudicium hoc vendicare ſibi, qui & ipſi intelligant ſe excommunicationẽ à iure & canonibus latã, incur-

214
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rere: Quos excommunicatos totius Cõcilij authoritate (vbi præmoniti non abstinuerint) pronunciamus & declaramus. Volumus quoque vt visitatores tales ecclesiasticę disciplinę, ac libertatis violatores atque oppressores, ad nos provlteriori eorum persecutione perferant, quos si nostrę ditionis fuerint, pro malis meritis plectemus: sin alterius eorum Principibus, aut Cæsareæ Maiestati plectendos denunciabimus.

Ne Magistratus seculares onerẽt domos religiosorum, & eorum personas seruitiis secularibus.

PEruenit ad sacrum Conciliũ, perfectos quosdam in religiosarum sororũ domos irruisse, & fractis per vim foribus occupasse, atque in granaria sua cõuertisse earum officinas, quinetiam religiosas ipsas sororesmagna seruitute opprimere, compellere frequẽtius monasteriis suis egredi in arcem vbi eas domesticis suis seruitiis grauent. Quam indignitatem sacri canones grauissimis censuris damnant, nec dissimulare absq; magno reatu nos possumus. Proinde hos tales vbi res ita aguntur, cum toto Concilio, pronuntiamus anathema violatæ immunitatis ecclesiasticę incurrisse. Commitimúsque Visitatoribus nostris, vt de facti enormitate inquirant, quo de remedio vlteriori possimus cogitare.

Ne coloni Ecclesiarum seruitiis indebitis grauentur.

AD hæc pręcipimus & mãdamus vniuersis Magistratib⁹ & Præfectis fidelibus, ne cõtra iuris dispositionẽ, Ecclesiarũ colonos, seruitiis & impositionib⁹ grauẽt, sed iuxta Cæs. M. Reformationẽ sacros canones, & Imperatorũ leges, libertatẽ, priuilegia, & ĩmunitates Ecclesiasticas cõseruẽt eis illibatas: si anathema & animæ dãnationẽ velint euitare.

Ne iudices seculares clerum iudicialibus impensis vltra æquitatem grauent.

PErlatum est in Concilium, seculares quosdã iudices, prauo & nusquam gentium audito exẽplo, ab annis paucis introducto, exigere à clero, si quãdo clericus vel religiosus ratione bonorũ ecclesiasticorum, vel aliis de causis, laicũ in suo foro conuenit, impensas duplicatas, vt vbi laici actores vel rei dant simplum, clerici & religiosi (si velint iustitiã sibi administrari) duplum soluere cogantur. Quod profecto iniquũ est grauamen, & tã rationi rectæ quàm legibus Imperatorũ, & sacris canonibus, grauamina à clero depellentibus, aduersum. Proinde statuimus & ordinam⁹, ne liceat vllis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Iudicibus vel Scabinis,quicũque illi ſint,clericos & religioſos impẽſis maioribus quàm laicos grauare,aut ad dupli ſolutionem eos quocũque prætextu cogere, vbi in cauſa ſimili dat laicus ſimplum, ſub cenſuris contra eos qui exactionibus & oneribus clerum grauant,decretis.

Ne clandeſtina coniugia contrahantur & tolerentur.

SAepius experti quãta mala ex clãdeſtinis coniugiis oriãtur,qualia ſunt periuria,ſtupra virginũ,adulteria,homicidia,parentũ amicorũ offẽſiones,exhęredationes, vt p̃teream⁹ ea quę Cæſa.M.Reformatio piè & chriſtianè cõmemorat,Decreuimus& ſtatuimus,vt clãdeſtinè cõtrahentibus tãtis p̨ ſacramẽta negẽtur,donec ab excõmunicatione à Iudice cõpetente abſoluãtur,atque ita in facie Eccleſię ſacramẽti ſolẽnia celebrẽt. Idem ſtatuim⁹ de incolis & aduenis illis de quibus ſuſpitio eſt eos in facie eccleſiæ non eſſe coniũctos: qui aut matrimonij ſolẽnesritus in Eccleſia celebrẽt,aut alibi id ſe feciſſe idoneis teſtimoniis probẽt. Dũ verò huius gratia ad eccleſiã cõuenitur,& qui iungũtur benedictione ſacerdotali ſe ſubmittũt,abſit omnis leuitas & iocus ſecularis,ſed cũ Dei timore cogitent quale ſit vinculũ quo colligantur,& quod Deus ſit qui eos cõiungat,vt diſcãt in Chriſto nubere, cuius gratia & dono thorus ĩmaculatus datur & cõſeruatur.

Quod matrimonium debeat procedere trina proclamatio,& nemo niſi à Paſtore ad quem hoc pertinet coniungi.

FIt ſæpè,vt dum Paſtor alter alterius ouile inuadẽs,copulat virũ & fœminam ſibi non ſubditos,abſque Epiſcopi licẽtia,vt vnus fiat duarũ maritus,& cõtra vna multorũ vxor. Ideo ſub pœnis & cenſuris canonicis,ſtatuimus & ordinamus, vt nemo parochus vel presbyter auſit ſibi non ſubditos copulare,niſi ſit alter alterutri⁹ parochus proprius & paſtoris alterius dimiſſorias literas acceperit,nec niſi in vtriuſque parochia,trinæ proclamationes tribus diebus feſtis à ſe inuicem diſtantibus,ad populi frequentiam, præceſſerint.

Quod non debeant ſponſus & ſponſa coniungi, niſi in eccleſia & tempore ab eccleſia non interdicto.

SVperbiam eorum qui Eccleſiam Dei contemnunt,reprimere volentes,Mandamus & præcipimus vniuerſis parochis & presbyteris,ne quis alibi, quã in Eccleſia publicè poſt miſſam auditam iungendos matrimonio copulet , nec alio tempore quàm iura permittãt,ſub pœna ſuſpẽſionis ab

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Tertull. lib. 2.

officio, quam ſacerdotes mandatum hoc prætergredientes incurrãt: nec volumus per officiales noſtros, cum quouis, niſi ex cauſis grauiſsimis, & vrgẽte magna neceſsitate, diſpẽſari.

De communione & confeßione ſacramẽtali.

PErlatum eſt in concilium multos reperiri atheos homines, qui ſacrã cõmunionem ab annis aliquot à ſuo parocho nõ perceperint, quos veriſimile eſt vel non cõmunicaſſe, vel alibi clãculum apud ſe ſchiſmaticos communicare. Quoſdam etiam adire ſacram Synaxim, de quibus non conſtet vtrũ ſint confeſsi peccata ſua, abſoluti, an ſecus. Statuim⁹ idcirco, vt quicunque chriſtiano nomine volunt cenſeri, ſemel vt minimum in anno accipiant à ſuo Parocho ſacram cõmunionem, ſecundum catholicæ eccleſiæ ritum, ſub vna tantum ſpecie. Et vel eidem prius confiteantur, vel ſi de eorũ confeſsione probabilis eſt dubitatio, teſtimonium adferant, ꝙ alibi ſint cõfeſsi & abſoluti. Alioqui viuẽtes ab ingreſſu Eccleſiæ arceãtur, & mortui, eccleſiaſtica careant ſepultura.

Ne fratres quatuor ordinum audiendis confeßionibus ſe intromittant niſi ſint præſentati.

EXploratum habemus quoſdã è fratribus quatuor ordinum mẽdicantium iuuenes, imperitos, & inexpertos ſacerdotes, fiducia priuilegiorum ſuorũ audire paſsim cõfeſsiones, & quoſlibet paſsim abſq; iudicio & diſcretione caſuum, quam nullam nouerũt, abſoluere: cui periculo obuiare volentes, præcipimus, ne quis fratrum ordinum mendicãtium, confeſsiones audire prẽſumat, niſi legitimè & ſecundũ formam iuris, nobis vel comprouincialibus Epiſcopis præſentatus, & de iſtis quæ ad officium illud pertinent, probè informatus ſit, & iudicatus idoneus. Quod ſi Priores & Guardiani nõ compulerint ſuos fratres ad ordinationis huius obſeruãtiã, & diſsimulauerint, tales nouerint ſe ab omni miniſterio Eccleſiarum noſtrarum cum ſuis fratribus ſubmouendos. Ne verò habeant, quod de præſentatione querantur, has gratis, ſalua Scribarũ moderata mercede, eis impartiemur.

De pœnitentiariis Epiſcopalibus.

INſuper, vt cõſcientiis ſcrupuloſis cõſulatur, ac facilior pateat omnib⁹ ad veniam & abſolutionẽ peccatorũ aditus, ordinamus noſtros in hac diœceſi pœnitẽtiarios, qui facultatẽ habeãt ſibi cõfeſſos ab omnib⁹ caſib⁹ nobis de iure vel per ſtatuta Synodalia reſeruatis, in foro cõſciẽtię abſoluẽdi.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

In primis Reuerendum cyrenenſem Epiſcopum, noſtrum in pontificalibus vicarium. Deinde metropolitanæ Eccleſiæ noſtræ presbyteros, canonicos, Theologos, omnes quoque intraneos & extraneos collegiorum, & ruralium paſtorũ decanos, & quatuor primarũ parochialium Eccleſiarum in colonia paſtores: ſcilicet Martini, columbæ, Laurentij, & Albani: Priores quoque quatuor ordinum mendicantium, & prętereа ex ordine Prędicatorũ fratrẽ Georgiũ de Tremonia: ex ordine Minoritarũ fratrẽ Vuinãdũ ab Effren, Licent. theologię: ex ordine carmelitarũ fratrẽ Vuilhelmũ à Blatzhẽ: ex ordine Auguſtinenſiũ fratrẽ Hẽricũ à Vuyerd. Præterea addimus in maiori noſtra Eccleſia venerabilẽ Licẽtiatũ theologiæ Ioãnẽ Lunẽ, Ioannẽ Lãb, decretorũ doctorẽ, Ioannẽ ab Heĩſberg theologię licẽtiatũ, & Gotfridũ Ditmarũ ab Hagẽ.

De confeſſoribus ſanctimonialium.

VOlẽtes cõſulere infirmitati ſanctimonialiũ, quas nonnũquã pudor vel metus retinẽt à confeſsione libera quando ad vnũ tantũ patrẽ vel cõfeſſorẽ eis familiariter notũ, alligãtur vnde fit, vt ſæpè non integrè, ſed vix vnquam liberè conſcientiã ſuã exonerẽt: & tamẽ ad ſacroſanctã cõmunionẽ ſtatutis tẽporibus cũ aliis accedãt: clemẽter indulgem⁹ & cõcedim⁹, vt ſanctimonialib⁹ bis aut ter in anno fiat poteſtas, alij q̃ ſuo presbytero cõfitẽdi, ab ordinario loci deputãdo, niſi ꝑpitius eorũ viſitator aut cõmiſſarius huic rei prius ꝑuiderit.

De contemmentibus ſacram Vnctionem.

RElatum nobis in concilio eſt, impios quoſdam homines infirmitatis ſuæ tempore vnctionem ſacram reſpuiſſe ac contempſiſſe, quamobrem ſtatuimus vt ſi quis ſacramẽtum illud nobis ab apoſtolo Iacobo tantopere commendatum contempſerit, eccleſiaſtica careat ſepultura.

Eſt quoq; in obſeruatione dierũ feſtorũ multa varietas, de qua in proxima ſynodo noſtra diœceſana ſtatuemus. Eaverò quæ hic conſtituta ſunt, iudicio ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, & Oecumenici cõcilij, vt oĩa noſtra reuerẽter ſubmittim⁹: nec ꝑ ea ſacris canonib⁹, Traditionib⁹ eccleſiaſticis aut reliquis maiorũ noſtrorũ ꝑuincialib⁹ & diœceſanis ſynodalib⁹ cõſtitutionibus volumus derogatũ: Poteſtatẽq; ꝑmiſſa oĩa & ſingula interpretãdi & declarandi, quoties opus fuerit, & viſum erit expedire, nobis reſeruamus. In cuius rei fidẽ & teſtimoniũ ſigillũ noſtrũ pręſentibus eſt appenſum. Datũ in Metropolitana Eccleſia noſtra colonien. 6. Aprilis, An. D. 1549.

21 9
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ACTA ET DECRETA SYNODI DIOECESANAE COlonienſis, Anno Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo nono, ſecunda Octobris celebratæ.

REVERENDISSIMVS IN CHRISTO Pater, & illuſtriſſ. princeps, & Dominus D. Adolphus ſanctæ Colonienſis eccleſiæ Archiepiſcopus, Princeps Elector, Vueſtphaliæ & Angariæ Dux, Legatúſque natus, & cæte. Nobis ſuæ Reuerendiſſimæ Celſitudinis hac in parte Commiſſariis, cum plena & libera poteſtate infra ſcripta peragendi conſtitutis, Miſſa ad nos ſufficienti inſtructione, ſuo ſigillo communita, in mandatis dedit, vt ſacræ huic Synodo Diœceſanæ ad hunc diem & horam ex more indictæ & congregatæ ſuæ Reuerendiſſimæ Celſitudinis nomine intereſſemus, & hæc quæ ſequuntur, à Celſitudine ſua reuerendiſſima maturo conſilio deliberata, diffinita, & Decreta ꝓponamus, eáque propoſita, & (vt par eſt) recepta, ſimul cum ipſa Synodo executioni debitæ mandemus.

TNitio, vt ſacra Synodus intelligat quibus ex cauſis Reuerendiſſ. ſua Celſitudo remorata fuerit & impedita, quo minus ſui prouin. Concilij, nuper ſe præſidente in hac ſua Metropolitana Eccleſia, ſuo Capitulo & legatis ſuorum Comprouincialium Epiſcoporum, necnon prælatis & vniuerſo Clero ſuę diœceſ. ſibi conſedentibus & aſsiſtentibus ſolẽniter celebrari, Decreta & conſtitutiones, ſalubriter & efficaciter hactenus exequi potuerit: exiſtimat ſanè Celſit. ſua, ſacram Synodum bene meminiſſe, quomodo in ipſo prouin ciali Concilio (cum iam ferè ad calcem illud perductum eſſet) prudenter in medium id allatum, expenſum, atque ab omnibus probatum fuerit, nempe quam plurimum referre, ſi Celſ. memorata Decreta, licet iam cõmuni aſſenſu vniuerſi Concilij ſui Prouin. piè & maturè conſtituta, inuictiſsimo tamẽ ac religioſiſsimo Imperatori, Karolo V. D. noſtro cle-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mentiſſ.veluti ex cuius Reformationis formula,ſtatibus eccleſiaſticis in comitiis Auguſtanis proximis propoſita,& ab eiſdem recepta,fluxerunt:ac ſimul etiam Reuerendiſſ.domi nis Nũciis ſanctiſsimi Domini noſtri Papæ, ſanctęque ſedis Apoſtolicæ (à qua omnis ipſorum Decretorum vis dependet)peruidenda,& ſicubi videretur,emendanda & approban da offerret quo illarum ambarum ſummarũ poteſtatũ approbatione,& authoritate interueniente,tanto fœlicius prodirent in publicum.

Hoc igitur ſalutare conſilium Reuerẽdiſsimus Dominus noſter inſecutus,quàm maximè ad ſe pertinere putauit , ne hæc authoritas ſuis Decretis prouincialibus,ſine qua forſan leuiora reputarẽtur,deeſſet.Sed cũ eius adhibitio,cum apud Reuerendiſsimos dominos nũcios , tum apud Cæſareã Maieſtatem,ob innumera,eáque quammaximè ardua Sacri Imperij:& ſuorum regnorum prouinciarum negotia,ſuæ Maieſtati incumbentia, & frequentem loci immutationem , in quarum vſque mẽſem extraheretur,factum eſt vt in memorata executione (quãuis iamdudum valde deſiderata)nullus potuerit citius fieri progreſſus.

Cæterum,cum iam proximis diebus Reuerendiſsimus dominus noſter,ex literis ad ſe,tum à Cæſare, tum à Reuerendiſsimis dominis Nunciis Apoſtolicę ſedis perlatis,non ſine magna animi voluptate & exhilaratione acceperit,ſępe memorata ſui Prouincialis Concilij Decreta , poſt eorundem diligentem & maturam expenſionem,veluti diuinis ſcriptu ris & ſacris canonibus memoratęque reformationi Auguſta nę per omnia conſentanea,in totum eſſe accepta & approba ta,ac præterea Cæſarem etiã motu proprio ſerium mandatũ decreuiſſe,quo in vniuerſum in omnibus in vniuerſa prouin cia ſuæ Reuerendiſsimæ Celſitudinis degentibus, cuiuſcunque etiam dignitatis,ſtatus,gradus,& cõditionis fuerint,nõ ſine cõminatione incurſionis grauiſsimæ indignationis ſuæ ſi contrarium à quoquam factum fuerit, demãdatur, vt his Decretis reuerenter pareant,& exequendis etiam eis ſe prębeant promptos,alacres,&paratos,quemadmodum idẽ Cęſareum mandatum poſtea ad celſitudinem ſuã Reuerendiſſimã tranſmiſſum,fuſius continet quod & huic Sacrę Synodo iamiam prælegetur . Profectò ſua celſitudo non diutius morandum rata , ſtatim eiuſmodi Decreta cum Cæſareæ

220
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Maieſtatis mandati profixione,æneis typis excudi, & in hac ſua Synodo rurſus publicari & diſtribui mandauit, vt ea publicatione via futurę Viſitationi,ad quam ſua celſitudo toto animo & conatu properat & feſtinat,per totam diœceſim ſuam,quàm primum omnino fieri poterit, peragendæ præſterneretur.

Et quidem rebus,Dei ſingulari fauore eo adductis,celſitudo ſua Reuerẽdiſſ.quam maximè ſane cupiuit,poſtpoſitis etiam, & à ſe reiectis(quatenus omnino fieri potuiſſet)aliis quibuſcunque& quamlibet grauibus negotiis,preſenti huic ſacræ Synodo perſonaliter intereſſe,vt ſuper omnibus rebus ad executionem Decretorum,eiuſmodi faciẽtibus,& ad Viſitationem præparatoriis,tanto maiori cum authoritate ſtatueretur, & his quæ adhuc deſiderantur:quoad eius fieri potuiſſet,ſuus quoq; legitim⁹ finis imponeretur. Verũ hęc meditantẽ Reuerendiſſ.celſitudinẽ ſuam, iam in Trãſrhenana ſua Diœceſi conſtitutam,quædam ineuitabilis neceſsitas,de improuiſo incidens,ſic obſtrinxit & circũſpexit, impoſsibile ei fuerit(niſi tamen eam Diœceſis ſuę partẽ grauiſsimè& irreparabili iacturæ implicare voluiſſet)ſe ad hanc ſuam Synodum repræſentare. Quamobrem ſua celſitudo, hoc nobis ante omnia impoſuit,quo abſentiã eius,apud vos omnes, ex cauſa eiuſmodi neceſsitatis inſuperabilis,excuſatam faceremus.Idcirco à vobisomnibus diligẽter ac impenſe petimus, quo excuſationẽ eiuſmodi,vt per ſe iuſtiſsima eſt,haud grauatè recipiatis. Nam & ne ob hanc ſuę celſitudinis abſentiã quid in præſentiarum à quoquam deſideretur. Mandari nobis facti amplitudine abunde ſarcitum eſt, vt prætereamus quod celſitudo eius etiã pollicetur ſe hanc abſentiam ſuam in Synodo hanc proximè ſequutura,ſua perſonali præſentia abunde repenſuram.

Mandato igitur ad nos ꝑlato ſatisfacturi,principio in medium exhibemus memoratæ cæſareæ Maieſtatis, Mandatũ in ipſo autographo,ſeu (vt vulgò vocãt)in ſuo Originali & autentica forma,vt à cæſare ipſo ꝓpriis digitis ſubſcriptũ & ſigillatũ eſt, ꝙ & publicè ꝑ aſtantẽ reuerẽdiſsimi dñi noſtri Secretariũ(quo in negotiis ſuis ſecretioribus quã maximè vtitur)prælegi,& vobis ſimul cũ Decretis cõcilij Prouincialis nuper licet in Prouinciali concilio prælectis,per eorundem iamimpreſſorũ exhibitionẽ, principiiq; & finis re-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

citationem & prælectionem,rurſus publicati mandamus.

Requirẽtes,omnes &ſingulos in eiuſmodi mãdato genera liter vel ſpecialiter nominatos,tam Eccleſiaſticas quàm ſecu lares perſonas cuiuſcunque etiam dignitatis,gradus,ſtatus& cõditionis fuerint,ſiue præſentes,ſiue abſentes, quatenus ei-dem Mandato cæſareæ Mai. vti Eccleſiæ catholicæ Summi Aduocati, & Religionis vnici Vindicis,ac Decretis Prouincialibus eo ipſo Mandato roboratis & communitis,humiliter & promptè p areatis , facturi & adimpleturi omnia quæ inibi facere iuſsi eſtis,modo pœnas in eodẽ Mãdato, necnõ in memoria Reformatione,& in ipſis Decretis Prouincialis concilij,,& ſacris canonibus comprehenſas, euitare velitis.

ET EXHIBITVM OSTENſum altáque voce prælectum & publicatũ eſt mandatum iſtud autographũ, & rurſus publicata Decreta ſolenniter, vt moris eſt, per Secretarium memoratũ in hæc verba, Carolus, &c. vti idem mandatum ad verbum Decretis concilii præfixum eſt.

Nũc vlterius ꝓgreſſuri ad Mãdati nobis facti adĩpletionẽ iubem⁹ per hui⁹ ſacrę Synodi Notariũ recitari cathalogũ eo rũ omniũ,ꝙ ad Synodũ hãc diœceſanã de iure vel cõſuetudine,cõparere ſunt obligati,vt lect⁹ quiſq; reſpõdeat ſe adeſſe.

Et factum eſt & ſignati præſentes,& notati abſentes.

cõſtituẽtes igitur nos,vobiſcũ,qui præſentes ꝓ veſtra debita & commendabili obedientia adeſtis,hanc ſacram ſyno dum,ex ſpeciali mãdato Reuerẽdiſſ.Domini noſtri,vosomnes & ſingulos,vobíſq; ſubiectos,Priores, canonicos eccleſiarũ parochialiũ rectores,vicarios,ac alias eccleſiaſticas ꝑſonas quas hęc res cõcernit,in dño monem⁹ & requirim⁹,vt ꝙcũque memoratę Reformationis Auguſtanę,veluti ad cuius executionẽ ipſa Decreta Synodi Prouincialis potiſsimũ ſpectant,nondum exẽplar aſſequutus eſt,illud ſibi intra dies.14

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

procuret habere:ſub pœna ſuſpenſionis ab officio & beneficio,ipſo facto incurrenda. Cæterum prælati & decani Chriſtianitatum,pro ſe & ſibi ſubiectis,ipſa Decreta Cõcilij Prouincialis recens impreſſa,ex ſingulari Reuerendiſſ.D. noſtri munificentia,iam aut intra pauciſſ,dies gratis accipient.

Secundo eodẽ nomine vos omnes & ſingulos abbates & prælatos Eccleſiarum , & in veſtra abſentia locum tenentes veſtros in domino hortamur atque etiã monemus & requirimus,vt in Capitulis veſtris Eccleſiis & Monaſteriis, hãc ob rem indicere obſtricti eritis,& obligati . Vos verò Decanos Chriſtianitatum,vt in Capitulis, ſeu ſynodis veſtris etiã proximis,de more indictis,præſentibus omnibus, qui adeſſe tenentur perſonis,vobis ſubiectis,tam Reformationem Cęſarismemoratã,quàm Decreta iſta prouincialia ab articulo in articulũ diſtincte relegatis,ſeu relegi & intelligibiliter pręlegi curetis, & circa ſingulos articulos quatenus illis in veſtris & vobis ſubiectis Eccleſiis ab omnibus ſatisfiat,diligẽter exploretis & indagetis:& facta exploratione , quatenus adhuc illis à quoquã ſatisfactũ min⁹ cõperiatis,in hoc authoritate vobishac in parte impartita,toti ſitis,vt illis fiat ſatis,vtq; ad illorũ præſcriptũ in veſtris Eccleſiis exigantur, & cõponãtur omnia ſub pœnis memoratis, alioqui ipſo facto incurrẽdis.

Cæterum,ſi quiſquam ex veſtro ſodalitio,ſeu ex ſubiectis vobis.Horum decretorum, vel alicuius eorum(competenti monitione pręmiſſa)peruicax magis contemptor,quàm obſequioſus adimpletor eſſe(quod abſit)velit ac pergat,ſeu ſi à ſecularibus poteſtatibus ac aliis quibuſcũque religionis Catholicæ,ſeu Cæſareæ maieſtatis parũ obſeruantibus,aliquod vobis circa executionem eiuſmodi, impedimentum vel obſtaculum offeratur,quodveſtra authoritate & opera amoliri nequeatis:Volumus,ac Reuerendiſsimi domini noſtri iuſſu vobis mãdamus,vt quicquid eius erit,ordine & diſtinctè,cũ relatione,ad articulos Decretorum, quibus temerè cõtrauenitur diligenter annotetis,ac intra hinc & feſtum Natalis domini proximè futurum,omnes quotquot eſtis,in primis Reuerendiſsimo domino noſtro:deinde vosDecani Chriſtianitatum ſinguli veſtris etiam archidiaconis , ſcripto ſignificetis & declaretis:vt Reuerendiſsima ſua celſitudo cum archidiaconis,veſtram impotentiam ea in parte compertam,adiuuent,aut ſi neceſsitas poſtulet ad Cæſarẽ,veluti ſummũ Exe-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cutorem à se mãdatorum,referãt. Qua vestra significatione & hoc efficietis,vt Reuerendissimus dominus noster,cognitis morbis, tanto certius & præsentius remedium in visitatione,ad quã se parat, adhibere opportune possit.

Quapropter & hoc nobis mandatũ est,vt consiliũ vobiscũ capiamus,quonam potissimum tempore, post decursa festa Natalitia Christi ꝓximè futura,quã maturrimè visitatio generalis ꝑ totã diœcesim instituí & inchoari,& quo ꝓgressu à loco in locũ continuari & peragi,quã cõmodissime possit.

Itidẽ,vt exploremus à vobis Decanis Christianitatũ,quãdo impossibile est visitatores per Reuerendissimum dominum nostrũ deputandos, ad singulas ecclesias,& loca sacra in hac ampliſsima diœcesi sita,proficiſci,neq; id vt fiat, res ipsa postulet: Quæ ꝓinde loca in singulis Decanatibus Christianitatum esse magis insignia,populosa,& visitationis indigẽtia existimetis,quo ad ea rectores singularum ecclesiarum parochialium,cũ vicariis & testibus Synodalibus, ex singulis parochiis vocari queant,ad visitationem illic peragendam.

Volumus quoq;,vt huius tũ faciendæ conuocationis,omnes & singuli parochi suos parochianos,è suggesto in tẽpore faciant, certiores quo de eligendis idoneis Synodalib⁹ testibus dispicere,ipsiq; testes Synodales crimina,excessus,& defectus,diligenter exquirere,notare,& animo concipere possint:ne si imparati veniant,tam visitatores,quàm seipsos inutili mora per exactionem dilationis fatigent.

Denique in mandatis habemus,vt vobiscũ super moderato numero eucctionũ,qui nulli Ecclesiæ(si tamẽ onera ęqualiter distribuantur)grauis esse queat,& procurationis canonicè debita exactione conferamus,& quo ad fieri potest conueniamus & concordemus:& vt vos Decani omnia nomina Rectorum ecclesiarum parochialium,in vestris decanatibus sitarum,nobis in scriptis detis, & qui canonicè instituti sint, & qui minus, & quæ sit illorum vita,mores, & doctrina, & de vestris quoque institutionibus,nos certiores faciatis.

Qua de re hinc Synodo ꝑacta,digressi,in domũ capitularẽ vos recipere nobiscũ velitis,super his & aliis quibusdã vobis proponendis,& ad executionẽ decretorũ prouincialiũ,plurimũ faciẽtibus mẽtẽ Reuerẽdissimi D.N.à nobis audituri & vestrã nobis vicissim exposituri,ad celsitudinẽ eius referẽdã.

Quod ad reliqua attinet,quę nobis iniũcta sunt,ꝓbè me-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

minit Reuerendiſsimus dominus noſter, multa ineſſe hiſce Decretis,quæ vberiorem prouiſionem requirant,multa quę celſitudo eius Capitulo & Comprouincialibus Epiſcopis,ac Clero ſuo in Prouinciali Concilio ſe daturam pollicita eſt. Sed quoniam perluſtratio illa Decretorum à Cæſare & Nũciis apoſtolicis facta,in multum tempus,vt pręmittitur,protracta eſt,non potuit celſitudo eius,eiuſmodi rebus pollicitis & vberiorem prouiſionem requirẽtibus,admouere citius manum,quàm calculum decretis iſtis adhibitum eſſe, quod primum intra pauciſsimos dies factum eſt,intellexiſſet.

Ergo quod celſitudo eius in hac Synodo præſtare non potuit,id totum ad Synodum,quæ hanc ſequetur,feria ſecunda poſt Dominicam inuocauit,anni ſequentis, milleſimi quingenteſimi quinquageſimi,celebranda (cui quoque ſe perſonaliter inter futuram Dei beneficio ſperat ac confidit)præſtituram & adimpleturam repromittit.

Operæpretium tamen,vnum quiddã inter alia multa,quę tunc expediri non potuerunt,ob diuerſitatem celebrationis feſtorum quæ in hac inclyta diœceſi hactenus nõ parum offenſionis peperit tollendam,in hac præſenti Synodo ſtatuendum eſſe decreuit,quæ feſta per totum anni circulum ſingulis quibuſcunque menſibus,tã à Clero quàm populo,ad Dei omnipotentis laudem poſthac ſolenniter ſint celebranda.

Igitur veſtigiis ſuorum Prædeceſſorum,& preſertim quõdam bonæ memoriæ Domini Henrici archiepiſcopi Coloniẽſis inhærendo,habita etiam diligenti cõſideratione,quid ſuper his in generalibus Conciliis, & iure cõmuni conſtitutũ olim ſit, & quid vniuerſali ritu in eccleſia catholica à piis omnibus vbiuis obſeruetur,authoritate ſua Archiepiſcopali vult,mandat,& ordinat,vt poſthac per Ciuitatem & Diœceſim Colonienſem feſta infra memorata ſolenniter obſeruẽtur & celebrentur.

In menſe Ianuario.

Circunciſionis Domini.
Epiphaniæ.
B.Agnetis virg. & martyris.
Conuerſionis ſancti Pauli.

In Februario.

Feſtũ Purificationis B. Mariæ virginis.
Cathedræ S. Petri apoſtoli.
Sancti Matthiæ apoſtoli.

In Martio.

Annũciationis B.Marię virg.

In Aprili.

Sancti Georgi martyris.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

In Maio.

Sanctorum Philippi & Iacobi Apoſtolorum.
Inuentionis ſanctæ crucis.

In Iunio.

Natiuitas.S.Ioãnis Baptiſtę.
Sãctorum Petri & Pauli apoſtolorum.

In Iulio.

Viſitationis beatę Marię virginis.
Beatæ Mariæ Magdalenæ.
Trãſlationis trium Regũ in ciuitate colonienſi tantum.
Sancti Iacobi apoſtoli.
S.Pãthaleonis,in ciuitate Colon.

In Auguſto.

Sancti Petri ad Vincula.
Sancti Laurentij martyris.
Aſſumptionis B.Marię virginis.
Sãcti Bartholomęi apoſtoli.
Decollationis S.Ioãnis Bapt.

In Septembri.

Natiuitatis Beatæ Marię virginis.
Exaltationis ſanctæ Crucis.
Sãcti Matthęi apoſtoli &Euãgeliſtæ.
Dedicatiõis Maioris eccleſię colonienſis, in die ſanctorũ coſmæ & Damiani, in ciuit. colon. celebrandæ.
Sancti Michaëlis Archãgeli.

In Octobri.

Sancti Gereonis.
Sanctarũ vndecim millium Virginum.
S.Seuerini,ĩ ciuitate coloni.
Sanctorum Simonis & Iudę Apoſtolorum.

In Nouembri.

Omnium Sanctorum.
Commemorationis animarum,ante meridiem.
Sancti Martini Epiſcopi.
S.cuniberti in ciuita.colon.
Præſentationis B.Mariæ virginis.
B.ceciliæ virg.in ciuita.colonien.
B.catharinæ visginis.
Sancti Andreæ apoſtoli.

In Decembri.

Sancti Nicolai Epiſcopi.
Conceptionis B. Mariæ virginis.
Sancti Thomæ apoſtoli.
Natiuitatis Domini & ſaluatoris Ieſu Chriſti.
S.Stephani Protomartyris.
S.Ioãnis apoſtoli & euangel.
Sanctorum Innocentium.

Nunc ſequuntur Mobilia.

Feſtum Paſchæ,cum duobus diebus ſequentibus.
Feſtum aſcenſionis Domini.
Feſtum Pẽtecoſtes,cum duobus diebus ſequentibus.
Feſtum corporis Chriſti.
Feſtum ſanctiſsimę Trinitatis.
Dominica poſt Octauas Pẽtecoſtes.
Denique vult vt in ſingulis eccleſiis feſtum Patroni, vt par eſt,celebretur.

223
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Dato igitur ſuper hac re nobis ſpeciali mandato, eiuſmodi dies per Ciuitatem & diœceſim Colonienſem, vt memoratum eſt, ſolenniter & concorditer celebrandos eſſe, vobis ſignificamus.

Qui & hoc authoritate præfati Reuerẽdiſsimi domini noſtri à vobis poſcimus, vt cum è ſuggeſto feſta iſta populo denunciantur celebranda, ſimul & hoc addatur, vt populus ad ſacram concionem, quæ in eiuſmodi feſtis haberi debet, cõueniat, ſacræ Miſſę interſit, & totũ diem in Dei laudibus expẽdat, memor illius, Vacate & videte quoniã ego ſum deus, qui eſt glorioſus in operibus & mirabilis in ſanctis ſuis.

Eſt quoque quiddam in Decretis prouincialibus conſtitutum, de Vicariis eccleſiarum in Ciuitate & diœceſi Colonienſi, vt ad ſua reuocentur officia, & deo præbeánt eũ quem debent in eccleſiis, ad quas (hoc vicariorũ nomine) aſſcripti ſunt, famulatum: Quod quo maiori authoritate roboretur, mandauit Reuerendiſsimus dominus noſter, præter conſtitutiones Prædeceſſorum celſitudinis ſuæ Reuerendiſsimæ, ſuper hac re expreſſæ, diſponentes: quas & authoritate huius ſynodi innouatas eſſe vult, publicari Bullam apoſtolicam, impetratam olim per quondam fœlicis recordationis, D. Hermannum ab Haſsia, ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopum, ſuum prædeceſſorem, omni laude digniſsimum, ad coërcendam ſuorum clericorum irreligioſitatem, & inexcuſabilem negligentiam, quam in præſtandis officiis ſuis eccleſiaſticis committunt: quare & hanc Bullam recitari & publicari iubemus.

ET RECITATA ET PVBLICATA eſt tenoris ſubſequentis.

INnocentius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Ex apoſtolico ſeruitutis officio, meritis quanquam inſuffici entes, diuina nobis diſpoſitione commiſſo, ad ea libenter intẽdimus, ꝑ quę in ſingulis Eccleſiis, diuinus cultus floreat, & continuũ incrementũ ſuſcipiat, ac illa quæ propterea ſtatuta & ordinata fuiſſe dicuntur, firma & inconcuſſa permaneant, libenter, cum à nobis petitur,

Apoſtolico

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Apoſtolico munimine roboramus,optimas ſpuiſionesſuper his adhibẽdo, prout in Domino cognoſcimus ſalubriter expedire. Sanè pro parte venerabilis fratris noſtri, Hermanni Archiepiſcopi Colonienſis,nuper nobis exhibita punitio cõtinebat. Quod licet in ſtatutis & conſuetudinibus Eccleſiæ Colonienſis,canonicè editis,inter alia contineatur expreſſè. Quod nullus in diuerſis Eccleſiis, in quibus beneficia obtinet,vno die diſtributiones percipiat, niſi in aliqua dictarum Eccleſiarum ſit Prælatus,ſeu alias hoc ei competat ex priuilegio,vel iure alio ſpeciali:ne dum ad plures eodem tempore feſtinat Eccleſias, nulli earum debitum famulatũ impendat:ipſumque ſtatutum,quantum ad Canonicos diuerſarum Eccleſiarum fuerit hactenus obſeruatum,& de præſenti obſeruetur:tamen quoad perſonas diuerſas,Vicarias,altaria aut alia beneficia eccleſiaſtica,in diuerſis Eccleſiis,ſeu Canonicatus & Præbẽdas in vna,ac Vicarias, altaria ſeu alia beneficia Eccleſiaſtica in aliis Eccleſiis obtinẽtes, in obſeruantia non exiſtit,pro eo forſan,quod nonnullæ ex eiſdem perſonis, ab aliquibus Apoſtolicæ ſedis nunciis, cum poteſtate legati de latere ad illas partes deſtinatis,ſe ſuper hoc indulta,ſeu diſpẽſationes dicuntur,impetraſſe.Cum autem,ſicut eadem petitio ſubiungebat, dicti ſtatui non obſeruantia ſit occaſio diminutionis diuini cultus,tam in maiori quàm in aliis Eccleſiis ciuitatis & diœceſis Colonienſis, pro parte præfati Hermanni Archiepiſcopi nobis fuit humiliter ſupplicatũ,vt ſtatutum prędictum approbare & confirmare,ac perpetuò obſeruari mandare,aliáſque in præmiſsis opportunè prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur.Nos igitur attendentes,quod,quoad perſonas talia beneficia etiam mixtim obtinentes, ita concludit ratio ſtatuti,ſicut in his qui diuerſas obtinent Canonicatus & præbendas,quódque ſtatutũ ipſum indiſtinctè loquitur,abſurdum quoq; videtur, quòd illi tanquã inferiores,aliis magis qualificatis:& pro ſtatu ſuo ſuſtẽtando,amplioribus ſtipendiis indigentibus,potiori debeant prærogatiua gaudere,huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, Statutum prædictum,quod etiam,vt aſſeritur in ſynodo Colonienſi publicatũ,& per dictum archieſcopum innouatum extitit,authoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus & cõfirmamus,ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, nec non per omnes & ſingulas perſonas etiam inferiora be-

224

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

neficia,seu talia mixtim cum Canonicatibus & Præbẽdis in ciuitate & diœcesi prædictis obtinentes,sub excommunicationis pœna inuiolabiliter obseruari debere.Et nihilominus Venerabili fratri Archiepiscopo Treuerensi, & dilectis filiis sancti Martini & sancti Panthaleonis.Colonien.Monasterio rum Abbatibus,per Apostolica scripra mandamus , quatenus ipsi vel duo aut vnus eorum,per se vel alium seu alios faciant authoritate nostra, statutum prædictum per omnes & singulas personas prędictas inuiolabiliter obseruari:contradictores per cẽsuram ecclesiasticam appellatione postposita cõpescendo.Non obstantibus quibuscũq; concessionibus & indultis,seu dispensationibus à quibuscunque legatis,seu nũciis dictæ sedis eisdem personis hactenus concessis,& in posterum concedẽdis,quas ipsis contra statutum huiusmodi in aliquo suffragari nolumus,contrariis quibuscunque : Aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit Sede indultum,quod interdici, suspendi, vel excõmunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbũ de indulto huiusmodi mẽtionẽ. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis,confirmationis, constitutionis & mandati infringere,vel ei ausu temerario cõtradicere. Si quis autẽ hoc attentare pręsumpserit,indignationem omnipotentis Dei,& beatorum Petri & Pauli apostolorum eius,se nouerit incursurũ. Datum Romæ apud sanctum Petrum , Anno incarnationis dominicę,Millesimo quadringẽtesimo,nonagesimo primo, tertio Calendas Septẽbris, Põtificatus nostri anno septimo.

Post hæc antiquos Canones , & Reuerendissimi Domini nostri prædecessorum constitutiones, De clericis Peregrinis non admittendis ad sacra ministeria , nisi literis formatis & dimissoriis autenticis exhibitis & productis in hac Synodo, vigore Mandati nobis facti,innouamus , ac deinceps firmiter obseruari,ipsius Reuerẽdissimi authoritate præcipimus.

Vult quoque Reuerendiss.Dominus noster,baptizatos ab hæreticis,vel schismaticis,per manuum Episcopaliũ impositionem,& chrisma, secundum antiquos Canones , Ecclesiæ Catholicæ reconciliari debere:quod respuentes,iubet à communione Catholicorum penitus secludi.

Vetat quoq; ne Monachi laicos sine suorum curatorum, néve quis alienum parochianum, sine sui parochi consensu,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſcienter communicet,ſub pœnis canonum ipſo facto incurren.demandans,vt canon omnis vtriuſque ſexus de pœnitẽtiis & remiſsionibus,ad minimum obſeruetur: cum alioqui olim non haberetur vere Chriſtianus,qui ad minimum non communicaſſet ter in anno:in Paſchate,in Pentecoſte , & in Natali domini.

Vult ſæpè ac frequenter admoneri populum de ſuggeſtis, vt ſe à deambulationibus in templo Domini , præſertim dũ ſacra fiunt,& diuina officia celebrantur, penitus abſtineant, vtque pueros ſuos & canes quos à clamoribus,ſtrepitu & latratu continere non valent,in domibus ſuis relinquant,memores quod ſcriptum eſt loquente Deo : Quia domus mea, domus orationis vocabitur omnibus gentibus.

Vult vt populus ſuæ diœceſis ,rectoribus Eccleſiarum parochialium,qui ipſis miniſtrant,ſpiritualia , temporalia reddere(ne fame laborent)non grauentur,& ob id oblationes, quæ olim à fidelibus & piis hominibus,ad quotidiana ſacrificia religioſè & liberaliter offerebãtur,ad minimum in quatuor principalibus feſtis, valore ad minimum trium obolorum,libenter &vltro ad altare domini deferentes,perſoluãt, aliáque iura parochialia, ſecundum morem ab Eccleſia Catholica olim receptum,dependant:memores eius,quod ſcriptum eſt,Qui bene pręſunt presbyteri,duplici honore digni habeantur,maximè qui laborant in verbo & doctrina, dicit enim ſcriptura:Non alligabis os boui trituranti,&dignus eſt operarius mercede ſua.

Aduerſus ſacerdotes publicos fornicarios,& aliorum criminũ manifeſtè reos, per fiſcales ſuos diſtrictè procedi vult, pręſertim aduerſus relapſospoſt mãdati in ſua Synodo diœceſana anno præterito.48. 2.Octo.celebrata,cõtra concubinarios ipſos publicati tenorem.

Quibus etiam fiſcalibus ſuis hoc vult ſeriò iniunctum,vt quæcunque in memorata Diœceſana,deinde quæ in Prouinciali,denique quæ in hac Synodo, ſecundum Deum & ſalubriter conſtituta ſunt , & in primis Reformationem Auguſtanam ad vnguem teneant,& aduerſus eorundem præuaricatores(quos etiam nõ delatos, ex officio inquirere teneantur)ſine mora & pręter omnem conniuentiam ſerio procedant , ſub Celſitudinis ſuæ reuerendiſſ. grauis indignationis,&à ſuorum officiorum amotionis pœnis,ſi ſegnes inue-

2.2.5

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

niantur incurrendis.

Quæ omnia nos pręfati Reuerendiſſ.domini noſtri commiſſarij ad præſidendū in hac ſacra Synodo Diœceſana Celſitudinis ſuæ Reuerendiſſ.nomine cū plenaria poteſtate ordinati,vobis omnibus & ſingulis ex ſpeciali mandato eius ſignificamus,indubitata ſpe freti, quod hæc omnia, quæ pia, ſancta,religioſa,bonis omnibus amabilia,& amplectēda,videtis,nobiſcum debitæ executioni,ſecundum Reuerend. domini noſtri voluntatem & mandatum exequi diligenter ſtudebitis.In quorum fidem præſens ſcriptum ſigilli Curię Colonien.quo in præſentibus vtimur,impreſsione communiri fecimus.Datum in Synodo Diœceſana Colonię Agrippinę, die ſecunda Octobr.Anno domini milleſimo, quingenteſimo,quadrageſimo nono.

Viſum & admiſſum per Petrum Curtium, Plebanum diui Petri Louanienſis,die.28.Octobris. Anno Domini. 1549. *Petrus Curtius.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

CENTRO NACIONAL DE RESTAURACION DE LIBROS Y DOCUMENTOS.
Nueva encuadernacion por carecer de ella.

nº reg.: 3310 febrero de 1977

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte